VNDECIMVM VOLVMEN.

M. ANTONII ZIMARÆ

PHILOSOPHI ACVTISS.

CONTRADICTIONVM SOLVTIONES

IN DICTIS ARISTOTELIS ET AVERROIS:
QVÆ SPAR[illegible] AC MENDOSÈ
VARIIS IN LIBRIS LEGEBANTVR,
IN VNVM COLLECTÆ
ET CASTIGATÆ.

Eiuſdem Quæſtio de primo cognito.

HORVM SERIEM VERSA
PAGINA INDICAT.



Cum ſummi Pontificis, Gallorum Regis,
Senatuſq; Veneti decretis.

VENETIIS APVD IVNTAS .M D L.

M. ANTONIVS ZIMARA SANCTIPETRINAS ET HYDRVNTINVS

MAGNIFICO M. ANTONIO CONTARENO DOMINI CAROLI FILIO FELICITATEM.

DIV, Multumq; dubitaui, Contarene iuuenis optime, & in Studijs noſtris eminentiſſime, an libellum hunc, quem ſucciſiuis horis, ac tumultuarie ſanè collegeram, ederem: quaſi ſatis ſuperq; elaboratum à nobis eſſet in Auerroe emendando: nec in his quoq; periclitandum nobis eſſet, cùm non parum adhuc ex editione illa ſolicitus ſim. ſed quoniam boni quidem iuuenes, & nimium amantes mei: quos inter tu uel præcipuus, cui quippiam à me negari nefas ſit, cùm me tibi tantum debere profitear, quantum apud domeſticos Petro Bonuſio Propræſuli auunculo, qui me ſemper æque ac filium carum habuit, ſuiq; ſimilem non minus quàm parenti meæ animam hanc debere me libens profitear, editionem ſolicitabant: decreui uotis neſtris ſatisfacere, & huic me pelago committere. Eſt autem in hoc opuſculo à nobis elaboratum, ut diſcordes Ariſtotelis & Auerrois ſententias, quoadeius fieri potuit, cõcordes eſſe oſtenderemus, non tamen omnia ſunt à nobis comprehenſa, multaq; ſunt alienæ induſtriæ uel conſulto à nobis derelicta: ut ſi qui fuerint, qui hoc exiſtimarent facilius fuiſſe q̃ fuerit, periclitarẽtur & ipſi, cognoſcerentq; difficultatem operis: quod omnibus, qui æqua lance rem perpendere uoluerint, apertiſſimum fore non dubito. Cæterum ſtultus ego, qui mihi obtrectatores defuturos quauis ratione credam. In ſumma, ſi non his acquieuerint, tuum erit, ſi tibi quoq; ita uidebitur, defendere: ſin minus, reprehendamur. Vale ſemper literarum memor.

IN HOC VNDECIMO VOLVMINE HÆC CONTINENTVR.

M. antonñ Zimaræ Solutiones contradictionũ in dictis Ariſtotelis, & Auerro.
Super Octo libros Phyſicorum. fo. 3.
Super Quatuor libros de Cœlo. 20.
Super Duos libros de Generatione & Corruptione. 35.
Super Tres libros de Anima. 37.
Super libros de Senſu & Senſilibus, & de Somno & Vigilia. 52.
Super Quatuordecim libros Metaphyſicorum. 52.
Super librum de Subſtantia Orbis. 67.
Super nonnullos libros Colliget. 68.
Eiuſdem Quæſtio de primo cognito. 68.

In his autem adhibitam diligentiam ex præfatione perpendes.

MARCIANTONII ZIMARAE,

SANCTI PETRINATIS, ET HYDRVNTINI,

Solutiones contradictionum in dictis Ariſtotelis, & Auerrois, ſuper Primo Phyſicorum.

In proœ. primi phyſi.

AVerrois in ſuo prœmio ſuper primo phyſ. in. 2. cap. vbi ponit vtilitatẽ ſcientię ſpeculatiuę, dicit q̃ hoiem eſſe perfectum per ſcientias ſpeculatiuas eſt hominem habere ſuam vltimam perfectionem, & talis diſpoſitio eſt ſibi felicitas vltima, & ſempiterna vita. Nos autem inuenimus oppoſitum ab ipſo tertio de Anima. cõ. 36. & nono meta. cõ. vltimo, vbi habet iſta verba. Et declarauimus ſuper. 3. de anima. cõ. allegato, quòd fortunitas maxima, quæ eſt inſpicere intellectum ſeparatum, eſt per potentiam, quæ fit in ſtellectu ſpeculatiuo apud ſuam vltimam perfectionẽ ſimilem potentiæ, quæ fuit in viſu apud aſpectum ad colores, non per potentiã de modo potentiarum cogitatiuarum, quæ acquiruntur per cognitionem: quoniam non eſt ſicut exiſtimauit Auẽpace, q̃ hoc acquiritur per cognitionem. Et ſi hoc etiam ipſe accuſat Alfarabium. 1. de anima, vbi ſupra, ſicut patet intuenti. Contradictio igitur conſiſtit ĩ hoc, quia hic in prooemio dicit felicitatem hois conſiſtere in acquiſitione ſcientiarum ſpeculatiuarum: in alijs vero locis allegatis dicit felicitatẽ hominis non conſiſtere in huiuſmodi ſcientijs, quę per diſcurſum acquiruntur, ſed in intuitiua cognitione Dei, quæ habeẽ per intellectum adeptum. & hoc etiã videtur velle Themiſtius, ſicut ipſe allegat. 3. de anima. Ad hoc ſoluẽtes dicimus q̃. 3. de anima, vbi erat locus proprius diſcutiẽdi iſtam difficultatem, locutus eſt ex propria ſententia: hic vero locutus eſt ſm mentem aliorum. Aut aliter, & ſubtilius poteſt prima controuerſia conciliari, vt dicamus felicitatem hominis conſiſtere in acquiſitione ſcientiarum ſpeculatiuarum dupliciter poſſe intelligi, vel diſpoſitiue, vel completiue. Et tunc dicimus q̃ primo modo eſt verum ſm viã Auer. ſecũdo vero modo eſt falſum. primo modo loquitur hic, ſecũdo modo loquitur. 3. de anima, &. 9. meta. vbi negat felicitatem conſiſtere in ſcientijs ſpeculatiuis, completiue ſcilicet. nam cognitio ſcientiarum ſpeculatiuarum non eſt felicitas, ſed eſt via ad illam. Et, quia quandoq; via ad terminum cõſueuit ſumere denominationem à termino, iuxta illud Philoſophi. 2. phy. tex. cõ. 14. generatio eſt natura, q̃ eſt via in naturam, ita etiam ſcientia ſpeculatiua eſt felicitas, quia eſt via ad felicitatem: quæ felicitas eſt primũ principium, à quo cœlum dependet, & natura, ſicut patet expreſſe. 12. meta. & tex. & com. 38.

Solutio prima.

Solutio ſecunda.

In proœ. primi phyſi.

Secunda contradictio ibidem eſt iſta. Quia declarans quomodo ad ſcientiarum ſpeculatiuarum acquiſitionem conſequantur omnes virtutes morales, oſtendit quomodo conſequatur magnanimitas, & inquit quòd ſapiens, cùm cognouerit paruitatem vitæ ſuæ, & perpetuitatem ſempiternam, & motum continuum, et quòd proportio ſuæ vitæ ad tempus ſempiternum eſt, ſicut puncti ad lineam, vel ſicut minimi finitorum ad infinitum, non procurabit propriam vitam. & parum infra ſubdit quòd eligit mortem prę vita. Sed huius oppoſitum nos inuenimus ab Ariſt. in tertio ethicorum, cap. xi. vbi habet q̃, quãto aliquis magis omni virtute pollet, quãtoq; felicior eſt, tanto magis illi mors moleſta eſt. nam huiuſmodi vir maxime dignus eſt vita, & maximis bonis priuatur idipſum ſciens. Sed ad hoc ſoluentes dicimus q̃ Philoſophus in alio caſu loquitur, & in alio caſu loquitur Auer. hic. Nam, ſi comparentur felix & miſer, i. non habens ſcientiam, tunc ſine dubio felix magis timebit mortem, q̃ miſer. & ratio eſt, quia plus perdit quãdo moritur q̃ miſer. Auer. autem hic loquitur in caſu, quo ſapiens dubitat ne felicitatem amittat. tũc enim in illo caſu debet præeligere mortem præ vita. Et hoc expreſſe ſonant verba eius. inquit. n. & proprie cùm habet perfectionem humanam, & dubitauerit q̃ à perfectione expolietur, tunc non eſt mirum, ſi aliquando eligit mortem prę vita, & ſic ſedatur contradictio. Sed hic eſt locus dubitationis contra Auer. perarduus. Tum, quia malum non habet rationem appetibilis: ſicut patet ex primo ethico. cap. 5°. Bonum ipſum eſt, quod omnia appetunt, et. 5. ethico. malum à nullo appetitur: mors autem malum: ergo, &c. Amplius eſt contradictio in dictis eius. Quia ipſe dicit q̃ ſapiens debet eligere mortem, ne expolietur felicitate. Sed hoc nihil eſt ſm ſatuam opinionẽ eius de vnitate intellectus. Et videtur eſſe etiã contra Philoſophũ. 3. ethico. cap. 9. vbi reddens cauſam, quare mors oĩum terribiliſſimum, ſequit. Mors autem maxime oĩum rerũ eſt horribilis: quippe cũ terminus ſit: nihilq; amplius hoi mortuo neq; bonũ, neq; malum eſſe videat. Et p° ethico. ca. 14. mortuum felicem non dicimus, iſta ſunt, quæ faciũt difficultatẽ in hac materia. Et nos ſoluimus prolixe in ſuperiori anno in expoſitione noſtra ſuper quatuor primos de phyſica auſcultatione. Pro nunc tñ breuiter dicendum puto, q̃ ſententia Auer. non cõtradicit Philoſopho ad intellectum datum: immo ipſemet Ariſt. 9. ethico. cap. 9. expreſſe tenet q̃ ſapiens appetitu conformi rationi recte debet vitam propriam morti exponere. mens enim oĩs eligit optimũ ſibi: probus vero menti obtemperat. Verum autem eſt quod de probo viro dicitur, eum amicorum cauſa & patriæ multa agere, etiam ſi pro ipſis mors ſuerit oppetenda. nam & pecunias, & honores proniet, & demum ea bona, quæ in certamen apud homines veniunt, dum quod honeſtum eſt, ſibi ipſi vendicant. Breui enim tempore lęcari vehementer magis eligent quàm longo lętiter: & viuere honeſte uno anno, quàm multis quomodolibet: vnam item actionem honeſtam, & magnam, quam multas & paruas. hoc autem ijs ſortaſſe euenit, qui pro alijs mortem obire conſueuerunt. Eligit enim magnum quoddam honeſtum ſibi ipſis, &c. Et ex iſtis verbis clare patet ſolutio ad obiecta. mors enim non eſt illud, quod primo appetitur, ſed bonitas, & honeſtas actus, quem exercet ſapiens in tali caſu. Nam, ſicut patuit in verbis Philoſophi, maximum bonum ſapiens ſibi tribuit in exercendo illum actum virtutis. & hoc bono priuaret ſe, immo virtoſe viueret, ſi illo actu tunc prętermiſſo, ſaluaret ſuum eſſe per quantumcunque eſſe. vnde melius eſt ſimpliciter maximum bonum & momentaneum, q̃ remiſſum bonum virtutis, vel vita vitioſa per magnum tempus. Et ex iſto loco colligitur de intentione Philoſophi euidenter q̃ bonum cõe ſm rationem rectam eſt magis eligendum quàm bonum pro-

Soluo.

Soluo.

prium. quia totum bonum proprium debet homo exponere etiã destructioni simpliciter, si nesciat animam immortalem propter saluationem boni communis. Sapiens igitur in casu isto agit, sicut agit agens naturale, quod primo intendit inductionem formæ generandæ. sed quia forma illa nõ potest induci nisi ad destructionem præexistentis in materia, secundario, & per accidens intendit corruptionem, sic sapiens, quia non potest in casu, in quo loquitur Auerrois consequi felicitatem, & euitare miseriam, nisi exponat se morti, morte per accidens, & secundaria intentione prælegit. Ad obiecta autem ex dictis patet tam solutio.

Primo phy. cõ. primo.

Tertia contradictio est super. 1. cõ. p° phy. Ibi enim exponit per principium causas agentes & mouentes: per causas autem exponit fines: & per elemẽta causas, quæ sunt partes rei, s. materiam & formam. Huius tamen oppositum inuenimus in dictis eius. 12. meta. cõ. 23. vbi habet ꝙ causa dicitur de omnibus, principium autem dicitur de extrinsecis, elementum vero de intrinsecis, & subdit. Et ideo dixit in Physicis ꝙ disposition scientiæ in olbus artibus habentibus principia, causas, & elementa, quia intendebat per principia causas mouẽtes, & per causas illud, quod est commune illis quatuor, & per elementa, ea quæ sunt in re. Contradictio igitur est super expositione illius verbi, causa. quia hic exponit causam pro fine, ibi vero causam pro cõi ad omnia genera causarum. Sed soluitur, ꝙ hoc nomen causa sumit dupliciter, cõiter & proprie. Et primo quidem modo dicitur de olbus. et sic sumpsit Philosophus & Cõmen. causam. 2. phy. tex. cõ. 28. &. 29. & etiã. 12. meta. 23. & sic est synonymum cũ principio: sicut etiã ipsemet Cõmen. dicit. 1. phy. cõ. 1. inquit enim ꝙ, cùm hoc nomen principium, & causa vsitantur cõiter, sunt nota synonyma. & sic sumpsit ettam cãm Philosophus 5. meta. ad principiũ. Alio modo sumitur causa, ppric. & sic distinguitur contra principiũ, & etiam cõtra elementum. causa. n. proprie sumpta verificatur solum de fine. Et huius ratio est, quia causalitas finis est simpliciter incausata, iuxta illud Philosophi. 2. physi. finis est causa causarum: principium aũt proprie sumptum dr de causa agente & mouente. Et huius ratio est, quia. 5. meta. tex. cõ. 1. de ratione principij est primum esse. &, quia causa agens in esse præcedit alias causas: licet causa finalis præcedat quantum ad causalitatem: ideo hoc nomen principium appropriatur causæ efficiẽti. alia. n. est ratio cãrum quantum ad esse, et alia ꝙtum ad causalitatem, sicut late disputauimus superiori anno. 2. phy. Elementum vero proprie sumptum dicitur de causis intrinsecis, s. de materia & forma. & ratio est, quia vt dicitur. 5. meta. tex. cõ. 4. elementum est ex quo fit aliquid primum inexistente indiuisibili in speciem. Et comparando adhuc materiam ad formam, magis proprie elementũ dicit de materia ꝙm de forma, sicut scribit Cõmen. cõ. 4. 5. meta. & ratio est ista. quia magis proprie definitio elementi competit materiæ ꝙm competat formæ. materia. n. sic describitur. 2. physi. 28. materia est, ex quo fit aliquid cùm insit. forma vero ibi describitur per hoc ꝙ est ratio ipsius quid erat esse. Et sic soluto ista quantũ ad rem satisfacit, sicut tu vides. tamẽ quantum ad verba non videt satisfacere Auer. qa eandem propositionem hic expositam aliter exponit hic, & aliter ibi. Sed ad hoc dicimus ꝙ forte peccauit per obliuionem, dum dixit ꝙ in Physicis per causas intellexit illud, quod est cõe oibus. Aut aliter ꝙ p° phy. quãdo ipse exposuit per causas fines, locutus fuit in sententiam Alex. sicut dicit ipsemet hic. inquit enim et sic exposuit ipse Alex. vt mihi videtur in. 12. meta. 23. cõ. licet exponat istam eandem propositionem, quæ ponitur in tex. 1. p° phy. dũ exponit causam pro cõi ad omnes causas, dico ꝙ locutus est in propriam sentẽtiam. Aut tertio, & magis iuxta realem solutionem prius data tam insistendo, ideo Auer. idem verbum aliter exponit hic, & aliter in metaphysicis, vt ostenderet nobis distinctionem huius verbi causa, ꝙ videlicet quãdoꝙ potest sumi cõiter, & qñꝙ proprie. &, dum cõiter accipitur, potest sumi pro omni causa: quãdo vero sumit proprie, dicitur solum de fine. Et tunc dico ꝙ cãm hic sumpsit proprie: cãm vero. 12. meta. 23. sumpsit cõiter.

Primo phy cõ. primo.

Quarta contradictio super cõ. 1. est. Quia hic dicit ꝙ Metaphysica considerat tria genera causarum, s. mouentem, formalem & finalem. Huius tñ oppositum inuenim⁹ ab isto. 2. meta. cõ. 6. vbi d. Metaphysicũ considerare omnia genera causarũ. Similiter. 3. meta. cõ. 3. &. 12. meta. cõ. 6. dicit Metaphysicum duo genera causarum considerare, s. formam & finem. Sed ad hoc soluentes dicimus ꝙ refert apud me plurimum dicere aliquem artificem considerare quatuor genera causarũ, & ipsum considerare quatuor prima genera cãrum, Sit refert aliquem artificẽ considerare oẽs causas sub rationibus vniuersalibus, & eundem considerare eadem sub rationibus propriis. Et tunc dico ꝙ cũ in omni genere causæ sit deuenire ad vnum primum in illo genere, sicut probat Philosophus. 12. meta. dico ꝙ duo prima genera causarum considerat Metaphysicus, & duo prima cõsyderat Naturalis. prima enim forma, & primus finis à Metaphysico considerantur, sicut scribit Cõmen. 3. meta. cõ. 3. &. 12. meta. cõ. 6. Et huius ratio est. quia ratio primæ formæ, quatenus prima forma est, & ratio primi finis, quatenus primus finis est, abstrahit à motu, & transmutatione, sicut colligitur ex intentione Auer. 7. meta. commen. 5. &. 9. prima autem materia, & primum mouens considerantur à Naturali, quia ratio primæ materiæ, & primi mouentis est ratio concernens, vt sic, motum, & transmutationem. Diuiserunt igitur sibi hæreditatem istæ duæ scientiæ, Naturalis, s. & Diuina, & ex ꝙtuor primis causis duas primas causas vendicauit sibi Naturalis, & duas primas appropriauit sibi Diuina. Vlterius dico ꝙ Diuina oẽs causas cõsyderat sub rationibus vniuersalibus, & transcendentibus. Nam materia prima, de qua minus videtur sub ratione qua substantia, & sub ratione, qua ens seu potentia à Diuino considerantur, sicut patet. 7. meta. cõ. 9. &. 2. phy. 21. &. 12. meta. cõ. 14. et alibi frequenter. materia tñ sub ratione propria considerat à Naturali, vt. s. est principium transmutationis, ex quo aliquid fit vt inexistẽte: sicut patet. 7. meta. cõ. 9. Ita etiam dicas de primo mouẽte, ꝙ sub ratione, qua ens & substãtia seu actus, à Metaphysico considerat: sed sub rõne, qua mouẽs à Naturali. Et breuiter quodlibet genus causæ sub rationibus vniuersalibus à Diuino considerat. Et hoc sonat authoritas Auer. 2. meta. cõ. 6. vbi scribit, & cõsyderatio vniuersalis, in eo ꝙ sunt causæ, est huius scientiæ, s. diuinæ, recte dixit, vniuersalis: quia sub ratiõibus vniuersalibus, videlicet sicut est ratio causę, rõ actus, & potentiæ, rõ entis, ratio substãtiæ, & hmõi, sub istis rõnibus oẽs cãę à Diuino cõsyderant. oẽs ẽt causæ cõsyderãt à Naturali, vt quælibet dat esse p motum, non vt dat esse absolute. sicut etiã subtilis Scotus declarat in p° suæ meta. qõne p². & Albertus magnus super. 2. phy. super tex. 27. Sed qũo Diuinus tria genera causarum considerat? Ad hoc d. Burleus in præsenti loco ꝙ hoc est quantũ ad illam partem, quæ considerat de abstractis substantijs, in quibus non est materia. Sed ista solutio cõtigit à Moderni molestari, quia à pari Naturalis in. 8. phys. vbi agit de primo motore, qui est à materia separatus, diceret abstrahere à materia. Et propter hoc aliter ipsi rñdent, & dicunt quòd Metaphysicus solum tres causas considerat,

Solutio.

Quo pacto Diuinus tria genera causarum considerat.

syderat, vt causæ sunt, s. formam, finem, & efficiens. nã hæ cões sunt abstractis, & materialibus sub rõne, qua causæ. sed quia materia vt materia non est cõis abstractis & materialibus, ideo solum illã considerat sub ratione potentiæ, quæ est vna de dñjs entis. Diuinus. n. considerat abstracta à materia & à motu, uel per essentiam, vel saltẽ per indẽriam, sicut est sñia Aui. in primo suæ Meta. cap. 2. Sed ista opinio non põt stare. primo quantum ad instantiam contra Burleum, dico ꝙ non cogit. quia Diuinus quiditatiue considerat abstracta à materia. & ideo in prima parte, in qua Diuinus agit de abstractis substantijs, recte põt dici ꝙ in illa parte abstrahit à materia. Naturalis autẽ in illa parte, in qua agit de abstractis, non dr agere de eis, nisi quãtum ad si est, non ꝙtum ad quid est. vñ quantũ ad ea, quę quiditatiue à Naturali cõsyderantur, dico ꝙ in eis reperitur ratio materiæ vel habitudo essentialis ad materiã. Summo autem materiam hic analogicę, sicut nosti ex via Auer. Et propter hoc dixit Cõmẽ. in. 2. phy. cõ. 70. ꝙ oportet Naturalẽ dare in rñsione oẽs causas: qm in scia Naturali apparet materia, & i quo est materia, sunt oẽs causę. artifex ergo aliqs dicit proprię à materia abstrahere quantum ad considerata quiditatiue ab eo, non quantũ ad ea, quæ solum quãtum ad si est considerat. sciarum. n. speculatiuarũ distinctio est penes quiditatiũ considerationẽ, & non penes simplicem inuentionem considerationum: sicut patet ex sñia Philosophi. 6. meta. tex. cõ. 2. &. 2. phy. 22. cõ. 26. vbi ponitur terminus physicę considerationis. quicquid igitur sit de responsione Burlei in se, dico ꝙ instantia modernorum nõ cogit contra illã. Peccat iterũ respõsio modernorum i eo, quod dicunt, ꝙ Diuinus considerat solum tres cãs, vt causæ sunt: non aũt materiam Diuinus considerat, vt causa est, sed solum vt potentia. Sed ista responsio est purus error. Nã Cõmen. 2. meta. cõ. 6. dicit. ꝙ cõsyderatio vtis in oibus causis, in eo ꝙ causæ sunt, est huius scię, s. Diuinæ. ecce ꝙ dicit in oibus cãs, & non in tribus. Nec obstat dictum ipsoꝝ, ꝙ quia materia non est cõis materialibus & abstractis, ideo non considerat à Diuino sub rõne qua causa. quia tunc, cũ ratio lapidis non sit ratio cõmunis abstractis & materialibꝰ, sequeretur ꝙ lapis nõ posset à Diuino considerari sub rõne qua ens, vel sub rõne qua cãtum est absolute. quod est contra Philosophũ in, pœmio meta. &. 4. meta. tex. cõ. 2. &. 6. meta. ad principiũ, qui vult quòd Diuinus considerat ens inquantũ ens, & oia inquantũ entia, & vt contingit. Licet igit ratio materię considerat ę non sit cõis abstractis & materialibus, quia tñ ratio cãæ, quæ est ratio, sub qua materia considerat, est ratio indifferens ad materialia & abstracta, iuxta illud Auer. 12. meta. cõ. 29. in substantia æterna inueniunt causæ, quę per similitudinem dicuntur causæ cum causis generabilibus & corruptibilibus: & eandem sentẽtiam habet ibidem cõ. 44. &. 4. cœli. cõ. 1. &. 2. de generatione. cõ. 51. propter hoc dico ꝙ materia à Diuino etiã considerat, vt causa. Vnde propositio ista, materia est causa, est diuinæ considerationis, sicut ista, materia est ens in potentia. sicut. n. potẽtia & actus sunt de dñjs entis, ita causa & causatum. & licet materia in suo genere nõ nisi p transmutationẽ causalitatem habeat supra cõpositum, prior tñ est ratio causandi in naturam, ꝙ rõ motus & trãsmutationis. & ideo in illo priori ad Diuinũ spectat. Abiectis igitur aliorum solutionibus, dico ꝙ Diuinus debet tria genera causarum considerare proprie, pro quanto forma & finis & efficiens idẽ sunt subiecto, & sola ratione distinguunt. 12. meta. cõ. 6. et, qa materia prima non coincidit cũ aliquo istoꝝ, ideo materiã Diuinus non considerat, nisi sub rationibus transcendẽtibus. Et breuiter cõcordia i oibus dictis Auer. consistit in hoc pũcto, vt dicamus Diuinum sub rationibus cõibus oẽs causas considerare, sub rationibus transcendentibus tres tm, pro quanto in vnum subiecto coincidunt. vt vero comparatur Naturali Diuinus quo ad quatuor prima genera cãrum, sic appropriate Naturalis duo prima considerat, s. materiã primam & primum mouens, sicut patet. 12. meta. cõ. 6. est sententia Alex. primus autem finis, & prima forma à Diuino appropriate considerantur. Et hoc est, quod elegãter dixit Auer. i. 7. meta. cõ. 5. vbi dicit, ꝙ prima diuisio, ẽns quam diuiditur ens, est in substantiam & accidens. Et ista quæstio differt ab illa, quæ est in scientia Naturali. quoniam ista quęstio inducit ad sciendum primam formam omnium entium, & vltimum finem. & prima quæstio, quam incepit in scientia Naturali, inducit ad sciendum primam materiã, & formas naturales, & primum motorẽ. Et hanc eandẽ sententiã scribit Cõmen. 1. phy. in suo procemio. vbi dicit ꝙ Naturalis habet cognoscere causas primas, ẽm ꝙ possibile est sciri in hac scientia, sicut materiam primam, & mouens primum: forma autẽ prima & primus finis à Metaphysico considerat. Ita. n. tacet vera lra in antiquissimo codice manu scripto, & sic castigaui. Et concordat hoc Auer. 7. meta. cõ. 3. vbi dicit, scientia Naturalis considerat de duabus primis causis, s. motore & materia: ista aũtem de duabus vltimis, s. forma & fine. Nota igitur bene istam solutionem, quia nullus ante nos vidit veritatem in hac materia, sicut uidere potes.

Primo phy. cõ. pr. mo.

Quinta contradictio est in eodem cõmẽto primo. Ibi enim i expositione probationis maioris per prima principia exponit primum agens & vltimum finẽ omnium rerum: ex quo videtur ꝙ vltimus finis omnium rerum à Naturali cõsyderetur. Nos autem inuenimus oppositum huius. 7. meta. cõ. 5. &. 3. meta. cõ. 1. &. 12. meta. cõ. 6. vbi d. vltimum finẽ omnium rerum à Diuino considerari. Sed ad hoc soluentes dicimus ꝙ Naturalis considerat vltimum finẽ omnium rerum naturalium. Diuinus aũt considerat vltimũ finem oium rerum simpliciter, & absolute: sicut in sñi dicit Commentator ꝙ de principijs substãtiæ quatenus substãtia est, cõsyderat Diuinus, de principijs autem substantię sensibilis quatenus sensibile est, cõsyderat Naturalis. 12. meta. primo. 5. &. 6. comment.

Solutio.

Sexta cõtradictio est i te. cõ. 4. Quia ibi philosophus & Cõmen. volunt ꝙ ab vltimis ad priora sit in scia procedendum. Huius tñ oppositũ inuenimus ab ipsis in. 2. poste. tex. cõ. 21. vbi dicit, ꝙ facilius est singulare deprehendere ꝙm vle. vnde oportet ex singularibus in vniuersalia ascendere. nãq; æquocationes latent magis in vniuersalibus ꝙm in differentibus specie. Respondeo ꝙ nulla est contradictio. Nam Philosophus hic loquitur de ordine doctrinæ, q ordo non est aliquod genus demonstrationis, sicut dixerũt vulgares, sed est respectus quidam ẽm prius & posterius, qui fundatur in scibilibus scientię. & de isto respectu locutus est Philosophus ibi, & Commen. quando dixit, ꝙ ex vniuersalibus ordine doctrinę ad particularia, i. ad minus vniuersalia scibilia debet ordo scientię Naturalis attẽdi. Sed in posterioribus locutus fuit de definitione, quæ inuestigari habet per viam diuisiuã, & cõpositiuã, & reductiuã: sicut d. Lincolnẽs. in illo loco. Et d. ꝙ facilius est definire speciẽ, quæ singularibus est cõmunis & proxima, ꝙm genus, quod est cõmune speciebus propter latentiã æquiuocationum existentem in ipso genere: sicut etiam patet septimo physico. textu commen. 21.

Prime phy. tex. 4.

Septima contradictio est etiã super tex. 4. Dicit Philosophus cõpositum est notius apud sensum. vbi Cõmen. exponit indiuiduum demonstratum. Sed vt contradictio. quia licet etiam Arist. hoc asserat hic in tex-

Solu. contrad. Ztm. i tñ tu, dum

tes, dum d. totum enim notius est apud sensum. &, 2. de anima tex. cō. 60. scientia est vniuersalium, & sensus est singularium, tñ oppositum legitur apud Arist. in. 2. poster. in fine in illo cap. De principijs aūt, vbi dicit ꝙ sensus est vniuersalis. Et confirmatur per rationem demonstratiuam, quam innuit Themistius ibidē. & Cōmen. eandem rationem adducit in. 2. de anima in tex. cō. 65. quia, si sensus esset alicuius singularis tanq̄ obiecti adequati, tunc sequeretur ꝙ sensus non posset sentire nisi illud, vt si respectu visus aliquis color demonstratus esset obiectum adequatum, accideret nullum alium colorem esse visibilē à visu præter illum demonstratum: quod est absurdum. Et propter hoc Arist. vbi supra animaduertens ad hoc, quod modo dixi, inquit,
Solutio. sensus est hominis, non calliq̄ hois. Ad formam igitur contradictionis dicitur ꝙ in. 2. de Anima, & etiam hic Aristo. cōsyderat sensum, vt est in actu secūdo, & tunc est verū ꝙ id, quod sentitur, est singulare: tamen ratio obiectalis ipsius sensus mottua lest natura cōmunis, & ideo dixit ꝙ sensus est vniuersalis, licet sentire sit singularis. Sed tunc est difficultas, qūo est differentia inter sensum & intellectū, si vtriusq; obiectum est vñe. Nisi esset quòd obiectum intellectus est vñe in actu, quia est ipsa natura cōis abstracta ab hic, & nunc, & vñr ab omnibus appēditijs materiæ virtute intellectus agentis, cuius opatio est trāsferre res de ordine in ordinem, & facere de potentia intellectis actu intellecta. 3. de aīa cō. 18. sed obiectū virtutis sensitiuæ est natura coniuncta singularitati & appenditijs materiæ. Et ideo dixit Cōmen. 12. meta. cō. 14. ꝙ communitas, quæ intelligitur in formis cōibus extra animam est in potētia. Est ēt alia dīa inter intellectum & sensum, vt dicit Them. quia intellectus primo intelligit vñe, & subinde intelligit singulare. 3. de aīa tex. cō. 9. sed sensus primo sentit singulare, & subinde sentit vñe. nam, qui videt hoc rubicundum, dicitur etiā rubicundum videre, & qui videt hunc hominem, dicitur etiam hominem videre.

Primo phy. cō. 17. Octaua cōtradictio est in cō. 17. vbi habet ꝙ totum nihil aliud est q̄ḑ suæ partes. Hutus tamen oppositum inuenimus. 7. meta. tex. commen. vlti. & alibi frequen-
An totum sit aliud à suis partibus. ter. Ista contradictio est satis difficilis. omnes tamen Auerroistæ currunt eodem cursu dicentes de intentione eius fuisse totum nihil aliud esse q̄ḑ suas partes simul sumptas. Et pro hoc facit authoritas Auer. 7. metaph. cōmen. 20. vbi habet ꝙ Socrates nihil aliud est quàm animalitas & rationalitas. & infra ibidem. cōmen. 44. dicit ꝙ in individuo non est nisi materia & forma, ex quibus componitur. & Philosophus. 2. de anima. tex. cōm. 10. d. ꝙ, vt pupilla visusq; oculus est, sic anima & corpus animal. Dicunt insuper quòd totum est aliud à suis partibus diuisim sumptis. Et primo modo dicunt Auer. locutum fuisse hic: secundo vero modo locutus est. 7. meta. cō. vltimo, & in alijs locis, vbi videtur oppositum sentire. Et istam sententiam etiam imposuit Auer. subtilis doctor in. 3. sententiarum distinctione. 2. quęstione. 2. Nobis autem videtur ꝙ nō sit vñr verum de intētione Auer. hoc. manifestum est enim, si totum quodlibet nil aliud esset q̄ḑ suæ partes simul sumptæ, tūc mixtum ex quatuor elementis nil aliud esset q̄ḑ quatuor elementa simul sumpta, & sic nō haberet aliquam formam superadditam formis elemētorum, per quam esset hoc aliquid, & vnum ens, quod est contra Arist. in fine primi de gñatione, & contra Auer. 3. cœli. cō. 67. &. 7. meta. cō. 60. dicit ꝙ caro nō est terra & ignis, ex quibus componitur, sed est aliquid aliud additum. & eandem sententiam habet. 1. de anima, cō. 77. &. 1. de generatione. 84. &. 1. meta. cō. 12. Nec valet dicere ad hoc, sicut quidam dicunt ꝙ elementa nō sunt partes mixti, quia quælibet pars mixti mixta est. nam elementa fm Auer, formaliter sunt in mixto, & sunt partes materiales eius. Amplius Cōmen. 3. de anima cō. 5. in solutione secundæ quæstionis principalis d. ꝙ ex intellectu & intelligibili fit verius vnum q̄ḑ ex materia & forma. Et reddens causam sui dicti subdit, quod. n. componitur ex eis non est aliquod tertium aliud ab eis, sicut est de alijs compositis ex materia & forma. ecce ꝙ vult expresse compositum dicere tertiam entitatem distinctam à partibus etiam simul sumptis. nam, si sic non intelligeretur dictum suum, nō esset ad propositum. Amplius Cōmen. 5. meta. cōm. 6. in fine commenti d. ꝙ in compositis est natura addita naturę componentium, s. illud, quod fit ex compositione. quid clarius? Amplius Cōmentator 7. meta. cō. 26. habet ꝙ generatum componitur ex materia & forma, & est aliud ab eis. ecce quod dicit quòd est aliud. & hoc non dixisset, si tenuisset compositum non superaddere aliquam naturā partibus componentibus. Amplius ibidem cōm. 27. dicit, in natura hac, s. singulari sunt tria, materia, forma, & aliquid quasi medium, i. mixtum iter materiam & formam. ecce quomodo ponit tertiam entitatem. Amplius Philosophus. 2. de anima, & Cōmentator diuidunt substantiam, tex. cō. 2. &. 8. meta. tex. cō. 3. &. 12. meta. tex. c. 14. in tres, s. in materiam, formam, & compositum. & dicunt ꝙ substantiarum quædam est materia, quæ non est per se hoc. & quædam est forma, per quam res est hoc. est autem tertia, & est illud, quod fit ex ambobus. ecce ꝙ volunt substantiam compositam esse vnam tertiam substantiam, aliam ab ambobus. si autem substantia composita non esset nisi materia & forma simul, tunc proprie non diceretur substantia tertia, sed essent duæ substantię simul: quod est cōtra oēm Philosophiam. Amplius Cōmen. 2. phy. cō. 4. comparās materiam, formam, & cōpositum adinuicem, dicit compositum igitur est dignius habere hoc nomē substantia, q̄ḑ materia: quia est in actu, & materia est in potentia. & forma est dignior habere hoc nomen substantia q̄ḑ compositum: qm per illam compositū est in actu: & causa rei est dignior causato. patet autē ꝙ inter cām & causatum cadit realis distinctio fm principia oium Philosophorum & Theologorum. nullus. n. intellectus capere potest, ꝙ aliquid seipsum causet, sicut colligitur ex intentione Philosophi. 2. de aīa tex. cō. 47. & ex intentione diui Augu. in. 1. de trinitate. Vnde, si substantia composita nil aliud esset q̄ḑ materia & forma simul sumptæ, accideret formam esse suimet causam, & ita ēt de materia. Et confirmatur. certum est ꝙ materia & forma sunt duæ causæ reales intrinsecæ ipsius compositi. vel igit causant aliquid reale, vel nihil. si nihil pro nihilo habeatur. si aliquid, illud vel est aliquod absolutum vel aliquod respectiuum. &, si absolutum, vel erit substantia, vel accidens. non potest dici, quod sit accidens, quia tunc generatio substantialis non distingueretur ab accidentali. si igitur sit substantia, tunc vel est substantia formæ. & hoc non, quia forma non est causa intrinseca formæ, nec etiam materia est causa essentialis intrinseca formæ. vel est materia. & hoc nō, propter eandem rationē. ergo oportet ꝙ ista substantia sit quædam substātia tertia, alia à substātia formæ & materiæ. Nec valet rñsio chimerica, quæ consueuit dari ꝙ causalitas materiæ, & formæ terminatur non ad formam absolute, nec ad materiam absolute, sed ad materiam & formam simul. Sed contra. simultas ista est relatio. modo relatio non potest esse primus & per se terminus generationis substantialis, licet sit conditio necessaria ad illam. Amplius sequetur aliquid causare seipsum, quia forma cū materia erit causa formę cū materia. si. n. cōpositum non d. nisi formā cū materia, cùm sit verū dicere formā cū materia cāre cōpositū, ineuita-

biliter

biliter sequitur, sicut vides idem causare seipsum. Amplius ois motus, & ois mutatio p se vna debet hīe per se vnum terminum. si generatio igit est per se vna, mutatio ergo habet p se vnum terminū. Si aūt cōpositum, quod est terminus p se generationis. 7. meta. 26. &. 27. &. 31. cō. nil aliud esset nisi suę partes simul sumptę, tūc ibi non esset aliquid per se vnum, sed duo: materia. n. et forma simul sumpta non sunt vna substantia, sed sunt duæ substantię. Et confirmatur. oē, quod per accidens dīr generari, est rōne alicuius, quod p se generatur: sed tam materia q̄ḑ forma p accidens dīr generari. 7. meta. cō. allegatis: ergo vltra materiam & formam est aliqua substantia, quæ p se generat. & ista nō est nisi substantia composita. Nec valet si dicas ꝙ materia & forma simul, est illud quod p se generatur. quia vt supra dictū fuit, tunc contingeret respectum aliquem esse primum & per se terminū gñationis substantialis: quod nullus sani capitis concedit. Nec valet, si dicatur, vt quidam imperiti dicūt, ꝙ partes diuisiue causant suū totum, & vt sic nō sunt suum totū: partes vero collectiue nō causant suum totum, & hæ sunt suum totum. Sed istud dictum est adeo fatuum, ꝙ forte esset magis fatuū ipsum improbare. Arist. 8. meta. in tex. cō. 15. ostēdit ideo ex forma et materia fieri vnum per se, quia illud potentia, illud uero actus, nunq̄ḑ. n. reperitur ab Arist. nec ab aliquo Peripatetico ꝙ materia sit causa cōpositi sine forma, vel forma sine materia, sed semper inuenimus materiam & formam simul causas esse compositi. vñ Albertus cognomento magnus super. 27. tex. 2. physi. dicit expresse materiam esse causam compositi, vt est formæ subiecta: sicut etiam est cognitionis principium, ut stat sub forma. Et Auer. 8. physi. cō. 4. expresse habet ꝙ impoſe est aliquid generari à materia, vt intelligit nuda à forma. stat igitur argumētum superius factum, ꝙ, si cōpositum nil sit aliud q̄ḑ forma & materia simul, cū materia & forma simul sint causæ compositi, tūc idem esset causa suimet & eodem modo: quod est merū impossibile. Amplius Cōmen. expresse cōtradiceret sibi, & Arist. 8. meta. tex. cō. 15. vbi ponunt compositū per se habere maiorem vnitatem q̄ḑ compositum p aggregationem, quod non esset verum, si compositum substantiale nihil aliud esset, q̄ḑ suæ partes simul sumptæ, quia ita etiam est de compositō per aggregationem. vnde Cōmen. cō. vltimo. 7. meta. hanc ponit differentiam inter composita per se, & composita per contactum. quia in compositis per contactum non fit vnum nisi per cōtactum, sed in compositis per se ex partibus componentibus simul congregatis fit vnum additum aliud à componentibus. Et ideo non possum nō mirari quomodo isti superficietenus consyderantes imponāt istam positionem manifesti erroris ipsi Auer. cùm tamen ipsi se emeritos in via eius opinentur. Ad authoritates omnes Auer. in oppositum, quæ videntur sonare totum nihil aliud esse q̄ḑ suæ partes simul sumptę, respondetur ꝙ hoc est verum constitutiue & integratiue, quia nihil aliud intrinsece per se concurrit ad totius constitutionem, q̄ḑ suæ partes simul sumptæ. cùm hoc tamen stat ꝙ entitas totius sit alia ab entitate partium etiam simul sumptarum. Aut aliter. nō est totum aliud à partibus simul sumptis, verum est aliud distinctū loco & subiecto: bene tamen est aliud fm rē ipsam.

Primo phy. cō. 18. Nona contradictio est in commento. 18. Ibi enim ex sententia Auer. videtur colligi ꝙ nullum indiuisibile sit in prædicamento. & ita habitus intellectuales, cùm in indiuisibili consistant, non videntur esse in prædicamento. Cuius tamen oppositum inuenimus in prædicamentis ab Aristo. cap. de Qualitate, & alibi. Nisi esset ꝙ via Auer. est ista, sicut patet ab ipso super Porphyrio, capitulo de Specie, &. 2. cœli. cō. 49. quòd solum materialia & corruptibilia sunt in prædicamento. Et ideo ipse posuit genus generum prædicamenti substantiæ non esse substantiam, sed corpus cōpositum ex materia & forma. vnde Deus & intelligentię non sunt in prædicamento. & iuxta hoc dixit hic in cō. 18. primi physi. quòd omne, quod est in aliquo decem prædicamentorum, est diuisibile, aut per se, aut per accidēs. de habitibus autem intellectualibus existētibus in nostro intellectu dicendum puto in via eius ꝙ, si consyderentur ratione phantasmatum, cum quibus sunt colligati, sicut patet. 3. de Anima cōm. 30. &. 39. sic tales habitus spectant ad prædicamentum qualitatis. quia vt sic continuo & tempori subduntur, iuxta illud Philosophi. 2. &. 3. de Anima, nostrum intelligere fit cum continuo & tempore. Si autem habitus intellectuales consyderentur, vt sunt in intellectu possibili, ut sic consistunt in indiuisibili. & vt sic non spectant ad aliquod prædicamentum fm viam eius. Elicto istam distinctionem ex cōmento. 5. tertij de anima. in solutione primæ quæstionis. Et, si tu habes subtiliorem modū, dicas illum: quia facile est inuentis addere.

Primo phy. cō. 24. Decima contradictio est in tex. cō. 24. Quia ibi dicitur aliquid moueri posse fm partes, toto remanēte immobili. Huius tamen oppositum inuenimus. 4. physi. cōmē. 43. contra Themistium, si intelligatur dictum istud de omnibus partibus: quia fm ipsum totum nihil aliud est q̄ḑ suę partes maxime loquendo de toto integrali. Si autem intelligatur dictum suum de vna parte, iterum hoc videtur falsum esse. quia. 5. metaph. tex. commen. 8. mota vna parte continui totum mouetur.
Solutio. Ad hoc dici potest ꝙ dictum Philosophi, & Cōmentatoris verificari potest hic, ut dicamus ꝙ partibus totius motis secundum materiam stat totum immobile esse fm materiam: sicut declarat Cōmen. 6. phy. cōm. 85. sed quando. 4. physi. cō. 43. negat hoc, dico ꝙ non habet illud pro inconuenienti de motu secundum formam, q̄ḑ fm materiam. Aut aliter, et magis iuxta alteram sedari potest ista controuersia, vt dicamus Auer. contra Them. 4. physi. 43. locutum fuisse de omnibus partibus, hic vero de vna parte tantum. Et hoc consonat literæ dicenti, sicut enim pars vna, &c. Alij autem dixerunt. 4. physi. Auer. locutum fuisse de motu locali puro: hic vero de motu indifferenti ad purum & non purum. Et multi formantur casus de rarefactione & condensatione, in quibus ostenditur manifeste totum non mutare locū qualibet parte mota. vt, si aer rarefiat secundum vnam medietatem uersus aliam medietatem, sed alia medietas tantum condensatur, vltima superficie remanente immobili, quantum prima rarefit, tunc totus aer non mutat locum, & tamen quælibet pars mouetur. nec in tali motu oportet quicqd est illius moueri, vltima. n. superficies est immobilis. Similiter formatur alius casus, in quo aliquid mouetur, aliquo eius quiescente. sicut si vna pars mouetur rarefaciendo versus vnum extremum, & alia versus aliud, tunc superficies media remaneret immobilis, quia non magis haberet mouerī ad vnam partem q̄ḑ ad aliam. hæc & alia dici consueuerunt, quæ gratia breuitatis omittimus, alibi diffusius pertractaturi domino concedente.

Primo phy. cō. 24. Vndecima contradictio est in eodem cō. 24. Quia ibi d. ꝙ opinio dicens omnia esse vnum in substantia non potest verificari, nisi fm illud, ex quo generatur, s. materia. ꝙ aūt entia sint vnum in forma impoſe est opinari, videtur velle omnia entia materialia cōicare posse in eadē materia. Huius tñ oppositum inuenimus in 8. phy. cō. 46. vbi ex diuersitate materierum infert diuersitatē formaꝝ contra Aur. Nisi esset ꝙ materia est duplex, remota & propinqua, materia remota est vna

Solutio. Solu. contrad. Zim. i iij omnium

omnium per indifferentiam & priuatiue.12. meta. cō. 14.sed materię propinquę sunt plures,& sunt distinctę ſm formarum numerum & distinctionē, et hoc tenet expresse Philosophus.8.meta.te.cō.xi.de materia igit remota dictum Auer.hic habet locum:de materia aūt propinqua verificatur dictum suum in. 8. physi. Et ex isto commento poteris colligere q distinctionis prima radix est ipsa forma,iuxta illud Philosophi.7.met. 49. actus separat & distiguit. & ideo distinctio i formis en tiū est manifestior q in eor materijs.Et ideo d. Auer. in fine istius commēti.24.q autem entia sint vnum in forma,impossibile est opinari. homo enī manifestum est q est alius ab equo in forma.

Primo phy. cō.28. Duodecima cōtradictio est in cō.28. Quia ibi d.partes definitionis esse reales.Huius tamen oppositum inuenimus primo phy.cō. 5. vbi partes definitionis appellat partes ſm imaginationem.&.7.meta.cō.33. 43. &.46.idem sentire videtur. Nisi esset q de partibus definitionis dupliciter possumus loqui,vel fundamentaliter,vel formaliter.Et primo quidē modo sunt reales.nam.7.meta.43.genus sumitur à materia, & differentia sumitur à forma:sicut etiam habet ipse Cōmen. 2.cœli.cō.49.Et iuxta hoc dixit ipse. 1. de aia. cō.7. q partes definitionis sumuntur à diuersis principijs,quæ sunt in re,& ita etiam loquitur in præsenti loco, dum dicit, q animal,quod est genus hois,& bipes,quod est eius differēta,sunt entia in rei veritate,nam partes rei, quæ sunt ſm definitionem, præcedunt rem in esse. Loquendo autem de partibus definitionis formaliter, sic illæ sunt partes ſm imaginationem,& ſm rationē.predicata.n.quiditatiua de intentione eius sunt ab intellectu,sicut est genus,& differentia:sicut colligitur ex sententa eius.1.meta.cō.45.vbi habet q Arist.opinabatur q intellecta rerum notificant substantias rerum,& non sunt substantiæ earum. Et isto quidem modo loquitur de partibus definitionis.1.physi.cō.5.& in alijs locis,vbi videtur dicere q sunt à ratione, & nō reales.

Primo phy. cō.29. Decimatertia contradictio est in cō.29. vbi ad principium d.partes definitionis precedere definitum, non definitum,precedere definitionē.Huius tamen oppositum inuenitur.1.phy.tex.cō.5.Respondetur, non inconuenire totum precedere partes,& precedi à partibus ſm distinctas rationes.Auer.enim.7.meta.cō. 35. habet q prioritas totius ad partes est prioritas formæ ad materiam: prioritas autem partium ad totum est prioritas materiæ ad formam. Ita in proposito partes definitionis precedunt definitum simpliciter,& cognitione distincta:definitum autem precedit partes definitionis quo ad nos,& cognitione confusa.

Primo phy. cō.12. Decimaquarta contradictio est in cō.32. vbi recitās opinionē Anaxa.de mundo,dicit ipsum posuisse mundum factum à principio : sed à parte post voluit ipsum in infinitum permanere. Huius tamen oppositum inuenitur primo cœlt cō.102.vbi recitans quatuor opiniones de mundo,d.q opinio Anaxa. fuit mundū esse generabilem & corruptibilem.& hanc eandem sententiam habet.8.physi.cō.2.Aliqui voluerunt conciliare istam controuersiam,dicentes literam commenti esse depravatam:& volunt q vbi est Anaxag. debet stare Anaximander.Sed istud non potest stare, quia etiam textus Arist.loquitur de Anaxagora & Emped. quomodo differebant i generatione mundi. Propter hoc aliter dicendum puto cum Alberto magno super.1.cœli,trac.4.cap.1.vbi habet q Empedo.& Anaxa. differebant circa generationem & corruptionem mūdi sic. quia Anaxag.posuit mundum incœpisse per generationem,& dixit ipsum corrumpi,nunquā tamen idem numero reiterabitur. Empedocles autem dixit mundum generari & corrumpi,& cum hoc eundē numero reiterari in magno anno,qui sacramento Deorum confirmatus est,qui annus magnus erat spatium,quo superiores orbes,& stellæ reuertuntur omnes simul ad principium primum sui motus,quod non accidit ſm Ptolemęum, nisi in.36.milibus annorum.Et stante ista sententia facile sedari potest cōtradictio in Auer. quia qn d.mūdum à parte post in infinitum permanere,verum est ſm vnitatem specificam, non ſm vnitatem numeralem:quando vero.1.cœli,&.8. physi.dicit mundum apud Anax.& infinities generari,et infinities corrūpi, illud veritatem habet ſm vnitatem numeralem.

Primo phy. cō.41. Decimaquinta cōtradictio est in tex.cō.41.Ibi enim d.Parmenidem posuisse ignem & terram principia rerum naturalium.Huius tamen oppositum inuenimus primo de Asa tex.cō.32.vbi dicitur omnia elemēta iudicem acceperunt,preter terram.Et eandem sententiā inuenimus,1.meta.tex.cō.primi,&.14.Hanc autē contradictionem quidam sedare conati sunt dicētes, q per terram & ignem Parmenides intellexit calidum & frigidum,non substantiam terræ vel ignis. Sed ista solutio,vt mihi videtur,dicit totū oppositum illius,quod est in textu,nam textus d.Parmenidem posuisse calidū & frigidum principia materialia rerum:hęc autem appellat terram,& ignem.et sic contradictio adhuc est in suo robore.Dicamus igitur melius q nullus ex naturaliter loquētibus posuit solam terram esse principium materiale rerum,sicut quidam posuerunt solā aquam, vt Thales milesius:& quidam solum aerem, vt Diogenes:et quidā solum ignē,ut Hyppasus Metapontinus, & Heraclitus,vt dicitur in erratis primi meta. Solum autem ponentes leges posuerunt terrā solam esse principium,sicut Hesiodus,qui fuit ex Antiquis theologizantibus,qui hanc opinionem metrice figurauit.Non tamē negauit Philosophus vel Cōmē. quin aliqui Physici posuerint terram vna cum aliquo alio elemēto, vel cum omnibus reliquis esse principium materiale. Empedocles enim posuit quatuor elementa esse principia materialia omnium,& litem & amicitiam esse principia efficientia.ita etiam Parmenides terram cum igne posuit principium, non terram solam.Solutio ista colligitur in Auer.2.physi.cō.9.ad finem, vbi habet.Et cū dixit.& quidam terram,intendebat cum alijs elementis,vt dixit Parmenides terram & ignem. nullus enim dixit solam terram esse principium, supple de naturaliter loquentibus.

Primo phy. cō.41. Decimasexta contradictio est in eodem commento 41.vbi habet q figura diuiditur per contraria. Huius tamen oppositum reperitur.3.cœli.tex.cō.75. Respondetur q aliquid contrariari figuræ dupliciter cōtingit, vel vere,vel apparenter.Et primo quidem modo figuræ nihil est contrarium.& sic verificatur dictum Philosophi.3.cœli.75.Secundo modo potest apparenter et ſm famositatem aliquid figuræ contrariari. Et ideo d. Cōmen.hic q figura diuiditur in contrarias differētias ſm famam.& in fine commēti ponit documentum dicens.Et notandum est q hoc nomen contrarium vsitatur hic large,pro contrario & priuatione & habitu, siue sit in rei veritate,siue ſm famam,quod cōtrarium, ſm q ego credo, nos appellamus disperatum.

Primo phy. tex. 42. Decimaseptima contradictio est super tex. 42. Arist. enim ibi ponit q conditiones principiorum sunt q non fiunt ex alijs,ex hoc q sunt prima: & q non fiunt ex alterutris,ex hoc q sunt contraria:& q omnia fiant ex eis.Sed obiiabam,quia forma fit ex materia, & priuatio etiam. Solutur.litera trāslationis Arabicę,quā lerē omnes Latini imitantur,habet q Arist.ibi probat prima principia sunt contraria,sed rei veritas est quòd probat conuersam q prima contraria sunt principia. & ita legunt Græci expositores.& tunc instantia nulla est,

est, quia materia nulli est contraria, cùm sit ens in potentia,sed bene est subiectum contrariorum:sed vnum contrarium non potest esse subiectum alterius. Si replicetur q illę etiam sunt conditiones principiorū,& cùm materia sit principium, adhuc argumentum stat in suo vigore: Dic negando assumptum, q forma fit ex materia,sed formatum.7.meta.tex.cōmen.26.& ibidē tex. cō.27,necesse est omne,quod fit, diuisibile esse, & hoc esse hoc,& hoc hoc,dico autem hoc materiam,illud vero formam.vnde ista, forma fit,& priuatio fit ex materia, sunt verę per accidens,de quibus scientia non consyderat,&c. vnde Cōmen.12.meta.cōmen.18.scribit. imaginatio super creationes formarum induxit homines dicere formas,ideſt ideas esse, & datorem esse formarum,quod dixit Auicē.primum autem fuit dictum propter Platonem.

Primo phyſic.cō.49. Decimaoctaua contradictio est in cō.49.in quo dicit Cōmentator q rarum & densum sunt minus vniuersalia q magnum & paruum,quia rarum & densum solum sunt in corporibus sensibilibus naturalibus,magnum autem & paruum comprehenduntur in corporibus naturalibus & mathematicis. Sed huius oppositum sequitur ex cōmen.84.quarti phy.vbi habetur q raritas & densitas insequuntur quantitatem. cùm igitur in mathematicis sit ratio quanti, erit etiam ratio illius, qđ inseparabiliter & immediate cōsequitur quantitatem. Solutur.rarum & dēsum in via Auer.quandoq; sumuntur pro qualitatibus sensibilibus cōsequentibus calidum & frigidum.& sic solū reperiuntur in corporibus naturalibus generabilib⁹ & corruptibilibus, quod addo propter raritatem & densitatem existētem in corporibus cœlestibus,quæ æquiuoce dicitur, vt in quit Cōmen.2.cap.de substantia orbis,cum raritate et densitate istorum materialium.& sic locutus est Commentator hic,&.7.physi.11.&.15.&.2.de generatione cōmen.15.Alio modo sumuntur pro distātia & approximatione partium quantitatis adinuicem , & sic insequuntur quantitatē: et vt sic reperiuntur in mathematicis corporibus,& naturalibus indifferenter. & sic locutus est de raro & dēso Cōmen.4.physi.cō.84.et.72.

Primo phyſico.tex.50. Decimanona contradi.est super tex.50. Aristoteles enim & Cōmen.primo physi.tex.cō.50.volentes numerum principiorum ſm veritatem inuestigare ,adducunt istam rationem,quia in omni genere est vna contrarietas, substantia autem est vnum genus. vbi Commenta.dicit q Aristo.probat q principia non sunt infinita,quia cùm in omni genere sit vna contrarietas: et substantia sit vnum genus, cuius principia sunt quæsita,cùm substantia sit subiectum aliorum generum: necesse est vt contrarietas existens in principijs sit vna,et est contrarietas existēs in substantia,nedum vt sint infinita.Sed opponebam per authoritatē Philosophi primo de anima tex.cōmen.78.vbi Cōmenta. dicit in cōmen. quod impossibile est substantiam elementum esse aliorum prædicamentorum: principia enim nō substantię sunt non substantiæ. Amplius peccat etiam dictum Cōmen.in alio, quia dicit substātiæ elementa inquiri.hoc autem falsum est, quia infra tex. cōmen.57. Philosophus proponit se inuestigaturum principia cuiuslibet generationis simpliciter, videlicet tam generationis,quæ est in substantia,q̄ generationis, quæ est in accidentibus.Et ita Philosophus, si volebat inuestigare numerum principiorum, debuit cōmunem contrarietatem decem prædicamentorum inuestigare,et non illam, quæ erat solum in prædicamento substantię.Ad hanc autem secūdam dubitationem dicit Ammonius, & etiam Alexan. quòd contrarietas in substantia primitus est,& eius principaliter principia quæruntur, in alijs vero est secundario. vnde ens primo saluat in substantia. & ideo prima cōtrarietas saluatur in primo ente,in alijs autem secundo loco,tāquam in his, quę sunt ab vno,& ad vnum. Ad contradictionem autem respondetur, quòd principia substantiæ sunt principia ēt cæterorum prædicamentorum,in genere causæ subiectiuæ, siue materialis, vt dicit Cōmenta.hic, &. 4.metaphy.cōmen.2. substantia est causa aliorum prædicamentorum, non ſm agēs, neq; finem, sed quia est subiectum & materia eorū . Et ad authoritatem Cōmen. primo de anima,cōmen.78, vbi habet quòd substantia impossibile est vt sit elementum aliorum prædicamentorum,solvitur quòd bene verum est loquendo de elemento proximo, sed fallit de elemento remoto. ista enim est determinatio Philosophi in.12.primæ philosophiæ, vbi inuestigauit vtrum eadem sint principia omnium prædicamentorum. & solutio est quòd loquendo de principijs propinquis,sunt diuersa,sed loquendo de remotis, sunt eadem. quia principia substantiæ illo modo sunt principia cæterorum, vt etiam clare scribit ibi Commentator in commen.22.

Primo phyſic.cō.52. Vigesima contradictio est in cōmen.52.vbi dicit q ratio coegit Antiquos ad ponēdum principia esse contraria.Huius tamen oppositum dicitur in tex.cō.48.supra,q omnes Antiqui sine ratiōe,tanquam ab ipsa veritate coacti, posuerūt elemēta,& ab ipsis vocata principia esse contraria. Solutur per dicta Auer.cō.48. Solutio. quia dicit Antiquos sine ratione quoquo modo posuisse principia esse contraria, quia sine ratione perfecta & demonstratiua.nam vt dicit Commenta. ibi, inductio induxit eos ad hoc,in qua non inducuntur omnia particularia. quando autem dixit Cōmentator. cōmē.52. q ratio coegit eos ad dicendum principia esse contraria,intelligendum est de ratione imperfecta. Sed tunc est dubitatio.nam inductio,in qua non inducuntur omnia singularia, est inductio demōstratiua, quæ fit in materia necessaria, in qua idem est iudicium de vno individuo,& de omnibus,2.cœli, commen.59. talis autem inductio est perfecta ratio:quia non potest, sicut aliæ inductiones: sicut patet.2. priorum. cap.23. in Auerro. Respondetur q refert dicere inductionem , in qua non inducuntur omnia singularia, esse inductionem perfectam , & dicere illam esse rationem perfectam . Et primum quidem est verum,præcipue loquendo de inductione, quæ fit in materia necessaria,& secundum quidem dictum est falsum. sicut refert dicere aliqd esse perfectissimum animal, & illud esse perfectissimū asinum. inter species enim argumentationis solus syllogismus est ratio perfecta : aliæ vero sunt rationes imperfectæ , & quasi obliquitates eius. Instantia. Solutio.

Primo phyſic.cō.52. Vigesima prima contradictio est in eodem cō.52. vbi videtur dicere substantias habere contrarietatem ſm formas,non autem secundum subiectum. Huius tamen oppositum reperitur in dictis eius.5. physi.cō.10. &.8.meta.commen.5. Solvitur. hic loqtur secundum mentem Alexan. vt ostēdit series verborum suorum: sed.5.physico. &.8. metaphysicæ loquitur secundum intentionem propriam. Solutio.

Primo phyſic.tex.54. Vigesima secunda cōtradictio est super tex.54. Aristoteles enim primo metaphysi.tex.13. videtur dicere quòd ponentes ignem esse principium conuenientius videntur dixisse,q̄ ponentes vnum ex reliquis.Sed huius oppositum habetur hic, vbi dicit quòd ponētes aerem melius dixerunt. Solvitur secundum diuum Thomam,vide ipsum & verba eius. Aut aliter, Aristo. hic loquitur ſm veritatem, & mentem propriam. nam vt scribit Commen. in præsenti cōmen. subiectum in rei veritate est materia,cuius esse est in potentia.& quia illud est verius, quod est primo vero propinquius, cùm verum subiectum generationis secūdum essentiam sit

denudatum

denudatum ab omni contrarietate, illi, qui posuerunt minorem contrarietatem, rectius fuerunt proping veritatem videre, q̃ ponentes maiorem. &, quia minor est cõtrarietas in medijs, q̃ in extremis, ponentes vnũ mediũ pro subiecto rectius dixerunt, q̃ ponẽtes vnum ex extremis. & eadem ratione ex ponẽtibus vnum ex quatuor elementis rectius dixerunt, ponentes illud, cuius differentiæ & qualitates sunt magis occultæ, q̃ qui posuerunt pro elemento illud, quod habet qualitates magis manifestas. &, quia aer est huiusmodi, ideo ſm veritatem ponentes aerem melius posuerũt, quàm qui ignem posuerunt. Sed in primo meta. Aristo. loquitur ſm mentem Antiquorum, asserentium generationem fieri per congregationem, quia congregatio & mixtio per minima, & subtilia melius & expeditius fit, vt patet in fine primi de generatiõe & corruptio. tex. cõ. 89. sic, ſm hãc rationem asserẽtem generationem fieri per minima & subtilissima, sequt videtur, quòd qui posuerunt ignem conuenientius dixerunt. Et hoc videtur esse de mente Philosophi in primo meta. tex. cõmen. 13. inquit enim, apparet enim vtiq; maxime elementare esse omnium, ex quo fit primo cõgregatione, talevero est, quod minutissimarum partium, subtilissimumq; sit corporum. Vnde quicunq; statuũt ignem principium maxime cõueniẽter huic rationi dicunt, idest ſm istum modum asserentem generationem fieri per congregationem partium magis videntur ad hanc rationem, & fundamentum dicere ponentes ignem esse elemẽtum, ex quo per congregationem partium omnia generantur, q̃ ponentes vnũ ex reliquis, quia est subtilissimum partium inter omnia, non igitur Aristo. laudat eos absolute, sed dicit hoc sequi ad rationẽ eorum erroneam. & ista est melior solutio q̃ prima, quæ est beati Thomæ in primo physic. in loco allegato. Et, cùm hæc scripsissem, inueni Alexandrum isto modo dicere. inquit enim. Hæc præfatus quærit, cur nulla ratione terra debeat aliorum elemẽtum esse, vt vulgo mortales putãt, atq; adeo Hesiodus existimauit, qui hãc primam post chaos genitam esse tradit, sententiam suam vulgi testimonio confirmans. sed fortasse de terra dicit, nisi priores ad modum generationis spectantes illa elementa esse rebantur, cur non terram quoq; ipsam, vt homines cõmuniter opinantur elementum esse d. cebãt. quibus dictis, redit ad id quod dixerat, elementum videri id, quod tenuissimis est partibus, docetq; ſm hanc sententiam, qui præter ignẽ quodpiam aliud corpus elementum esse statuebant, siue de horũ quatuor numero, siue medium corpus inter ignem & aerem, horũ neminem recte dicere. Ecce quomodo Alexander exponit illa dicta sequt ad fundamentum erroneum Antiquorum, non quòd istis assentiat Aristote. ex mente propria, & multum sutt gaudsus animus meus. inquit enim Arist. in tex. 14. ſm igitur hanc rationem, nec si quis horũ aliquid præter ignem dicit, nec si quis aere quidem dẽsius hoc ponit, aqua vero tenuius, nõ recte vtiq; dicet. Vnde ſm solutionem sancti Thomæ Aristo. videtur assentire illi dicto, quòd videlicet generatio fiat ſm subtilitatem partium, quod tamen falsum est, quia Aristo. non assentit Antiquis generationem fieri præsertim simplicem per congregationem, immo primo de generatione & corruptione tex. cõmen. 86. &. 89. &. 90. &. 2. de generatio. tex. cõmen. 48. dicit mixtionem nõ esse per paruitatem partium, licet illud coagat ad illud, quia tũc mixtio esset ad sensum. Et hoc testatur etiam Cõmen. primo meta. cõmen. 16. inquit enim. mixtio nõ est per paruitatem partium, sed mixtio vera est, vt mixta alterentur, donec ex eis fiat forma media. verbi gratia forma oxymellis, quæ fit ex mixtione mellis & aceti.

Primo physic. cõ. 54.

Vigesimatertia contradictio est in cõ. 54. ibi enim dicit q̃ contrarietas est minus sensibilis in medijs q̃ in extremis. ex hoc sequi videtur q̃, cùm terra sit extremum, aqua autem sit medium, vt etiam hic dicitur, sequitur terram frigidiorem esse aqua. Et hoc idem formari potest ratione. nam quanto aliquid distat à motu cœli, tanto illud est frigidius. quia, vt scribit Commentator. 2. cœli. cõmen. 94. Remotio à motu dat grauitatem, & quietem, & frigiditatem, sicut vicinitas dat leuitatem, & caliditatem & motum. modo sicut simpliciter ad simpliciter, ita magis ad magis, & maxime ad maxime. si remotio igitur à motu dat frigiditatem, ergo maior maiorem, & maxima remotio maximam frigiditatem dabit. sed huiusmodi est naturæ remotio, vt patet: ergo terra est primum frigidorum. Huius tamen oppositum inuenitur in dictis Arist. & Cõmenta. 2. de generatione. tex: cõmen. 23. vbi habet terram esse magis siccã q̃ frigidi, aquam vero magis frigidi q̃ humidi. Ista materia est multũ difficilis solutiõis. & signum difficultatis eius est diuersitas opinantium. Aliq; propter primam rationem moti, & alias q̃ plures tenuerũt terram aqua frigidiorẽ esse, sicut Albertus Alema. & multi sequaces. Alij vero tenuerunt aquam esse terra frigidiorem propter authoritatem Philosophi allegatam in. 2. de generatione, & propter duplicem rõnem, vnam à priori, & aliam à posteriori: quarum quælibet de per se initittur qntuplici medio, vt est videre in Conciliatore in differentia. 12. Alij vero conati sunt vtrãq; viam tenere, vnica distinctione conciliantes dicta istorum repugnantia. dicunt tamen duplicem esse frigiditatem, sicut enim duplex est caliditas, elementalis & cœlestis, vt est videre. 2. de generatione animalium, ca. 3. &. 2. capᵇ, de substantia orbis. &. 12. meta. cõmen. 18. sic duplicem aiunt frigiditatem esse vnam elementalem: & tali aquam frigidiorem inquiunt esse terra, altam vero cœlestem: & tali terram aiũt esse frigidiorem aqua. & hac via processit Egidius Roma. Est etiam materia ista difficilis, quia multas secũ trahit difficultates. quarum vna est, vtrum quælibet qualitas in elementis existens sit in summo, vel vna tantum. &, si fuerit vna tantum, nunquid alia sit remissa per admixtionem sui contrarij, nec ne. & alia quidem est, vtrum vna & eadem proprietas elementalis possit esse eiusdem speciei cum consimili reperta in alio elemento. & tertia est, vtrum duabus qualitatibus in summo existentibus in elementis, adhuc mixtio posset fieri, vel non: vt videtur velle Auerro. 4. meteororum. cõmẽ. 10. Et videre meo Thomas de garbo in summa sua, tract. primo in summa de elementis quest. secunda multum subtiliter prosecutus est istas difficultates, & declarauit q̃ opiniones narratæ non habent aliquam rationem demonstratiuam ad adhærendum potius vni parti q̃ alteri. quia si quę fuisset ad hoc ratio demonstratiua, probabile est Aristote. eam adduxisse: sed ex medijs rationibus innixis quãdoq; videtur sequi vnum, quandoq; videtur sequi oppositum. Et dixit q̃ illud, super quo debemus inniti in hoc quæsito, est via sensus, quia rectissimus iudex de qualitatibus tangibilibus est sensus tactus: et, qa per tactum discernimus aquam frigidiorem esse terra, ideo tenendum est hoc hac sola via: & non propter aliquas rationes, quæ omnes solui possunt: sicut patet intuenti ipm. Illud autem, quod mihi videtur dicendum in hac materia est vnum, quòd dicere vnum elementum esse frigidius aut calidius altero contingit dupliciter: vno modo quantum ad gradum & intensionem formæ, alio modo quantum ad agere & posse. fiat enim primo modo aliquid esse calidius altero, non tamen secundo modo. sicut flamma suppę est calidior intensiue ferro ignito: ferrum tamen plus calefacit, & potentius q̃ faciat ipsa flamma, sicut etiam sensus ostendit. Dico tũc terram, quantum

Digressio de qualitatibus elementorũ.

quantum ad gradum esse frigidissimam, sicut & aquam. Et hoc sentit Philosophus primo meteo. vbi dicit expresse q̃ in medio, & circa medium est quod grauissimum & frigidissimum. & ita argumẽtum primum ex remotione à motu credo ipsum demonstrare ad istum sensum. Nec obstat q̃ vna, & eadẽ qualitas in summo reperiatur in duobus elementis, vbi fuerit diuersis associata qualitatibus, & vbi vna minus principaliter competat vni q̃ alteri. Vnde teneo frigiditatẽ tam in aqua, q̃ in terra esse in sũmo: sed in aqua est humiditati coniuncta, in terra vero siccitati. aquæ etiam principalius competit q̃ terræ ex isto fundamento: quia ſm fundamentum Philosophi ab vno inquantum vnum immediate non prouenit nisi vnum. Et ideo probabile est q̃, si ambæ qualitates in summo reperiuntur in vno elemento, tamen prius natura vna illarum consequitur formam elementi q̃ altera. vnde cùm ignis sit formalissimum elementorum, conuenientissimum videtur q̃ formalissima qualitas prius ſm naturam sibi cõpetat. Et, quia caliditas formalior est siccitate, hinc est q̃, ignea calido & sicco existẽte, dicimus ignem plus esse calidi, q̃ sicci. & ita discurrendo per alia dicas consequenter. Si vero quæratur, vtrum aqua sit frigidior terra secundo modo, quia magis infrigidat, & potest magis infrigidare, hoc patet ad sensum. & qui de hoc dubitat sensu indiget. & sic possunt dicta ista concordari. Et licet positio ista contradicat Auer. 4. meteororũ. cõmen. 10. vbi videtur dicere duas qualitates in fine non posse reperiri in vno & eodem elemento, quia tunc non posset ex elementis contrarijs in ambabus qualitatibus fieri aliquid, nec possent adinuicem misceri, & tẽperari, istud tamen nõ multum mouet: tum quia authoritas eius in illo libro, non multum cõmuniter tenetur: quia ibidem primo meteororũ posuit dari epicyclos, & excentricos, quos tamen destruit infinities in. 2. cœli: tum etiã, quia si ratio illa aliqd cogit, sequeretur q̃ ignis & aqua nunquam possent agere. nam, cùm actio sit merito contrarietatis ignis, ergo per caliditatem aget in frigiditatem aquæ. & cũ ambæ istę sint in summo, sequitur igitur q̃ non erit actio. Nec valet si dicat q̃ reactio non fit per easdem qualitates. quia tunc sequeretur q̃ quodlibet elementum non posset in aliud immediate cõuerti contra Philosophũ. 2. de generatione. Quomodo enim tũc ignis conuertetur in aerem? Si enim ignis patitur ab aere per humiditatem, per quid reaget. si per siccitatem habeo intentum, q̃ reactio fit per easdem qualitates. si per caliditatem, hoc non potest stare, quia actio est merito contrarietatis. modo caliditas non cõtrariatur humiditati, sed frigiditati. Nec valet, si dicat reactionem non posse fieri in elementis habentibus symbolum, sicut quidam dicunt. quia istud est contra Philosophum primo de generatione in ifinitis locis, vbi dicit q̃ quęcunq; contrarietatem habentia cõmunicant in materia, in agendo repatiuntur. Et ista etiam est mens Alexandri, & Ioan. grãmatici in primo de generatione, & in secũdo, præcipue super expositione tex. cõ. 8. vbi expresse ponit reactionẽ per easdem qualitates, cũ actio fit merito contrarietatis: sicut expresse Philosophus dicit. Item tunc sequeretur q̃ in habentibus symbolum non esset facilior trãsitus, sicut patet discurrenti. Si igitur Cõmẽtator intelligat ambas qualitates in elemento simplici non esse in fine, idest in summo quantum ad gradũ, sed vna sit in summo, & alia sit remissa, non sum cum ipso. nam in habentibus contrarium remissio fit per admixtionem cõtrarij, iuxta illud Philosophi, illud est albius, quod est nigro impermixtius. Et ideo sequeretur q̃ elementum non esset simplex. Et hoc est quod ante nos tenuit præcipuus expositorum Antiquiorum Alexander super cõmento suo in primo meteo. Inquit enim magis quidem aqua frigida q̃ terra: sed non mixtura caliditatis terra est minus frigida q̃ aqua, & magis est terra sicca q̃ ignis: sed non ignis mixtura humiditatis est minus siccus. & magis quidem calidus ignis q̃ aer: sed non mixtura frigiditatis aer minus calidus q̃ ignis. & aer magis quidem humidus q̃ aqua: sed non solidi alicuius mixtura aqua minus humida q̃ aer, non enim vtiq; aliquod simpliciorum corporum esset, hæc ille ad literam. Potest etiam illud alia ratione fulciri. qa, si qualitas altera esset permixta suo contrario, tunc Aristot. ex combinationibus quatuor qualitatum primarum non sufficienter ostendisset numerum quaternarium elementorũ. dicit enim q̃ caliditas & siccitas constituunt ignem. quòd si vidisset aliquam humiditatem siccitati ignis cõiũgi, vtiq; & illius meminisset. & hoc videtur sentire esse Cõmentator in. 3. cœli. cõmen. 67. Si autem authoritas Cõmentatoris intelligatur quantum ad posse, scilicet q̃ vnum elementum non habet ambas in fine, sic sum cũ ipso. quia, vt est ipsius Philosophi sentẽtia. 2. de generatione. tex. cõmen. 48. mixtio non fit, quando alterum dominatur super alterum, neque quando habent æqualem potentiam. Si enim potentia alterius fuerit simpliciter dominans, corruptio erit dominati & generatio dominantis. &, si æquales fuerint potentiæ, tunc non fiet alteratio, sicut declaratum est in. 4. meteoro. supple tu in cõmen. 10. superius allegato. &, cùm potentia alterius fuerit dominans dominati non dominans simpliciter, generabit ex eis aliquod medium, sed tamen declinat ad partem dominantis, hæc Cõmẽtator. Patet igitur exponendo Auerro. per Auerroem, q̃ elementa non habent ambas qualitates in fine: non quantum ad gradũ, ita q̃ vna sit in summo, & alia sit remissa per suum contrarium, sicut communiter omnes posteriores exposuerunt: sed hoc intel ligitur quantum ad potentiam agendi: sicut ipsemet se ipsum declarat in verbis allegatis. Et sic verificatur dicta Philosophi, quę adinuicem videtur aduersa. quando enim dixit primo meteororum terram esse frigidissimam, hoc est verum quantum ad gradum, quia nõ est terræ frigiditas caliditati permixta, vt bene dixit Alexander. quãdo vero dixit. 2. de generatione. 23. aquam esse magis frigidi q̃ humidi, & terrã magis sicci q̃ frigidi, hoc intelligitur quantum ad posse. quia plus potest infrigidare aqua q̃ terra: sicut sensus demonstrat. Aut aliter potest dici q̃ Philosophus ibi nõ comparat vnum elementum alteri in eadem qualitate, ita q̃ velit aquam esse terra frigidiorem: hoc enim non dicitur in litera: sed ibi comparantur duæ qualitates ad vnum, & idem elementum. &, quia ab vno, inquantum vnum, non prouenit immediate nisi vnum, propter hoc dicuntur ignem per prius sibi determinare caliditatẽ q̃ siccitatem, & aerem per prius humiditatem quàm caliditatem. cùm hoc tamen stat tam ignis quàm aeris caliditatem summam esse. nulla enim in hoc est contradictio, q̃ eadem qualitas in summo possit reperiri in duobus subiectis specie differentibus, sicut patet. Ad contradictionẽ igitur formaliter respondentes dicimus, quòd quando dicit Cõmentator q̃ cõtrarietas est magis sensibilis in extremis q̃ in medijs, illud habet veritatem de medijs per compositionem ex extremis, non autem habet locum de medijs per comparationem. aqua autem est medium inter terram & ignem secundo modo. Quòd si dicatur q̃ Commentator, & Philosophus loquuntur de medijs ſm comparationem, quia laudat illos, qui posuerũt aerem esse subiectum, vel aquam, potius q̃ illos, qui posuerunt ignem vel terram. Respõdetur, q̃ Philosophus loquitur ibi ſm opinionem Antiquorum, qui credebant aquam ex quo est medium ſm situm, & etiam ſm comparationẽ inter elementa, sicut testatur

Solutio contradictionis.

testatur Cõmentator. 4. cœli. cõmen. 26. quòd haberet minus sensibiles qualitates quàm terra vel ignis. quod tamen non est verum, maxime loquendo de aqua, vt comparatur terræ in qualitatibus alterativis, sicut est frigiditas & humiditas. nullit enim dubium est ꝙ frigiditas aquæ est magis sensibilis q̃ frigiditas terræ. Si vero intelligatur propositio Cõmen. etiam in istis medijs ſm situm & comparationem, dicimus contrarietatem in medijs talibus esse minus sensibilẽ q̃ sit contrarietas in extremis, verum est quãtum ad qualitates localiter mottuas. quia terra est grauis simpliciter, aqua autem est grauis in respectu. similiter aer est leuis in respectu, sed ignis est leuis simpliciter. quo autem ad qualitates alterativas non credo illam propositionem esse vniuersaliter veram in talibus medijs non per cõpositionem extremorum resultantibus, licet quandoq; verificari possit. sicut caliditas ignis est magis sensibilis quàm caliditas aeris. sed quòd vniuersaliter verificetur hoc non video. Et per hoc patet ad authoritatem Philosophi et Cõmentatoris hic. Sed ad authoritatem eius. 2. de generatione iam dictũ est. Ista sunt, quæ sentimus in hac materia, quæ licet noua videantur, forte tamen sunt satis antiqua, sicut poteris intueri. Non me latet concordia Modernorum dicẽtium aquam frigidiorem terra quantum ad gradum, terram autem frigidiorem quantum ad formam: quia multitudo formę insequitur multitudinẽ materiæ. tñ primum dictũ eorum nõ credo verũ esse: quia nõ video qũo posset teneri simplicitas i elemẽtis cum remissione alterius qualitatis per admixtionem cum suo contrario. Et tu magnifice dñe Marcean toni super hoc consyderabis. sufficit mihi excitare intellectum tuum in istis. tu autem bonitate ingenij tui, & solertia poteris facile veritatem intueri.

Primo physico cõ. 56. Vigesimaquarta cõtradictio est in eod. cõ. 56. Quia ibi d. ꝙ subiectum est in potentia pura vtrunq; extremum. Huius tñ oppositum dicere videt infra in cõ. 82. primi. phy. Ad hoc est dicendũ distinguendo de duplici subiecto, primo, & sedo: sicut ipsemet distinguit in cõ. tilo. 82, Et loquẽdo de primo subiecto, quod verius appellatur prima materia q̃ subiectum, vt statim dicã, tale est in potentia pura vtrunq; extremũ. & tale subiectum Cõmen. distinxit contra viedũ in hoc cõ. 56. Sed loquẽdo de secundo subiecto, quod vere subiectum dicitur, tale non est in pura potentia vtrũq; extremũ: quia tale est in actu, aut modo medio inter actum & potentiam. Dixi autem notabiliter primum subiectũ, quod est in pura potentia vtrunq; extremũ, rectius dici materiam q̃ subiectum, & per oppositum secundũ subiectum rectius appellari subiectum q̃ materiam. Et ista fuit sentẽtia Philosophi ad principium p° meteo. vt ibi deducit Alexander super illo verbo, quare accidẽtium circa ipsum ignem quidẽ & terram, & cognata his, vt in materiæ specie, oportet putare eos, quæ fiunt. subiectum. n. & partes appellamus hoc modo. Et ista etiam est sententia lucidissimi Themistij in paraphrasi sup p° phy si. in digressione, quã facit de potentia materiæ, & eius priuatione. Nomen materiæ cũ potentia & priuatione est. dicitur. n. materia earum rerum, quæ nõdum ortæ aut factę sunt. Vnde, si consyderemus materiam, vt est priuata forma, sic materia recte dicitur. sed cùm accipitur pro subiecto, vt sic cum priuatione non est. vnde materia, ex qua generatur homo, anteq̃ hominis formam recipiat, materia recte nũcupatur. sed vbi forma hominis est affecta, non amplius vt sic materia dicitur, sed subiectum. Vnde authoritate Boethi materia qualitatibus informata nõ amplius materia remanet. nam ſm se informis est, & speciebus omnibus caret: sed adhibitis qualitatibus materia abit in subiectis. Et propter hoc dixit ẽt Auer, imitando istã sententiam in. 2. ca. de substan. orbis: & in. 8. meta. cõ. 12. ꝙ cœlum rectius dicitur subiectum q̃ materia. qa videbat in cœlo non esse materiam, quæ sit in potẽtia pura vtrunque extremũ: sicut sonat ratio materiæ. nec est ibi priuatio formæ substantialis, ad quã sit in potentia: quæ priuatio importatur per nomen materiæ ex sñia Themistij: sed quia semper est actu sub sua forma, ideo rectius dicitur subiectum, q̃ materia. Accedit ad hoc, qa materia etiam est ex quo fit aliquid, vt inexistente. 2. physi. 27.

Solutio. Sed, quia forma cœli non educitur de potẽtia eius, cùm sit abstracta, hinc etiam dictum est, & bene, cœlum rectius subiectum, quàm materiam dici.

Primo phy. sic. cõ. 56. Vigesimaquinta contradi. est in cõ. 56. Quia ibi ponens differentiã inter subiectum, & medium d. ꝙ medium est vtrunq; extremum, non pura potẽtia. Huius tñ oppositum repitur in dictis eius. 10. meta. cõ. 7. vbi loquens de coloribus medijs, inquit ꝙ non debet aliqs dicere ꝙ alij colores cõponuntur ex albo & nigro: qm̃ nigrũ est priuatio albi, sicut obscuritas est priuatio lucis. Ad hoc cõsueuimus dicere limitando propositionem istam Auer. quæ dicit, ꝙ media cõponũtur ex extremis, distinguendo de duplici medio: sicut ipsemet distingnit. 4. cœli. cõ. 26. Quoddã. n. est mediũ per comparationem, sicut dicimus ꝙ aer est medium per comparationem inter graue simpliciter, & inter leue simpliciter. nã respectu ignis grauis est, respectu aquæ & terræ est leuis, propter hoc tñ non dicimus aerẽ esse compositum ex graui & leui. & ideo de talibus medijs loquẽdo, extrema nõ sunt in actu permixto positione in essentia medioꝝ, sed solum quantum ad denominationem sunt in eo, qa talia media in comparatione vnius extremi sumunt denominationem alterius. Aliud est medium per realem cõpositionem ex extremis. & de talibus verificantur dicta Auer. hic, &. 5. physi. cõ. 6. 19. &. 52. &. 10. meta. cõ. 23. vbi adducit rationem demonstratiuam super hoc, ꝙ media inter contraria sunt composita ex extremis. aliter. n. non esset motus. & sic in coloribus medijs sunt colores extremi formaliter, in esse tñ refracto. & ista est idubitata sñia Cõmẽ. in hoc, quicquid dicat Burleus in hoc, & quidã tuntores, qui nouas phantasias imponũt Auer. Et tunc ad authoritatem Auer. in oppositũ dico, ꝙ nolute dicere ꝙ colores medij non componantur ex albo & nigro absolute, sicut male intellexit Burleus, & sequaces: Sed non componunt̃ tanq̃ ex duobus principijs æque perfectis mensurantibus suum esse. Et hoc voluit dicere ibi Philosophus, & Cõmen. quia ibi volunt ostendere ꝙ in omni genere est deuenire ad vnum primũ, quod est metrum & mensura omnium, quę sunt in illo genere. & ita in genere colorum est color albus, qui est metrum omnium aliorum colorum. Et, quia aliquis posset dicere ꝙ, cùm colores medij sint cõpositi ex ambobus extremis, s. albo & nigro, posset aliquis opinari ꝙ ram albedo q̃ nigredo est mensura aliorum, & ita non esset vnum primum metrum respectu ciũm. Et Philosophus, & Commen. videntes istam obiectionem excludũt eam, dicentes ꝙ hoc non potest dici, quia nigrum est priuatio albi, sicut tenebra est priuatio lucis. modo ratio mensurandi cõpetit habitui nõ priuationi, iuxta illud Philosophi p° de aïa. 85. Recto & ipsum, & obliquũ cognoscimus. Et ꝙ ista fuerit mẽs Auer. ostendũt verba sua sequenti. qa vbi dixit ꝙ non debet aliqs dicere ꝙ alij colores componũtur ex albo & nigro, quoniam nigrum est priuatio albi, sicut obscuritas est priuatio lucis, statim subdit. ergo in coloribus nõ est principium & mensura, nisi vnum. Bene igitur diximus glosando colores medios non cõponi ex extremis, tanq̃ ex duabus mensurts, non tamen absolute sunt incõpositi q̃um ad esse.

Primo physic. cõ. 60. Vigesimasexta cõtradictio est in cõ. 60. vbi d. ꝙ illud,

lud, quod vere generatur, est materia, Huius tñ oppositum d. ipse infra cõ. 74. &. 7. meta. 23, &. 26. &. 25. vbi habet ꝙ vere generatum est compositum, & materia & forma generantur per accidens. Nisi esset ꝙ aliquid vere generari dupliciter sumit̃, subiectiue, & terminatiue. subiectum. n. generationis vere dicitur generari, prout videlicet est fundamentum deferens generationem. nam, cũ motus sit vere in mobili non in motore, nec in forma quæ acquiritur, vt accidens in subiecto, ideo mobile debet denominari à motu. vnde Cõmẽ. 5. physi. cõmen. 3. Cùm motum est aliud ab eo ad quod est motus & est forma, manifestum est ꝙ motus est in moto, non in illo, ad quod est motus, & est forma. sicut igitur passio vere denominat passum, sic motus vere denominat mobile. & ideo, cùm materia sit vere subiectum generatiõis, ideo verissime dicit generari. Alio modo aliquid dicitur generari terminatiue. quia videlicet tale accipit esse per generationẽ. & modus iste est famosior. & de isto locutus fuit Philosophus in. 7. meta. tex. cõ. 27. &. 32. vbi d. ꝙ illud, quod fit, oportet ꝙ sit diuisibile semper, & quod non sit ęs, nec sphæra sed ænea sphæra. Et Cõmen. in cõ. 26. ibidem d. ꝙ agẽs facit ex alio aliud, nõ aliud in alio. facit. n. ex materia formatum, non in materia formam. Et ſm istum modum verificatur dictum suum ꝙ compositum vere & per se generatur: materia autem & forma per accidens. primus igitur modus est verior, & secundus est famosior. Valeant igitur qui dicunt ꝙ materia nõ potest dici aliquo modo generari. dicunt. n. ꝙ ista distinctio posita nunq̃ inuenta est in Arist. nec in Auer. Sed videãt isti quæso præsens cõ. 60. primi phy. & inuenient ꝙ omne generatum semper indiget aliquo subiecto, & est illud, quod in rei veritate dicitur generari, s. in tẽpore, in quo generatur in actu. generatum. n. completum fuit generatum, & non est in actu. generatio igitur, ſm ꝙ est motus, necessario habet subiectum, & est illud, quod dicitur gñari in actu. hæc ille formaliter. Et in eodẽ cõmẽ. parum infra d. recipiens formã hominis est illud, quod in rei veritate dicitur generari, s. illud, in quo inuenitur iste motus. & reddens causam subdit. motus. n. debet esse in subiecto, sicut diximus. Recte igtr diximus nos ꝙ primus modus est verior, & secundus est famosior. & hoc prouenit propter latentiã materiæ, quæ est subiectum generationis. Et ideo prouenit ꝙ subiectum generationis modo denominatur generari secundum famositatem, licet vere generetur modo exposito.

Primo physico cõ. 60. Vigesimaseptima cõtradictio est in eodem cõmen. in paucis verbis. Primo. n. dicit quod à veritate nunq̃ est impedimentũ, sed impedimentum semp est à falsitate. Sed parum infra dicit, quòd qui prius audiuit leges, & postea Philosophiam, habet recipere veritatẽ. quia qui habet consuetudinem audiendi falsum, aptus est vt impediatur à veritate. Solutio. Solutur. sermo eius sic intelligitur, quòd impedimentum, & malum semper est à falso, nunquam à vero, quia bonum intellectus est veritas, & falsitas est malum eius, & imperfectio. vnde hoc declarat exemplum eius. nam ille, qui consueuit comedere panem, qui est cibus temperatus, & conueniens, semper nutritur eo, & nunquam impeditur, quin eo nutriatur, sic veritas semp perficit intellectum. per oppositum qui nutritur cibo non cõueniente naturę, potest impediri ab eo vt non nutriatur. sic est de assuetis sermonibus falsis, quod isti non perficiũtur. Aut aliter. duplex est impedimentum, quoddam, quod attestat malo, & sic veritas non impedit: quoddam vero, quod est mali destructio, & sic veritas est impedimentum mendacij, quia destruit illud. & sic patet concordia.

Primo physico cõ. 60. Vigesimaoctaua contradi. est in cõ. eodem. Auer. dicit ꝙ in legibus non est verum neq; falsum. Sed hoc videtur impossibile. nam omnis oratio & opinio, quæ significat, aut opinatur aliter q̃ est, est falsa: & si significat, aut opinatur, sicut est, est vera ex prędicamentis in cap. de substantia. Nisi esset quod dictum est sic intelligendum, ꝙ opiniones legum non sunt simpliciter veræ, neq; simpliciter falsæ, quia famosum non potest esse ex toto falsum. vnde Alexãder d. in libro de Fato, ꝙ huiusmodi opiniones, quæ sunt famoæ apud oẽs gentes, & sunt eædem apud omnes, sunt nobis naturaliter infitæ. Pro hoc vide verba eius in fine solutiõis. 2. quęstionis, in. 3. de anima, cõ. 5. vbi scribit ꝙ ista intẽtio aparuit à remotis animam esse imortalem, s. intellectum speculatiuum. & quibusdã interpositis subdit. Et vniuersaliter ista intentio animæ est pars vera in propositionibus probabilibus, quæ dicunt aſam esse vtrunq;, s. immortalem & mortalẽ. probabilia enim impossibile est vt sint falsa ſm totũ. & hoc apologizauerũt Antiqui, & in representatione illius conuenitunt omnes gentes. intelligas autem tu ista de lege sua, fallit autem hoc de lege nostra, quia tradita est ab illo, qui est infallibilis veritas. Sic etiam intelligitur dictum Philosophi de legibus suo tempore institutis, de qbus inquit in. 2. meta. tex. cõ. 14. quantum vim habeat consuetudo leges ostendunt, in quibus fabulosa & puerilia plus possunt propter cõsuetudinem, quàm si cognoscęremus ea. Dicit. n. Cõmenta. ꝙ plures opiniones scientiæ Diuinæ ponuntur in legibus non ad sciendum, sed ad inquirendum bonitatem. Et causa in hoc est, quia hominũ complementũ, non completur nisi per congregationem, & congregatio per bonitatem. esse ergo boni est necessarium, & non est necessarium eos scire veritatem. ita ẽt scribit Philosophus in. 12. meta. i tex. cõ. 50. multa tam adducta sunt fabulosę ad persuasionem multorum, & ad opportunitatem multorum ad leges & conferens. Vnde Themistius in p° de anima. cap. 22. scribit quòd Pythagoras fabulosę cõminiscebatur transmigrationem animarum in corpora indiscriminatim ad ciuilem aliquẽ vsum. Vnde Vergilius, Primus in orbe Deos timor fecit. sapientes enim vt inquit Plato in Dialogo de morte, vt vulgus institueretur, psuaserunt supplicia esse post mortem animarum in alia vita, & ertã Mahumeth obseruantibus legem promisit mel & lac. Quicquid sit de aliꝭ, lex Christi vera est, & ꝙ veritate mortuum esse fatemur, & vere resurrexisse, qui iudicabit in veritate omnem creaturam rationabilem.

Primo physic. tex. 62. Vigesimanona contradictio est in tex. 62. Arist. distinguit duplicem generationẽ, s. an simpliciter dictam, quæ est substantiarum, & in secundum qd, quæ est accidentium. Sed huius oppositum legitur in. 3. meta. in tex. cõ. 16. vbi dicitur, ꝙ generationes non sunt nisi in substantijs, non in accidentibus. Solutur. Arist. & Cõmen. loquuntur ibi cõtra Antiquos ponẽtes vnum esse ens, sicut fuit Parmenides. nam oportet ipsum intellexisse ens, quod erat vnum, esse substantiam. nam si esset accidens, cùm accidẽs non possit esse sine substantia, tunc plura essent ea, quæ sunt apud ipsum. igitur sequitur ꝙ, cùm nullum sit ens, nisi substantia, omnis generatio erit in substantijs, non in accidentibus. Ad hominem igitur est sermo eius, non ꝙ ipse hoc concedat.

Primo physic. cõ. 62. Trigesima contradi. est in cõ. 62. vbi dicere videtur generationem successiue fieri. inquit. n. ꝙ partes oppositi successiue recedunt à subiecto, & fiũt in ipso partes generati. & similiter est in substantia. in spermate enim apud generationem hominis non cessant partes ſmatis recedere, & partes fieri hominis, donec forma humana perficiatur. & hoc, si forma hominis recipit partitionem. Et huius tamen oppositum reperitur in dictis suis super. 6. phy. cõ. 32. vbi vult generationem fieri subito, & ꝙ nõ est motus, sed finis motus. Debes scire ex sententia

Difficultas, an detur minimū in formis elementorum, & et in qualitatibus habentibus contrarium.

In motu datur minimū quo ad subiectum, nō autem vniuersaliter quo ad formam.

sententia Auer. ꝙ generatio sumitur dupliciter. primo pro aggregato ex alteratione præuia, & ex subito prouentu formæ: alio modo pro subito prouentu formæ tantum, ista distinctio colligitur ex cō. 59. sexti phy. Vlterius scias Auer. tenuisse oēm formam materialem extensam esse ad subiecti extensionem, sicut potest videri ab ipso p° caꝑ. de substantia orbis. Vlterius notare debes Auer. posuisse minima naturalia in rebus naturalibus. datur. n. minima caro p° phy. 38. & alibi infinities. Dubium tñ arduum est, an de intentione Auer. in formis intensibilibus & remissibilibus, sicut sunt formæ elemētorum, ſm ipsum sit dare minimum: sicut ēt dubium est vtrum in qualitatibus habentibus contrarium sit dare minimū ex parte formæ. Et in hoc est magna discordia apud viros magnos. Aliqui voluerūt dare minimum ignem genitum, ita ꝙ volunt generationem elementi fieri isto modo. imaginātur ꝙ primo inducitur minimum ignis in materia. sed post illud minimum imaginantur generationem elementi fieri successiue per partem ante partem in infinitum. vnde isti consequenter dicunt ꝙ etiam in qualitatibus elemētorum est dare minimam quantitatē, cui correspondeant minimum alteratum esse, minimum generabile de forma elementi, &, quia post illud minimum qualitas per partem ante partē generatur, & fit, ita dicunt de forma elementi post minimum generabile sui fit per partem ante partem in infinitum. Alij vero magnæ authoritatis viri tenent de intentione Auer. formas elementorum, cùm illæ intensibiles sint & remissibiles, ſm ipsum ad intensionem & remissionem suorum accidentium intēdi, & remitti, & satis probabiliter videre meo tenent non dari minimum ex parte formæ in talibus. & consequenter tenent ꝙ in qualitatibus ipsorū elementorum non est dare minima, imo tales qualitates inducuntur per partem ante partem in infinitum. & ratio est ista. quia tales qualitates habent contrarium: vbi autē contrarietas ibi resistentia: vbi autem resistentia ibi de necessitate successio, sicut patet in. 4. phy. cō. 71. & ita, si debet induci minimus gradus caloris, cùm talis contrarium habeat, qūo in instanti inducetur non video. & in veritate istud argumentū apud me est satis efficax pro ista via. & multi, qui oppositam partem tenuerūt, non potuerūt euadere ab hoc argumēto sine incursu in grauiora inconuenientia. Et ideo probabilius videtur nobis tenere viam istam, ad quam pauciora inconuenientia sequuntur, iuxta illud Cōmen. 2. cœli. cō. p° ex sententia Alexandri sustentati sumus super sermonibus istius viri, quia inuenimus eos magis remotos à contradictione. Vnde dicimus non dari minimā qualitatem, loquendo de qualitatibus habentibus contrarium. & licet non detur propter rationem dictam minima qualitas, tamē bene tenemus dari minimum alteratum. ꝙ in talibus datur bene minimum quò ad subiectū, non tamen quantum ad formam. Et, si adducatur authoritas Cōmen. in. 8. phy. cō. 23. vbi dicit ꝙ in omni motu est dare primum: & per consequens in motu alterationis est dare primū: & ita dabitur minima qualitas. Ad hoc dicimus ꝙ bene in omni motu est dare primū, verum est quantum ad subiectum, non autem vniuersaliter hoc est verum quantum ad formā. & ita dicimus ꝙ in motu alterationis est dare primum alteratum, non primam qualitatem per alterationem inductam. & per istam glosam soluuntur omnes authoritates, in quibus Cōmen. videtur ponere minimum in talibus formis, quæ variæ & ferè infinitæ sunt. Loquendo aūt de formis materialibus mixtorū, quia illæ sunt veræ substantiæ, & non intenduntur, neꝙ remittuntur, tales acquiruntur partibiliter. sed ista partibilitas & successio non habet attendi sic, ꝙ continue per partem ante partē in infinitum acquirantur, sed acquiruntur per minima, prius enim disponitur materia qualitative & quantitative, & deinde introducitur vnum minimum formæ in primo non esse formæ præcedentis. & sic de secūdo minimo dicendum est. & sic intelligitur dictum Auer. hic dicentis ꝙ non cessant partes spermatis. per partes. n. spermatis, & hominis intelligit ipse minima, quæ successiue, i. vnum post aliud inducuntur, non successiue, quia continue. His igitur stantibus, respondetur soluendo contradictionē ꝙ loquendo de generatione simplicium, talis fit successiue ad modum declaratū. ex hoc tamen non sequeꝝ generationem illam esse motum. qa est fallacia consequentis. quia vltra diuisibilitatem formæ requiritur ꝙ subiectū motus sit ens in actu, ad hoc ꝙ sit vere motus. Vnde etiam Lincolniensis p° posterio. in fine illius capituli Si autem est idem syllogistica interrogatio. sup isto exēplo Philosophi dicētis ignem generari ī multiplicata analogia, dicit ꝙ in simplicibus forma generata induit partem materiæ post partē successiue: quia pars generanti propinquior citius præparatur ad receptionem formæ substantialis: vnde prius recipit eam qꝑ pars remotior. sed inquit ꝙ, cùm pars aliqua recipit formam substantialem, non vltra recipit in rēsionem in prima forma recepta. sed, si forma accidentalis fuerit recepta in aliquo, potest intendi successiue, vsqꝫ ad summum caloris: & erit alteratio successiua, & per diuersitatem, & diuisibilitatem caloris, & etiā propter receptionem partis eius post partem in parte sua. & hanc successionem, quæ est per diuersitatem vel diuisibilitatem formæ recepta, non habet generatio. tamen generatio substantiæ bene habet successionē, quæ est per diuisibilitatem materiæ recipiētis formam substantialem in parte sua post partē. Et per ista dicta Lincolniensis voluerunt aliqui concordare, qūo generatio sit successiua, & quomodo successione caret. Sed iudicio meo istud non potest stare quantū ad omnia. Nam ſm Auer. in formis simplicium potest esse successio in forma recepta. quia ipse tenet ꝙ formæ elementorum intenduntur & remittuntur, & ideo adhuc remanet difficultas qualiter generatio formæ elementi ab alteratione distinguatur, cùm vtrobiꝙ sit vtraꝙ successio, maxime ſm secundam viam. Et propter hoc dicimus ꝙ differentia est ex parte subiecti, & ex parte termini, quia subiectum generationis est ens in potentia. alterationis vero subiectum est ens in actu. similiter terminus vnius est substantia, aut modo loquendi Cōmen. id, quod est medium inter substantiam & accidens, alterius vero terminus est qualitas. si igitur generatio sumatur pro aggregato ex alteratione præuia, & subito prouentu formæ in formis mixtorū, successio est quantum ad alterationem, sed generatio pro subito prouentu formæ in talibus sit subito: sicut patet per Cōmen. 6. phy. 59. de carne. in simplicibus autem dicas consequenter iuxta alteram duarum viarum, quarū prima cōmunior, & secunda verior: vt mihi datur cernere.

Primo phy. tex. 69.

Trigesimaprima contradi. est in tex. 69. Arist. enim & Cōmen. asserunt materiam scibilem esse per comparationem, & Cōmen. asserit in cōmen. ꝙ nō potest intelligi per se. Sed obuiabam per tex. 24. decimi primæ philosophiæ, vbi scribitur ꝙ materia negatione cognoscitur. Amplius si verum esset ꝙ materia per se intelligi non potest, sed intelligitur in comparatione, sequeretur ꝙ materia esset per se in caplō relationis, quod abhorret Aristo. locans ipsam in prædicamento substantiæ, vt patet in. 2. de anima. tex. cō. secūdi. & tunc relatio esset in substantia materiæ: quod ettam ipse Cōmē. abhorret in p° phy. cō. 70. & in p° caꝑ. de substantia orbis.

Solutio.

Dicimus nos quòd duplex est cognitio materiæ. Vna est, quam venamur ex nostra prima cognitione naturali.

naturali. & ista est prima quò ad nos, & pertinet ad naturalem. et de hac verum est quòd cognoscitur semper per analogiam, & comparationem ad formam, aut ad habens formam. & sic intelligitur sermo eius hic. & sic materia dicitur relatiue ad formam, vt à Naturali concipitur. Et propter hoc Aristote. in. 2. phy. tex. cō. 26. dixit quòd materia dicitur relatiue ad formā. Alia est cognitio à priori de materia. & ista pertinet ad Diuinum. vnde, cùm scientia Diuina ordine doctrinæ sit vltima, vt asserit Cōmen. in. 7. meta. cō. 39. & Autē. in principio suæ primæ Philosophiæ, post quam Diuinus præsupposuit esse materiæ inuestigatum per transmutationem substātialem ab ipso naturali, vt vult Cō. p° phy. cō. vlti. contra Auic. deinde ipse cognoscit ipsam per negationē, & cognoscit ipsam à priori inquantum ens, & inquantū substantiæ, immo etiam inquantum ens in potentia, quia potentia & actus sunt de differentijs entis. Et ista est sententia lucidissimi Themistij in p° phy. in digressione de potentia & priuatione materiæ. & est sententia Alexādri, quam etiam insequitur diffuse Cōmen. in. 12. primæ philosophiæ in cō. 14.

Trigesimasecunda contradi. est in cō. 69. primi phy sico. ibi enim dicit ꝙ primum principium in hoc genere non potuit sciri in hac scientia, sicut primum subiectum. per primum autē principium intelligit primam formam, quæ Deus est. Hutus tamen oppositum reperitur cōmen. vltimo in hoc p°, & cō. 3. 8. phy si. vbi habet contra Auic. hęc verba. Et quod existimauit Auicen. ꝙ Diuinus debet demonstrare primū principium esse est falsum. Et accedit ad hoc ꝙ primum subiectum fuit scitum in scientia Naturali demonstratione signi: sed substantiæ separatæ ſm ipsum, & per consequens prima forma, quę est primum principium in scientia Naturali, demonstrantur demonstratione signi: ergo primum principium potest sciri in hac scientia, sicut potuit sciri primum subiectum: cuius oppositum ipse dicit. Et ad hoc aliqui de nouo incipientes philosophari dixerūt de intentione Auer. Metaphysicum posse demonstrare substantias separatas esse demonstratione signi. sed dixerunt ꝙ altiori modo qꝑ sit medium naturale. Naturalis enim demonstratione signi m. 8. phy. probat primum motorem esse: sed Diuinus in. 12. meta. demonstrat primam formam esse, quę est idem re cum primo motore. Et confirmant hoc authoritate Cōmen. 12. meta. cō. 5. & 6. & 3. meta. cō. 3. Sed istud est dictum erroneum, & nullo modo potest stare quod dicunt. Et ratio est ista. quia ſm Auer. p° phy. cō. vlti. & 2. phy sic. cō. 22. & 26. nulla scientia, siue vniuersalis fuerit, siue particularis, demōstrat suum subiectum esse aliquo genere demonstrationis. Et ratio est. qa vt ipse dicit subiectū in qualibet scientia supponitur tanquam notum: vel quia ipsum de se est notum: vel quia assumitur ex alia scientia tanquam notum. tunc sic, prima forma, vt prima forma, est subiectum in Metaphysica, modo loquendi Auer. de subiecto, siue sit adæquatum siue principalior pars subiectiua: ergo primam formam esse, vt sic diuinus non potest demonstrare. Et ideo aliter nobis visum est dicere, repetentes ea, quæ diximus à principio ꝙ de duabus primis causis consyderat Naturalis, s. de primo motore, & de prima materia. de prima autem forma, & de primo fine consyderat Diuinus. Nam vt scribit Cōmen. 7. meta. cō. 9. in Naturali philosophia potuit cognosci prima materia, non autē prima forma. & ratio est ista. quia ex trāsmutatione substantiali, quæ est actio materiæ, vt ipse dicit, materia omnium materialiū scitri potuit: vtpote ex medio communi, in quo omnia ista inferiora cōmunicant participatione materiæ. sed formæ rerum naturalium, qa plures sunt, & non habent vnam actionem cōmunē, ideo non potuit Naturalis ex actionibus formarum in scientia Naturali demonstrare primā formam esse. consyderatio aūt de forma, inducens ad primam formā, est consyderatio de forma, vt est substantia. Naturalis autem non sic consyderat. Et forte ista verba male intellecta fuerunt causa illius opinionis adductæ. Sed aduerte ꝙ Diuinus bene declarat primū principium, ꝙ sit forma & finis omnium entium: tū hoc est, post quam accepit pro constanti à Naturali Philosopho, ꝙ mouens æternam substantiam est abstractum à materia. Diuinus enim tunc esse Dei declarat, vt est prima forma, & primus finis, & primū efficiens omnium entium. Bene igitur tenemus de mente Auer. ꝙ post quā Naturalis vta motus demonstrauit substantias abstractas esse, tunc Diuinus declarat ꝙ tales abstractæ substantię sunt principia sensibilium substantiarū, vt substātiæ sunt sub ratione finis & sub ratione formę: nunquam tñ concedimus Diuinum demōstrare primā formam esse demonstratione signi, sicut fatui sibi imponunt. quia impossibile est scitē aliquā habere rōnem formalē sui subiecti ignotam. modo, vt dixi, substantiæ abstractę sunt subiectū in Metaphysica: non vt sunt motrices, sed vt sunt forma & finis oīum. Et licet Cōmē. dicat. 12. meta. cō. 4. ꝙ prima causa omnium entiū declaratur in scientia Naturali, illud tñ non oportet intelligi inquantum omnium entium absolute cōtractę, videlicet vt est prima causa omnium entiū sensibilium & mobilium. Naturalis. n. formaliter demonstrat primū motorem esse, qui est primum ens, non tñ formaliter demonstrat primum ens esse, vt sic. Et ex hoc colligas de intentione Cōmen. philosophiam Naturalem non demonstrare subiectū formale Metaphysicæ, sed materiale tantum. Nā subiectum formale Metaphysicæ sunt substantiæ separatæ, vt sunt finis & forma. & sub istis rationibus non demonstrantur esse in scientia Naturali: sicut expresse scribit Cōmen. in cō. allegatis, vid elicet cō. 5. 7. meta. & cō. 5. 12. meta. & 7. meta. cō. 5. Dicit ettam ꝙ prima quæstio in scientia Naturali deducit in cognitionem primæ materiæ, & formarū naturalium, & primi motoris, sed prima quæstio in scientia Diuina pducit in cognitionem primæ formę omnium entium, & vltimi finis. Sed contra hoc magnificentia tua subtilissime dubitauit. Nā ſm Auer. 12. meta. cō. 5. & 6. & 40. meta. cō. 7. idem est primū mouens, prima forma, & primus finis. si igitur Naturalis demonstrat primū motorem esse: ergo poterit ēt demōstrare primā formam, & primum finē. & ad hoc dico iuxta doctrinā Auer. 12. meta. cō. 6. stat aliqua esse subiecto eadem, quæ tñ proprijs rationibus sunt distincta. & sic est in casu isto. licet. n. primus motor, & prima forma, & primus finis sint eadem subiecto, nō sunt tñ rationibus formalibus eadē. Et ideo stat vnum, & idem obiectū sub vna rōne consyderari ab vna scientia, & ſm aliam rationē consyderari ab alia scientia: sicut testatur Cōmen. 2. phy. cō. 71. Et per hoc soluitur argumentū Subtilis doctoris, quod adduxit, quę st. 4. in. 6. meta. inquit. n. Si naturalis demonstrat subiectū Metaphysicæ, tunc philosophia Naturalis esset prior Diuina. quod falsum est. Et ad hoc dicimus nos ꝙ hoc argumentum demōstraret, si Naturalis formale subiectū Metaphysicę demōstraret. quia, si tale demonstraret, non posset illud à posteriori demonstrare. quia, vt dixit Cōmen. consydera tio de forma, quę inducit ad primā formam, est consyderatio vt forma est substantia, nō vt forma est naturalis. relinqueretur igitur ꝙ illa demonstratio fieret à priori. & ita Naturalis haberet aliquā rationem priorem simpliciter, per quā demonstrare posset primum subiectū Diuinę scientię: quod est mere impossibile. et sic Naturalis esset scia simpliciter prior. nunc autē Naturalis

turalis non demonſtrat niſi ſubiectum materiale Metaphyſicæ: quia demonſtrat primum motorẽ eſſe, qui eſt ſubiectum materiale Diuinæ ſciæ. quia illud, quod eſt primus motor, eſt ſubiectũ materiale: prima autem forma, & primus finis eſt ſubiectũ formale. Ad ſubiectum igitur materiale Naturalis habet medũ à poſteriori: & illud eſt motus. & ſic ex quo Naturalis materiale ſubiectũ ſcientiæ Diuinæ eſſe demonſtrat à poſteriori, ſequitur q̃ ſit prior via doctrinæ, non aũt ſimpliciter, quia ſubiectũ formale eius, nec à priori, nec à poſteriori Naturalis demonſtrare põt. & ad hæc non aduertunt Moderni, ſicut noſtis. Et tũc dubitabis. Cũm ſubiectũ formale Metaphyſicæ non videatur oĩno notum eſſe, videtur igitur q̃ in aliqua ſcia demonſtrari poſſit: in nulla autem ſcientia videtur demonſtrari poſſe, niſi in Metaphyſica: ergo prior opinio vera. Et ad hoc dicimus cũ Ariſt. noſtro & Themiſtio, & Auer. 2. poſteriorũ. tex. cõ. 9. q̃ talia ſubiecta ſcientiarum demonſtrari non poſſunt: ſed, ſi indigeant aliqua notificatione, illa non erit demonſtratio, ſed inferior ad illã, & ad ſyllogiſmum categoricũ. Vnde Themiſt. ibi habet iſta aurea verba, quæ volui adducere propter quoſdã peruerſores Ariſt. & bonarũ litterarum. inquit. n. in. 11. ca. hęc verba. At quę per ſe ſunt nec, in alio ſunt, in his eadem ratio obſeruari non põt: q̃ videlicet demonſtrari poſſint quòd ſint res alteri inhærentes, de quibus ſupra locutus fuerat in verbis immediate præcedẽtibus. Et red. de cauſam ſubdit, q̃a cauſam ſuperiorem non habẽt, per quã monſtrentur: cuiuſmodi ſunt ſua ſcientijs ſingulis ſubiecta, quæ tum vt ſint, tũ quid ſint certum & conſtitutũ eſſe neceſſe eſt: nec alio modo cognoſcibilia euadunt q̃ aut inductione, aut ſide aliqua, aut periculo, demõſtratione non euadunt. & hoc eſt, quod dicit Cõmen. 81. 4. cœli cõ. 22. Alia eſt latentia, quæ indiget ſyllogiſmo, & alia eſt latẽtia, quæ indiget inductione. & 12. phy. cõ. 3. dixit q̃ ſyllogiſmi hypotetici per naturã ſumuntur in declaratione iliorũ, quæ indigent modicula inductione: ſicut vtitatur diuiſio & inductio. per talia. n. nullum omnino ignotum naturaliter oſtẽdi poteſt. quia aũt implicat contradictionem aliquod ſubiectum in ſcientia, in qua eſt ſubiectũ, eſſe oĩno ignotum naturaliter, q̃a tunc nõ eſſet ſubiectum, cũ de ſubiecto oportet præcognoſcere q̃d, & quia: ſi tũ contingat ſubiectum illud aliqualiter indigere aliqua declaratione, illud fiet per diſciplinæ manerie, & non per viam doctrinę, ſicut eſt triplex genus demõſtrationis. Et hoc ẽt eſt de intentione Auer. manifeſte in p° priorum in digreſſione de ſyllogiſmis hypotheticis. Dicamus ergo Diuinum, ſubiectũ ſuum formale, habito & recepto pro conſtanti à Naturali ſubiecto ſuo materiali, declarare illud poſſe aliqua fide, aliquo periculo, aliqua inductione, vt dicit Ariſt. & Them. locis allegatis: ſed dicimus ipſum tale demonſtrare nõ poſſe. Vnde Cõmen. cõ. 5. 12. meta. dicit q̃ primus Philoſophus declarat abſtractum eſſe q̃ eſt principiũ ſubſtantię ſenſibilis, ſed poſtquã accepit pro conceſſo himõt eſſe ſubſtantiam à Naturali. ecce quod dicit declarat, & non demonſtrat. q̃a ſm Ariſt. expreſſe. 2. poſte. tex. cõ. 9. talia oportet ſupponere, vt ſint, & quid ſint. & ſi indigeant aliqua declaratione, oportet ea alio modo, ſupple q̃ demõſtratiuo, ea nota facere, ſicut bene expoſuit ibi Themi. & Cõm. Vnde, ſi quęras exemplũ quo modo poteſt declarare Diuinus ex cõſyderatione ſubſtantiæ vt ens, primam formã eſſe, dico per ſyllogiſmum hypotheticũ per naturã, ſic arguendo. ſi ſubſtantię, quę ſunt entia per participationẽ, ſunt, primũ ens eſt, & prima forma eſt: ſed ſubſtantię per participationẽ entes ſunt: ergo primum ens eſt, & prima forma eſt. iſta eſt declaratio, non demonſtratio: eſt intuitio, eſt fides aliqua, non vera probatio. quia ſyllogiſmus iſte habet adduci ad cõfirmandum ea, quę indigent aliqua ſuaſione, non ad probandum naturaliter ignota.

Primo phi
ſico. cõ. 7

Alterum
ſpoliuum

Trigeſimaterita contradi. eſt in cõ. 70. vbi dicit q̃ potentia materiæ non eſt de eſſentia materiæ. Et p° ca. de ſubſtan. orbis dicit oppoſitũ: inquit. n. q̃ potentia eſt differentia ſubſtãtialis materiæ. Et ad hoc quidam Auerroiſtę dixerunt in materia duplicẽ eſſe potẽciam, vnam, quæ eſt potentia receptiua formæ, & eſt altera pars cõpoſiti: & illa potentia eſt ſubſtantia materiæ, et eſſentia eius. & de hac locutus fuit Philoſophus. 8. meta. te. cõ. 15. vbi reddens cauſam qũo ex materia & forma fiat vnũ, dicit q̃ nulla alia eſt, niſi quia materia eſt potentia, & forma eſt actus. ex actu aũt & potentia fit per ſe vnum. & de hac locutus eſt Cõmẽ. p° ca. de ſubſtantia orbis, qñ dixit potentiam eſſe differentiam ſubſtantialem materiæ. Alĩ dixerunt potentiã eſſe in materia, qua reſpicit potentiam actuã agentis, per quam potentia deducitur de potentia in actum, vt actu imprimatur ibi forma. & illa potentia, qua ſic reſpicit agẽs, eſt de genere relationis: & eſt quędã proprietas conſequens eſſentiã materię. & de hac potentia dicunt locutum fuiſſe Auerro. in hoc cõ. 70. dum dixit q̃ potentia nõ eſt in eſſentia materię: qa tunc materia eſſet de prędicamento ad aliquid. Alĩ dixerunt in materia duplicem eſſe potentiam, remotã & propinquam: ſicut eſt ſententia Cõmen. p° cœli cõ. 122. & 4. phy. cõ. 120. & tunc dixerunt potentiam remotã eſſe de eſſentia materię. ſecundã vero dixerunt eſſe relationem: & ſic concordant dicta Cõmen. Alĩ dixerunt diſtinguentes de duplici potentia. vna eſt abſoluta: & hanc dicunt eſſe propriam materiæ paſſionẽ. & dicunt eam eſſe abſolutam, non q̃a per talem materia nulla ratione relatiua ſit ad operationem, ſed eo q̃ reſpicit generatum, & indifferenter omne genus, omnẽq; ſpeciem, ac omne individuum formę. & dicunt hanc potentiã eſſe propriã materię naturalitatem. Aliam vero dicunt potentiam eſſe reſpectiuam, quę nõ vna rõne eſt. ſed, ſi ad formam generticam, generalis eſt: ſi ad ſpecificã ſpecifica: ſi ad individua individualis. primo igit modo potentia eſt differentia ſubſtantialis, vel loco differentię poſita: ſecũdo modo eſt relatio. & dicunt potentiã ſecundo modo dictã eſſe generabilem & corruptibilẽ omnino. & ideo dicunt iſtã ſecundam potentiam differre à materia. Iſta ſunt dicta oĩum ferè Auerroiſtarũ vſq; ad noſtra tempora. Et licet nos fecerimus prolixã fatis qõnem hoc anno ſuper iſto loco, vbi diffuſe fatis materiam iſtam pertractauimus: nunc tñ quędam breuiter volo colligere pro vtilitate veſtra, & pro inquiſitione veritatis. Et, q̃a omnis contradictor ſuper inquiſitione veritatis in primis excuſandus eſt, dico ſalua reuerentia oĩum taliter opinantiũ q̃ ipſi non habent mentem Auer. nec recte gloſant eius verba. oẽs iſtę tres reſponſiones cõcordant ſuper hoc puncto, q̃ in materia eſt duplex potentia, vna quæ eſt relatio, alia quæ eſt diſtincta à relatione, & per conſequens illa eſt abſoluta. omne. n. ens diſtinctum contra relationẽ eſt ens abſolutum. Sed iſtud eſt purus error, & contra oẽs Peripateticos. Nam quęro de potentia illa abſoluta quid ſit, vtrum ſit potentia actiua, an potentia paſſiua: an, vt alĩ dicunt, ſit aliqua potentia obiectiua. & ſi fingendi daretur licentia, non poſſet: in caſu verificari, niſi alterum iſtorum. Non eſt dicendum quòd ſit potentia actiua: quia omnes dicunt quòd per iſtam potentiam materia recipit formam. Nec obiectiua. quia, ſi obiectiua, iſta eſt res relatiua ad actum entitatiuum, & per conſequens non eſt abſoluta. Si paſſiua, vt dicere videntur omnes, tunc arguatur ſic. Potentia paſſiua non eſt aliquid abſolutum: quia ſuum eſſe eſt ad altud ſe habere. nam

Arum impo
gnationes.

potentia

potentia paſſiua eſt principium tranſmutandi ab altero inquantum alterum. patet autem q̃ hoc importat reſpectum ad actum receptum ab agente vt ab agente: ſicut potentia actiua importat reſpectum ad actum, vt imprimitur in paſſum vt in paſſum. quælibet igitur potentia reſpectiua eſt. ergo vti diſtinctione, vbi nõ opus eſt, eſt diſtinguere de lana caprina. Præterea ſpecialiter contra tertiam viã, falſum eſt q̃ potentia reſpectiua ſit corruptibilis omnino. Nam potentia reſpectiua ſpecifica & generica ſunt æternæ ſimpliciter, & à parte ante, & à parte poſt reſpectu primi termini, ad quem primo referunt, cũm ſpecies ſint æternæ ſm Philoſophos. bene verũ eſt q̃ potentiæ iſtæ reſpectu formæ indiuiduales, quam per accidens & ſecũdario reſpiciunt, ſunt corruptibiles per accidens à parte poſt tantum, ſicut recte declarat Cõmentator p° cœli cõmen. 120. & 4. phyſic. cõmen. 120. Et propter hoc aliter nobis viſum eſt dicere, q̃ quælibet potentia in materia exiſtens reſpectus eſt. Et vlterius dico potẽtiam iſtam vno modo eſſe de eſſentia materiæ, & alio modo minime. vnde ſidubitanter credo Auerro. imitatum fuiſſe Themiſtium in ſua diſgreſſione ſpeciali & aurea, quam facit ſuper p° phyſicorum opinio, vt ſummatim dicam, cõſiſtit in hoc puncto. Materia dupliciter poteſt cõſyderari. Vno modo in ſe, & quo ad ſua prædicata, quæ in ſuo eſſe quiditatiuo ſibi attribuuntur: & ſic, cũ materia ſit quoddam ens abſolutum, cũm ſubſtantia ſit, ſic non includit quiditatiue, & eſſentialiter aliquem modum potẽtiæ, neq; remotam, neq; propinquã, neq; paſſiuam, neq; actiuam, neq; obiectiuam. Nã vt dixit Auic. 5. ſuæ meta. Equinitas eſt tantum equinitas, nec vna nec plures, nec ſingularis nec vniuerſalis, nec actu nec potentia. Et iſtam primam conſyderationẽ ſubtiles nominauere primum ſignum naturæ. Alia eſt conſyderatio materiæ, vt habet comparationem ad alia, & ad ipſam formã, quam recipit, & ad agens, à quo ipſam formam recipit. & in tali conſyderatione, quæ conſyderatio in comparatione conſiſtit, ipſa materia includit quiditatiue ipſam potentiam, quæ potentia eſt potentia paſſiua, quæ potentia paſſiua nõ eſt res abſoluta, imo eſt relatio quędam, quæ identificatur realiter cum eſſentia materiæ: & eſt differentia ſubſtantialis materiæ eo modo, quo Auerrois loquit de differentijs, dum dixit. Actus & potentia ſunt differẽtiæ valde oppoſitę entis, & circũit omne genus. Declaraui enim alias de intentione Cõmen. duplex eſſe genus, & duplices eſſe differẽtias, ſ. per analogiam, et per vniuocationẽ. vnde ſicut ens, ſm ipſum, genus eſt analogum, ita actus & potentia ſunt differentiæ analogicæ entis: quas Moderniores modales differentias nuncupauere. ens igitur per potentiam conſtituit materiam, ſicut ens per actum conſtituit formam. Vnde Philoſophus. 12. meta. tex. cõmen. 8. volens declarare quod ſit eſſe materiæ, dixit prius eſſe p potentiam & actum, & concludit materiam eſſe ens in potentia. Et, ſi conſyderetur probatio Philoſophi & proceſſus eius, loquit de potentia paſſiua & receptiua materiæ, & non de potentia obiectiua, ſicut quidam voluere. ſed hoc alias. Ad propoſitũ igitur dico tam actum, q̃ potentiam eſſe de quiditate & materiæ & formæ, in ſecunda ſui conſyderatione, ſm quam habent adinuicem comparationem: quia materia, vt ens in potentia refertur ad formam, vt eſt ens in actu. Et iſta conſyderatio de materia, in qua conſyderatur quò ad prædicata quiditatiua, quæ ſibi competunt in primo ſigno naturæ, eſt Diuini. prædicata enim, ſub quibus concipitur materia in tali eſſe. ſunt abſoluta, cuiuſmodi eſt ſubſtantia & ens. patet autem quòd talia pertinẽt ad Diuinum. Naturalis enim non cõſyderat materiam ſub aliquo prædicato abſoluto, quod cõpetat materiæ in prima ſui contemplatione. quia, ſi quod eſſet, maxime eſſet natura. natura aũt prædicatum reſpectiuũ eſt, cũm ſit principium motus. Et hoc expreſſe ſentit Cõmenta. 2. phyſic. cõmen. 21. vbi dicit, q̃ materia, vt eſt vnum entiũ, pertinet ad Diuinum. Et cõmen. 4. ibidem, nec non. 7. metaphy. cõmen. 9. & 8. metaphyſi. cõmen. 4. expreſſe dicit, quòd materiam eſſe ſubſtantiam pertinet ad Metaphyſicum: ſed materiam eſſe ſubiectũ pertinet ad Naturalem. Et hoc etiam ſentit Cõmenta. 12. metaphy. cõmen. 14. vbi dicit quòd conſyderatio materiæ in ſe, & abſolute pertinet ad primũ Philoſophum. ſed de conſyderatione materiæ in ſecunda ſui conſyderatione, per quã cognoſcitur in comparatione ad alia, diſtinguendum eſt. nam talis comparatio poteſt eſſe tranſcendens, & poteſt eſſe limitata. & primo quidem modo conſyderatur adhuc à Diuino, nam Cõmen. expreſſe. 7. metaphy. cõmen. 9. dicit quòd materia, vt eſt ens in potentia, conſyderatur à Diuino Philoſopho. & ita etiam forma, vt actus, conſyderatur à Diuino. quia Philoſophus. 8. metaphyſi. 15. dicit ideo ex materia & forma fieri per ſe vnum: quia illud potentia, hoc vero actus. ſed loquendo de materia in ſecundo eſſe, quòd ad comparationem limitatam, videlicet vt eſt in potentia ad formam per tranſmutationem, ſic pertinet ad Naturalem. Et ſic intelligitur dictum Cõmentato. in. 2. phyſico. cõmen. 21. quòd materia in reſpectu formę eſt conſyderationis naturalis. vnde licet materia ſm rem non ſit in potentia ad formam, niſi per tranſmutationẽ, tamen prior eſt ratio potentiæ & actus, q̃ ratio tranſmutationis, iuxta illud Philoſophi. 9. metaphy. tex. commen. primi. in plus eſt potentia & actus eorum, quæ dicuntur ſecundũ motum ſolum. Dico igitur iuxta Themiſtii, & Cõmen. ſententiam materiam in ſecunda ſui conſyderatione includere quiditatiue potentiam, ſiue limitata ſit, ſiue tranſcendens. nam potentia abſolute eſt de quiditate materię, vt materia referẽ ad formam. quia materia, vt refertur ad formam, quę eſt actus, nõ poteſt abſolui à potentia in ſuo intellectu, cũm potentia ſit ratio referibilitatis ad actum. vnde licet paternitas non ſit de ratione Socratis, vt eſt ſubſtãtia, eſt tamen de ratione Socratis, vt refertur ad filium: q̃a non niſi paternitate refertur. Vnde Boetius ſuper prædicamentis dixit nihil inconuenire vnum, & idem reponibile eſſe in diuerſis prædicamentis ſub diuerſis conſyderationibus. homo abſolute eſt in prædicamento ſubſtantiæ: ſed homo, vt pater, eſt in prædicamento relationis. ſimiliter materia vt refertur ad formam vt ad actum tranſmutabilem, quiditatiue includit vt ſic potentiam tranſmutabilem: & ſic conſyderat eam Naturalis. vnde oĩs conſyderatio, quam habet Naturalis de materia eſt conſyderatio relatiua. Et ideo, non inconuenienter dixit Philoſophus. 2. phyſico. 26. materiam relatiue dici ad formam. non omnis tamen cõſyderatio, quã habet Diuinus de materia, eſt relatiua: quia etiam aliquam abſolutã habet, ſicut illã, quæ eſt prima, et mere quiditatiua. Vnde Naturalis conſyderat materiam vel ſub habitudine, quã habet ad formam tranſmutabilem nondũ exiſtentem in ipſa, vel ſub habitudine ad formam tranſmutabilem, quæ actu eſt in ea. Et primo quidem modo recte dicitur materia, & ſecundo modo rectius dicitur ſubiectum. vnde Cõmen. 7. meta. cõ. 9. dixit q̃ materia, vt eſt ens in potẽtia per tranſmutationem, pertinet ad Naturalẽ. Et hoc dicit quantũ ad iſtam conſyderationem, ſm quam materia à Naturali conſyderata reſpicit futura. & in octauo metaphyſi. cõmento quarto dixit materia vt eſt ſubiectum, cõſyderatur à Naturali. & hoc dicit, quantũ ad conſyderationem, qua reſpicit præſentia. Vnde Themiſtius authoritate Boethi, materia qualitatibus ſenſibilibus ſtiformata ex

Propria ſolu
tio. Sermo
de potentia
materiæ.

materia transit in subiectum. Et istam sententiam voluit dicere Cõmen. p° cap. de substantia orbis. ibi enim consyderat materiã naturaliter, & vt est receptiua omnium formarũ per transmutationẽ. Et ideo dicit ꝙ necesse est naturam huius subiecti esse naturã potentiæ, s. ꝙ potentia sit differentia substantialis eius. & ideo nullam habet formam. Et patet ꝙ hic loquitur de potentia passiua materiæ: quia illa est, per quã recipit omnem formam à primo motore, in cuius potentia actiua sunt omnes formæ. Et hoc testatur Philosophus & Commen. 9. meta. tex. cõ. 12. vbi habent ipsi ꝙ in definitione omnis potentiæ passiuæ accipitur definitio primæ materiæ: sicut in definitione omnis potentiæ actiuæ sumitur definitio actionis primæ formæ. & sequitur postea Cõmen. in eodem p° cap. & d. Et ideo nullã habet formam propriam, & naturam existẽtem in actu: sed eius substantia est eius posse. & ex hoc materia recipit omnes formas. ecce ꝙ loquitur de potentia passiua materię. Et postea sequitur. sed posse, quò substantiatur hoc subiectum, differt etiã à natura subiecti, quod substantiatur per hoc posse, in hoc, ꝙ posse dicitur respectu formæ. hoc autem subiectum est vnum entium, s. absolutorum. Ecce, bone Deus, quomodo Cõmẽ. de vna & eadem potentia materiæ logitur semper vniformiter, et vno modo, quia de illo posse, de quo supra dixerat, ꝙ erat differentia substantialis materiæ, de illo ponit differentiam postea cum ipsa materia, ꝙ tale posse est relatio. & materia est ens absolutum. Quomodo igitur errauerũt ita grauiter expositores Auer. existimantes ipsum in contradictione esse? Et quo imaginantur altam esse potentiam, quam Cõmen. dicit esse differentiã substantialem materiæ, & altam esse potentiã, quæ sit relatio, & non sit de eius essentia, cùm vniformiter de vna potentia loquaꝰ semper: sicut luce clarius ostendũt verba eius. Et quomodo finxerunt potentiam receptiuam materiæ esse ens absolutum, cùm ipse dicat eã esse relationem. Et vbi inuenerũt in Arist. vnquã potentiã absolutam non video: nisi velint impropriè loqui, & metaphoricè. quod non decet Philosophum. Dicamus ergo ꝙ imaginatio Auerr. est eadem cum imaginatione Themistij, sed sub obscurioribus verbis dicta. Eadem potentia passiua est de essentia materiæ, & est differentia substantialis materiæ. & dico ꝙ est differentia analoga, non vntuoca: sicut ens est genus analogum, 2. de anima cõ. 30. & 5. meta. cõ. 4. & 4. meta. cõ. 2. & p° de anima. cõ. 7. & 3. de anima. cõmen. 4. Et nõ oportet dicere ꝙ sit differentia circũlocutiua: vt dicunt oẽs, qui multum detrahunt intellectui nostro. ferè enim dicunt omnes rerum differentias esse circũlocutiuas. & mirũ est quomodo intellectus noster sit adeo rudis, cùm tamen nihil sit naturaliter ignotum nostro intellectui. 2. physi. 47. & talis potentia non est de essentia materiæ, nisi in secunda sui consyderatione. Et, ꝙ aliquis posset credere talem potentiam omni modo esse de quiditate materiæ: &, quia Cõmen. tenet cùm Themistio quòd materia in sui primo intellectu non includit nisi prædicata quidditatiua, quæ absoluta sunt, ppter hoc statim documentum apposuit, declarando differentiam inter materiam & talem potentiam, dicẽs ꝙ materia est ens absolutum, & talis potentia est ens respectiuum. &, ꝙa absolutũ, vt absolutum, nõ includit in primo signo naturæ aliquid respectiuum, sic materia in p° signo nõ includit potentiam, sed solum in secundo. Et sic etiam locutus est Cõmen. de potentia p° physi. cõ. 7. vbi dicit ꝙ, si potentia esset de quiditate materiæ, tunc substantia materiæ esset ad aliquid. ibi enim habet pro inconuenienti materiam in suo esse qditatiuo primo, ꝛm quod in se consyderaꝛ, ꝙ potentia sit de eius quiditate: quia tunc sine dubio materia non esset ens absolutũ, sed ens respectiuum, similiter substantia materiæ corrumpetur ablatione potentiæ & præsentia formæ. nã talis potẽtia passiua respectum dicit ad formã recipiẽdam sub rõne, qua recipit eam ab agente. & talis potentia, quò ad illum respectum corrũpitur, inducta forma. & ideo, si potentia esset de p° conceptu materiæ, materia esset corruptibilis: quod tñ falsum est, ꝙa materia in suo primo esse abstrahit à generatione & corruptiõe: quia est tantum ipsa, eo modo, quo Auic. dixit ꝙ equinitas est tantum equinitas. Sed tu dices. cùm per te materia in secunda contẽplatione sui includat quidditatiue talem potentiam: igitur, cũ talis potẽtia sit corruptibilis, sequitur ꝙ materia erit corruptibilis. Et ad hoc dico ꝙ materia per potẽtiam sui passiuã includit respectum ad formam cõmunem per se primo in ordine ad agens, & talis non est corruptibilis nisi per accidens: ꝙa non corrumpitur ille respectus, nisi in ordine ad individualem formã, quę per accidens respicit à tali potentia. & sic nõ habeo pro inconuenienti materiã esse corruptibilẽ & variabilem ꝛm esse, dum tamen ꝛm sui essentiã inuariabilis permaneat. Bene tñ pono in materia potẽtias proprias distinctas à materia, per quas materia primo respicit formas individuales, numerus. n. formarum coegit ponere numerum potentiarũ. 12. meta. cõ. 11. Et istæ potentiæ individuales sunt bene simpliciter generabiles & corruptibiles. & tales nullo modo sunt de qditate materiæ. Et istæ sunt infinitæ successiue, non in actu, sicut pessime opinatus est Ioãnes de Gandauo in quęstione propria de potentia materiæ super p° phy. sed ipse non vidit Cõmen. p° cœli cõ. 120. nec recordatus est cõ. 120. quarti physi. Ista est igit̃ sententia nostra. quę vt videtur omnem cõtradictionem excludit, oẽmq; difficultatem absoluit. & licet noua sit, non tñ propter hoc contẽnenda: cũ consuetudo sit qd extraneum, accidens veritati.

Primo phy. tex. 79.

Trigesimaquarta cõtradi. est in tex. 79. Dicit Arist. & Cõmen. ꝙ Plato defecit in hoc, ꝙ nõ animaduerterit differentiam inter materiã & priuationem. vnde Commen. d. cõmen. 79. ꝙ Arist. incœpit inducere differentias veras inter materiam & priuationem. Sed opponebam per cap. 3. primi de partibus animalium, vbi habet Arist. ꝙ priuationis, qua priuatio est, nulla est differẽtia. Dicimus ꝙ Plotinus ille nobilis Platonicus multũ insistit aduersus Peripateticos asserentes materiam & priuationem esse vnum subiecto, & ratione tamen differre. Nã debuisset prius Arist. ponere vtriusq; rationem, & tunc debuit videre an distinguant definitione. nam quę rõnibus, & definitionibus differunt, oportet talia definitiones habere. Et tunc, si materia habet rationem, & priuatio similiter, hoc quidem esse nõ potest, nisi altero trium modorum. aut ꝙ neutrum in ratione alterius ponatur, & tunc erunt non solum duo in ratione, immo duo in esse & subiecto. aut vtrunque ponitur vicissim in ratione alterius, sicut simum cum naso simo. nam in definitione simi ponitur nasus, & econtra in definitione nasi simi ponitur simũ. & tunc etiam sequitur ꝙ sint duo. si vero se habeant ꝙ vnum ponatur in ratione alterius, & non econtra, sicut calor ponitur in ratione ignis, non autem ignis in ratione caloris, tunc sequitur ꝙ priuatio erit sicut forma, & materia vt subiectum. & tũc adhuc sequit̃ ꝙ non sunt vnum. Dicimus ꝙ se habent tertio modo. quia priuatio ponitur in ratione materiæ, quantum ad secundam sui notionem, qua refertur ad alia. materia enim negatione cognoscitur, vt dicit Philosophus in. 10. metaphy. in tex. cõmen. 24. non tamen ex hoc sequitur ꝙ sint duo, nisi secundum rationem. Et quod obijciebatur, quia tunc priuatio erit species, & materia erit subiectum, sicut calor respectu ignis: nam calor necessario ponitur in ratione ignis, & nõ ecõtra: Soluit, ꝙ priuatio, quę est in prima

Solutio.

prima materia, est sicut species, vt dicit Philosophus in secundo physi. in tex. cõmen. 11. ꝛm alteram expositionem Cõmen. ibi, sed non est vera species, sicut calor respectu ignis. vnde est differentia magna inter calorem & ignem, & inter materiam & priuationẽ. calor enim dicit formam quandam positiuam, & rem additam supra naturam ignis, siue sit substantia, siue accidens non curo. sed priuatio supra naturam materiæ nõ ponit aliquam formam positiuam: alioquin materia ipsa esset formata. nec ponit aliquam rem positiuam, quæ sit substantia vel accidens, sed solum dicit negationem omnium formarum formaliter loquendo. & hoc est, quod pulchre dicit Themistius in digressione, ꝙ cũ dicimus materiam informẽ, vel in affectã, nomen inaffecta, non dicit aliquam priuationem: quia cùm priuatio qualitas quædam sit, accideret materiam esse qualem, sed dicit negationem puram. Et hoc asseuerat etiam Cõmenta. in cõmen. 79. dicens quòd priuatio non est substantia nec accidens, formaliter loquendo. Dicitur autem talis priuatio in materia, quæ negationem formarum omnium importat, esse quodãmodo species materiæ, inquantum natura eius talis priuatione seu negatione cognoscitur. dicimus enim vt asserit Cõmenta. in. 7. metaphy. cõmen. vltimo, ꝙ materia est natura illa, cuius quiditas & forma est recipere formam. nam. 7. meta. tex. cõmen. 8. Materia non est quid, nec quale, neque quantum, nec vniuersaliter aliquid eorum, quibus ens est determinatum, sed est potentia omnia hæc. quia igitur in secunda notione sui materia, qua comparatur ad alia, priuatione & negatione describitur, sic priuatio est de ratione eius, & est illi, sicut species & forma. in prima autem sui notione est quædam substantia & entitas absoluta, & sic numeratur in entibus. & quia eius priuatio formaliter consyderata non numeratur in entibus, sic sunt duo in ratione, materia & eius priuatio. Ad authoritatem autem Aristote. respondetur quòd verum est, ꝙ priuatio differentias nõ habet, quibus in species diuidi possit. Arguit enim ibi contra illos, qui differentias per priuationes dicebant fieri non posse, vt eius, quod non est species aliqua, esse possit. per hoc tamen nõ negat Philosophus, quin ratio priuationis non sit aliquid, ratione distinctum à materia. priuationes enim quodammodo habent definitiones. Moderni autem formalizantes dicunt nõ ens esse non idem enti, & non proprie cõcedunt differre, aut distingui ab ente. sed nos illũ modũ vsitatũ inuenimus apud Peripateticos: & ideo non curamus de dicto eorum.

Primo phy. tex. 81.

Trigesimaquinta contradictio est in tex. 81. Dicit Philosophus. Existente enim quodam diuino, & bono, & appetibili, alterum quidem contrariorum ipsi esse dicimus, alterum vero, quod aptum natum est appetere, & desyderare ipsum ꝛm suipsius naturam. vbi Themistius & Cõmen. per bonum diuinum, & appetibile exponunt primam formam & primam causam. Sed tunc est contradictio, quia sequitur quòd priuatio sit contraria primæ formæ. sed hoc est inconueniens, quia ex fine duodecimi primæ philosophiæ, Primo nihil est contrarium. & ratio est, vt ibi dicitur, nam omnia cõtraria materiam habent. est enim eadem materia contrariorum. prima causa autem seu prima forma est abstracta à materia. Themistius dicit, hinc igitur formæ primæ, quæ ab omni abiuncta est materia, quæ libera vndiq; & impromixtua in totumq; abstractæ & separatæ, atq; his præterea formis, quæ profectæ sunt ab illa, & in materia cõstitutę, contraria est & aduecta priuatio. Et ista sententia Themistij est valde difficilis, & forte falsa. qa licet formis in materia constitutis, quæ sunt participationes quædam primæ formæ, & primæ perfectionis, sit cõtraria priuatio, tamen quomodo priuatio sit contraria primæ formæ difficile, immo impossibile est saluare. nõ enim omni bono malum, aut priuatio dicitur esse contraria, sed bono existenti in materia & in genere rationis, quod est bonum ꝛm participationem dictum, malum dicitur esse contrarium. similiter non omni cognitioni ignorantia dicitur esse contraria, vt testatur Philosophus in fine duodecimi primæ philosophiæ contra Antiquos, inquit enim & alijs quidem necesse est scientiæ honoratissimæ, & sapientiæ aliquid contrarium esse, nobis autem non. Et ideo dicẽdum puto, quòd bonis formis in materia existentibus, quæ sunt participationes primæ formæ, & bonitatis, eius ratione, cuius materia naturaliter formas tales desyderat, priuatio est contrarium. sic enim consequitur, vt participet perfectionem primæ formæ, inquantum recipit formas, quę sunt participationes quædam diuinæ bonitatis & diuini esse. Si quis tamẽ ob Themistii authoritatem velit dicere priuationem esse contrariam primæ formæ, dicat quòd per contrarium intellexit diuersum. nã cùm prima forma sit oĩs forma in virtute & eminenter. 12. primæ philosophiæ cõmen. 18. omnes formę sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore. priuatio autem, cùm inquantum priuatio, sit abiecta formę, inquantum forma, sic intellectus priuationis est primo diuersus ab intellectu primæ formæ. Formis igitur in materia existentibus priuatio contrariatur, sicut priuatio habitui. primæ formæ autẽ priuatio adueniens modo prædicto, quia sunt illi conceptus talium primo diuersi.

Primo phy. tex. 81.

Trigesimasexta cõtradi. est in tex. 81. Arist. & Commen. asserunt priuationem in materia existentem corrumpi per se, non autem potẽtiam. Sed obiurabam per authoritatem Cõmen. in quarto phy. cõmen. 12. vbi dicit ꝙ potentiæ, quæ sunt in materia, corrumpuntur. & 12. meta. cõmen. 11. dicit quòd in duplicatum ad multiplicationem formarũ. Amplius nõ valeret ratio eius in primo physi. cõmen. 79. ad probãdum quòd potentia non est de substantia materiæ, quia tunc accideret materiam corrumpi in aduentu formæ, si talis potentia, quę est in materia, esset incorruptibilis. Amplius, quomodo priuatio per se corruptibilis esse potest, cum non sit neq; substantia, neq; accidens, primo physi. cõmento. 79? Solutur. in materia duplex est potentia. Remota, per quã videlicet materia est in potentia ad formam communem, verbi gratia specificam. & per istam per accidẽs respicit materia formas individuales. & ista potentia est sicut quidam materiæ proprietas, & est eadem realiter cum materia & definita intelligitur ꝙ sit incorruptibilis per se, licet & materia. Sunt iterum quædam potentiæ propinquæ respectiue, quæ multiplicantur ad multiplicationem formarum. & istæ præcipue individuales sunt generabiles & corruptibiles & postquam sunt corruptæ amplius redire non possunt. quia tunc corruptum posset idẽ numero redire. quia quando materia fuerit eadem, & agens fuerit idem, & potentia eadem, tũc quod fit est idem, vt dicit Cõmen. 12. metaphy. cõmen. 11. potentia igitur remota materiæ non est corruptibilis per se, sed per accidens, scilicet materia. Ad illud autem, quod quærebat, quomodo materia dicitur corruptibilis per accidens ratione priuationis, quæ per se corrumpitur, cùm priuatio informaliter non ens, dico quòd hoc intelligitur quantum ad denominationem: ꝙa in aduentu formæ non amplius materia denominat priuata illa forma. vnde etiam de non entibus possunt suo modo propositiones verę formari, vt ꝙ chimera est non ens, & ꝙ hircoceruus est figmẽtum. Materia igit̃ dicitur corrumpi per accidens ratione alterius, scilicet priuationis, quæ dicitur per se corrumpi, quantum ad denominationem.

SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

Super Secundo Physicorum.

Secãdo phy sic. cõ. prio.

Rima contradictio in. 2. phy. est super tex. primo. Aristot. enim in principio libri inuestigaturus naturæ definitionem, incœpit à rebus naturalibus, qa res naturales sunt manifestiores apud nos q̃ natura, vt dicit Cõmẽ. in cõ. p° Sed opponebam. quia tunc, cùm innata sit nobis via, vt à manifestioribus nobis ad notiora naturæ proceda mus, vt patet p° physi. tex. cõ. 2. & septimo primę philosophiæ. tex. cõ. 10. tunc igitur Naturalis posset ex rebus naturalibus demonstrare demonstratione quia na turam esse: cuius oppositũ scribit Philosophus. 2. phy. tex. cõ. 6. & Cõmen. in cõ. 3. ibidem. Nisi esset, quòd ad hoc, q̃ aliquid demonstretur in aliqua scientia, non sufficit q̃ sit aliquid notius eo, vel quò ad nos, vel quò ad naturam, sed requritur cum hoc de necessitate q̃ illud sit quæsitũ in illa scientia, & per consequẽs q̃ sit naturaliter ignotum. qa ad per se nota, vel ad ea, quæ sumuntur pro per se notis ex suptiori scientia, scia non potest erigere aliquod genus demonstrationis. qa non demonstratur nisi illud, quod est dubium, & ignotũ. alioquin sequereť q̃ Naturalis posset demonstrare motum esse demonstratione signi cõtra Philosophum p° phy. tex. cõ. 11. vbi habet, Nobis autem subijciatur omnia, aut quædam eorũ quæ natura constant moueri. & Cõmen. p° phy. cõ. 8. dicit q̃ motum esse, & pluralitatem entium esse sunt de principijs cognitionis in scia Naturali. Probatur consequentia. qa mobile est notius quò ad nos ipso motu, vt testatť Philosophus in. 4. physico. tex. cõ. 104. vbi dicit q̃ mobile maxime notum est, & motus propter id quod mouetur, & loci mutatio propter id quod fertur. & reddit causam. hoc aliquid enim est quod ferť, motus autem non. vbi Cõmen. inquit q̃ motum est notius motu, quia est demõstratum, & motus non est demõstratus, sed mens facit ipsum. & idem dicit. 7. phy. cõ. 32. vbi dicit q̃ motum apud nos est notius motu. idem. 4. phy. cõ. 99. propterea igit dicimus cùm naturam esse sit per se notũ, licet naturata quò ad nos sint notiora, non segtur q̃ ex illis natura possit demonstrari. Vnde etiam Cõmen. in. 2. physic. loquens de principijs subiecti scientiæ dicit q̃ possunt demonstrari in illa scia demonstratione signi, & possunt etiam demonstrari demonstratione propter quid in scia continente subiectum illius artis. & hoc verum est inquit, si principia illa latuerint. quod ideo appositum, qa ad hoc, q̃ aliquid demonstretur in aliqua scientia, vel à posteriori, vel à priori non sufficit quòd scientia habeat effectum, aut causam notiorem, sed requritur q̃ illud lateat, & sit quæsitum in illa arte.

Solutio.

Secãdo phy sic. tex. prio.

Secunda contradt. & manifesta est in eodem tex. & cõ. Quia Arist. inter ea, quæ natura constant, enumerat animalia, & plantas, & partes ipsorum, & d. quòd omnia, quæ natura constant, habẽt principium intrinsecum motus, hæc quidem fm locum, hæc autem fm augmentũ & diminutionem, quædam autem fm alterationem. vbi Cõmen. exponens quæ sint, quæ habent principium augmenti, inquit. & innuit principium trãsmutationis propriæ in vegetabilibus & augmẽtum. vbi etiam Themistius eodem modo exponit. videtur igitur motus augmẽti in vegetabilibus & animalibus à natura proficisci. Sed huius oppositum habet in secundo de anima. in tex. cõ. 39. vbi contra Empedoclem Aristote. concludit animam esse causam alimenti & augmenti. Et cõfirmatur ratione, qua ibidem innuitur. quia natura non mouet ad contrarias positiones: sed motus augmenti fit, non solum sursum, verum etiam deorsum: igitur nõ est à natura, sed ab anima. Et confirmatur. quia anima est actus corporis instrãlis, naturalis, potentia vitã habentis. patet autem q̃ vita sumitur pro operatiõibus vitæ, quæ sunt vegetare, sentire, moueri fm locum, & intelligere. Nisi esset q̃ non inquit quòd eadem res sit anima, et natura diuersis modis. nam natura proprie est principium intrinsecũ motus, aut passiuum quod est materia, aut actiuum quod est forma. natura enim duplex est, materia videlicet & forma. Omnia igitur corpora physica dicuntur, si composita fuerint naturata, seu naturalia, pro quanto sunt composita ex materia & forma. &, quia in libro physicorum agitur de principijs & elemẽtis, tam corporum simplicium, q̃ compositorum, vt scribit Cõmen. 3. cœli cõ. 31. sic corpora perfecta etiam vt sunt animalia & plantæ, vt habent istam compositionem ex materia & forma, dicũtur naturalia corpora. nam vt dicitur in. 2. de anima semper in perfectiori cõtinetur in virtute minus perfectum, sicut in sensitiuo vegetatiuum. & sic ẽt in vegetatiuo naturale cõtinetur. Anima igitur, vt est forma & principium intrinsecum, faciens per se vnum cum corpore vt materia, natura dici potest. & sic corpora animata vt sunt composita ex anima & corpore, tanquã ex materia & forma, vt ex duabus naturis, dicuntur entia naturalia, & differunt ab entibus artificialibus per habere principium aliquod intrinsecũ sui motus. talia etiam sunt & cætera à natura constãtia: quòd non habent artis opera, inquantum talia sunt ab arte. sed pro quanto anima est ex sui ratione actus corporis organici, quod non est de ratione naturæ: & similiter pro quanto anima est principium mouens ad oppositas differentias positionis, quod non est de ratione naturæ, sic anima distinguitur à natura, & dicitur esse in altiori gradu entium, q̃ sit natura. Philosophus igit concessit viuẽtia esse à natura fm prædictum modum, & nõ fm quod anima à natura fm rationem distinguitur.

Solutio.

Tertia contradictio est in eodem cõmen. primo. Ibi enim dicit q̃ vnumquodq̃ ens naturale habet principium transmutationis. & numerando ea, quæ habent principium motus localis, enumerat elemẽta, & habentia animas, & corpora cœlestia. videť igitur velle motum cœli esse naturalẽ. Et pro hoc facit authoritas eiusdem p° cœli cõ. 81. vbi d. q̃ non est corpus naturale, cuius motus non sit naturalis. Sed huius oppositũ ipse habet expresse. 2. cœli. cõ. 3. vbi d. motum cœli nõ esse naturalẽ. Solutio istius q̃stionis præsupponit solutionem quæstionis, qua quæriť, vtrum cœlum sit corpus naturale, quã diffuse ptractat Cõmẽ. p° cœli. cõ. 5. sed quantum ad rem nostram attinet, debes scire ex sniã Auer. cõ. 5. primi de cœlo. & cõ. 3. secũdi phy. Natura dicitur fm prius & posterius de inferioribus, & superioribus corporib⁹. vnde fm naturã rei natura per prius dicitur de suprioribus, vtpote de causa, q̃ de inferioribus, quæ sunt causata respectu superiorum. tamen fm famositatem ista inferiora dicuntur magis naturalia q̃ superiora, sicut testatur Cõmen. manifeste. 2. metaphy. cõ. 16. Dico igitur q̃ Cõmenta. tenet motum cœli esse naturalem, qa est ipsum cœlum quoddã motum ex se compositum ex duabus naturis, scilicet natura agente motum, & natura recipiente motũ: sicut patet p° cap. de substan. orbis, &. 8. phy. tamen non est naturalitas motus cœli eiusdem rationis cũ naturalitate istorum inferiorum. Et in tantum processerunt q̃dam cum hoc fundamento, q̃ coacti sunt dicere intelligentiam esse formam

Secũdo phy li. cõ. prime.

Solutio.

Vtrũ intelligentia deat se orbi formaliter.

mam formaliter dantem esse ipsi orbi, non enim aliter cœlum esset motũ ex se. Nec valet, si dicatur q̃ cœlum pro aggregato ex intelligẽtia & orbe sit motũ ex se: qa à pari diceretur q̃ aggregatũ ex plaustro & bobus moueretur localiter. Et cõfirmant istud. 7. phy. tex. cõ. 10. Omnis motus localis aut ex se, aut ab alio. Motus aũt ab alio, aut est pulsio, aut tractus, aut vectio, aut vertigo. & si pulsio, aut impulsio, aut expulsio. ergo, si intelligẽtia non sit forma intrinseca cœlo per formalem influentiam, segtur igitur cœlum non esse motum ex se, sed ab alio. et si ab alio, mouebitur igitur aliqua istarũ quatuor specierum motus, videlicet vel pulsionis, vel tractionis, vel vectionis, vel vertiginis: quod impossibile est dicere, sicut patet ex rationibus formalibus istorũ. Nos aũt, licet fecerimus prolixã q̃stionem de triplici causalitate intelligentiæ, in qua diffuse declaratũ fuisse putamus intelligentiã non esse vnitam per informationem ipsi orbi, sed solum per appropriationẽ eo modo, quo motor dicitur forma mobilis, vnde Cõmẽ. 8. phy. cõ. p°. Principium motus de omnibus mobilibus est, sicut anima de rebus viuis: tũ quantum spectat ad præsens dicimus motum cœli non esse naturalem à sua forma, cùm sua forma nõ sit natura, sed sit supra naturam. natura enim est inferior ad animam, & anima est inferior ad intelligentiam. Quo igitur dicunt motum cœli esse naturalem ab intelligentia? sequeretur igitur intelligentiam esse naturam: si intelligant motum cœli formaliter esse naturalem, quia est à forma, quæ est natura. si autem intelligant motum cœli esse naturalem effectiue ab ipsa intelligentia, tunc non sequitur q̃ intelligentia sit forma dans esse orbi. quia stat aliquem motum esse naturalem à principio passiuo intrinseco, tamen motus efficitur ab aliquo principio effectiuo extrinseco: sicut est respectu simplicium motus alterationis in via Cõmen. Vnde formo cõtra istos rationem, cuius solutionem adhuc habere non potui, q̃ impossibile sit intelligentiam esse formam sui orbis, vt isti asserũt. Quia si hoc esset, aut hoc esset propter appetitum, aut propter motum in loco. nam, vt scribit Cõmen. p° cap. de substantia orbis, non fuit dictum cœlum habere animam nisi propter appetitum, & motum in loco: sed neq̃ propter appetitum, neq̃ propter motum necesse est intelligẽtiã formaliter animare ipsum orbem: ergo nullo modo informat, vt isti dicunt. Maior est Auer. vt dixi: & minor probatur. Primo q̃ nõ propter appetitum indiget intelligẽtia, vt sit forma informans orbem. Nam intelligẽtia intelligit & appetit per suam essentiam, vt est de intentione Cõmen. 12. meta. cõ. 25. 36. &. 39. &. 51. qui vult q̃ in abstractis à materia idem est intelligens & intellectio & intellectum. si. n. intelligentia in intelligendo dependeret à suo orbe, cùm sua intellectio sit sua substãtia fm ipsum, accideret ergo intelligentiam esse causatam à suo orbe: quod est impossibile, & contra Cõmenta. p° physi. cõ. 63. Si vero dicas propter secundum, s. propter motum, intelligentiam esse formam. Contra. intelligẽtia ad causandum motum habet omnem actualitatẽ absq̃ hoc, q̃ vniatur sibi formaliter. ergo propter istam causam non oporter ipsam dare esse orbi, assumptum probatur. quia intelligentia non mouet orbem manu, aut pede, aut aliquo corporeo instrumẽto, sed solo intelligere, & velle, iuxta illud Auer. 12. meta. cõ. 36. corpora cœlestia sunt animata. & declarat quomodo sint animata, & d. & non habent de virtutibus animæ nisi intellectum, & virtutem desyderatiuam, quæ mouet in loco. si igitur intelligentia mouet orbem: mouet per intelligere & velle. sed suum intelligere & velle abstractum est, & non fit mediante corpore, nec mediante aliquo existente in corpore: sequitur ergo propter neutrum istorũ intelligentiam dare esse formaliter orbi. Et hoc testatur etiam Cõmẽ. 8. meta. cõ. 12. vbi d. q̃ corpora cœlestia sunt animata ex corpore & forma intelligibili. Et declarans quomodo, subdit, nõ ita q̃ anima sit res animata, neq̃ sic q̃ ibi sit aliquid, quod animetur per animam, aut viuat per vitam, sed sunt animata per se, & viua. omne enim, quod viuit per vitam, & animatur per animam, est generabile & corruptibile. Ista autem verba pro tãto dicit, quia in rebus anima informante animatis res aliata est anima sua: quia tota quiditas talium est à sua forma. 7. meta. 34. &. 21. q̃ditas hominis est homo vno modo. Sed corpora cœlestia sunt animata per se, & viua, hoc est dicere, habent formam, quæ appellatur vita & anima orbis per se: quia non transfunditur in orbem formale viuere, & animatum esse. Si. n. sic esset, vtiq̃ verum esset dicere orbem viuere per intelligentiã, sicut est in istis inferioribus. et ideo etiam fm ipsum non ponitur ibi anima imaginatiua, sicut posuit Auic. Sunt igitur animata corpora cœlestia, & viua per se, i. solitarie, quia habent sibi appropriatum principium, quod potest dici anima & vita, iuxta illud supra allegatum principium, motus de omnibus mobilibus est, sicut anima de rebus viuis. vnde in quinto cap. de substantia orbis, declarãs quomodo intelligentia est separata ab orbe, dicit q̃ hoc est inquantum istud corpus non indiget ipsa, qa ipsum est permanens per se. Reuertamur igitur, & dicamus motum cœli esse naturalem: non quia sit à forma naturali causatus, sed, quia est à principio passiuo habẽte ex sua ratione intrinseca inclinationem ad suscipiendum motum ab ipsa intelligẽtia, quæ est intrinseca cœlo: sumendo cœlum pro aggregato ex intelligẽtia & orbe. & est intrinseca quantum ad operationem, non quantum ad formale esse. et sic dico cœlum esse motum ex se. Orbis aũt natura est, & quiditatiue à Naturali consyderatur. est autem natura, quæ est materia non in potentia, sed in actu. natura. n. analogice dicitur de illa & ista materia. Naturalitas autẽ accidentium habet attendi penes subiectum suum, & non pe. es efficiens. substãtia. n. vt dicit Cõmen. 4. metaphy. cõ. 2. non est causa accidentis fm finem & efficiens, sed fm materiam. motus. n. lapidis proiecti deorsum ab aliquo non est naturalis ratione proiicientis, sed ratione sui. Et, qñ dicitur q̃ à pari aggregatum ex plaustro & bobus esset motũ ex se, quia boues sunt intrinseci tali aggregato: Respondetur negando consequens, & consequentiam. quia non est talis habitudo inter plaustrum, & boues, qualis est inter orbem & intelligentiam. nam fm Auer. 2. cœli. cõ. 3. ex intelligentia & orbe fit vertius vnum q̃ ex materia & forma. nam intelligentia non vnitur orbi diuinibiliter, nec mediante quantitate, sicut vnitur forma materiæ. similiter plaustrum non habet naturalẽ inclinationem ad motum, sicut orbis ad motum. et ideo bene motus plaustri est ab alio. & de illo bene cõcedimus q̃ sit de aliquo illoꝝ generum, videlicet vel pulsio, vel vectio, vel vertigo, vel tractio. Vnde illa diuisio pertinet ad motus violẽtos, violentũ autem, vt d. Philosophus in. 3. ethic. est, cuius principium extrinsecũ est, nihil conferente illo, cui vis affert. qualiter non est in proposito de orbe, licet hoc sit verũ de plaustro respectu boum. quare patet solutio. Ad formam igitur contradictionis principalem dicimus motum cœli esse naturalem. Ad oppositum autem respõdetur q̃ Cõmen. non negauit motũ cœli omnibus modis esse naturalẽ: sed negauit ipsum non esse naturalẽ, sicut motus elementorum est naturalis, vt ipse expresse habet. Pro quo aduerte q̃ elemẽta mouenť à principio intrinseco actiuo, sicut patet per ipsum cõ. p°. &. 3. in. 2. phy. & in cõ. 71. sup. 4. phy. &. 3. cœli. cõ. 28. & alibi infinities. elementa enim non habent principium passiuum intrinsecũ, per quod mo-

Quo pacto motꝰ cœli dicatur ẽ naturalis.

ueantur, quia illud est ens in actu: elementa autem non habẽt nisi primam materiam & formam: prima autem materia est ens in pura potentia. & ideo naturalitas in motu elementorũ est à principio intrinseco actiuo, quod est natura: tale autem est ipsa forma elemẽti. motus autem cœli est naturalis opposito modo, quia sua naturalitas est ex parte principij passiui: quia cœlũ habet materiam in actu, & non habet naturalitatem suam à forma, quæ sit natura: imo sua forma est aliquando natura. Et hoc considerauit Magnus Albertus in.2.phyſi. ad principium, dum dixit motum cœli nõ esse motum naturæ, sed intelligentiæ: comparando videlicet ipsum motum ad principium actiuum, quia tale non est natura, sed intelligentia. Recte igitur dixit Cõmen. corporis cœlestis motum non esse naturalem, sicut est motus elemẽtorum. nam naturalitas in motu elemẽti est à forma, nõ à materia, sed naturalitas in motu cœli est à materia, non à forma. Cuius tamen oppositũ sentiunt Moderni ad pauca respicientes.

Secũdo phyſi. cõ. primo. Quarta etiam contradi. est in cõ. p°. Dicit q nõ inuenitur corpus ſimplex, quod alteretur ex se, sicut inuenitur corpus ſimplex, quod moueat in loco ex se. Huius tamen oppositum videtur sentire. 7. meta. cõ. 29. vbi vniuersaliter loqui videtur de mobilibus motu locali, & de mobilibus motu generationis & alterationis. inquit enim q quemadmodum eorum, quæ mouẽtur in loco, quædam mouentur ex se, & quædam ex alio, sic est de generabilibus. & ita videtur q motu alterationis & generationis aliquid moueatur ex se. Ad hoc dicimus q aliud est log in ſimplicibus corporibus, aliud in mixtis. vnde ipsemet Cõmenta. in hoc cõ. dicit q in compoſitis potest esse principiũ alterationis in ipso alterato ab eis, quæ aduenunt corpori suo, vt in animalibus, & plantis. In. 7. igitur meta. loquitur de compoſitis: sed hic loqtur de ſimplicib⁹. vide, & gloſa sic Auer. in. 8. phy. cõ. 20. & tex. cõ. 60. &. 4. cœli. cõ. 24. &. 2. de anima. cõ. 50. &. 9. meta. cõ. 2. Et pro ista solutione vide textum cõmenti. 34. primi de generatione.

Solutio.

Secũdo phyſ. tex. 4. Quinta contradictio est in tex. 4. Aristoteles enim declarans quæ sunt naturata, dicit quòd sunt quæcunque naturam habent, & hæc omnia sunt substantiæ. reddens autem causam huius asserit, quia subiectũ est quoddam, & in subiecto est natura semper. quasi dicat natura non est nisi subiectum, & forma, quæ est in subiecto, & talia sunt substantiæ, & ideo compoſita naturata ex naturis, quæ sunt substantiæ, sunt substantiæ. Ista est vera illius loci expoſitio. non enim potest legi, vt hæc omnia Aristo. asserat esse substantias, videlicet subiectum, quod est materia. et id quod est in subiecto, quod est forma. quia ex primo cœli & mun. tex. cõ. ſecundi, duos ambos dicimus, & ambos duos, omnes vero non dicimus. Pro illo tamẽ dicto in expoſitione tex. & sunt hæc omnia substantia, Cõmen. refert ly hęc omnia ad naturam, & ad habens naturam. Et si dicitur q ly omne, nõ dicitur de duobus, sed de tribus, modo natura & habens naturam sunt duo: Soluitur q natura includit duo, materiam & formam, & habens naturam est tertium. ista enim denominatio ad numerum ternarium spectat. Sed tunc sm istam Philoſophi sentẽtiam forma dicitur esse in subiecto. Huius autẽ oppositum legitur in prædicamentis, vbi dicitur proprię esse substantiæ in subiecto non esse. Nisi esset vt inquit Alex. q sermo Philoſophi in prædicamentis intelligit de substantia compoſita ex materia & forma, & non de forma, quæ est substantia ſimplex. Aut aliter, non intellexit Aristo. in hoc loco esse in subiecto proprie dictum, sicut sumpſit in prædicamentis, sed large, videlicet id, quod ad hoc vt sit ideget aliquo subiecto. Et hoc etiam adnotat Cõmen. in præsenti loco, q forma est in subiecto, quod substentatur per illam, non quia est in subiecto, per quod substentatur, sicut accidentia. Vbi Commentator dat pulchram differentiam, ex qua intelligi potest q esse in subiecto æquiuoce dicitur de formis substantialibus & de accidentibus. nam forma substantialis est in subiecto, idest in prima materia, quæ substentatur, idest quæ est in actu per ipsam. quia materia non est in actu seu in effectu, nisi per formam, nec sine forma potest existere, vt deducit Cõmen. in.2. phyſic. cõmen. 12. sed accidentia sunt in subiecto existentia, à quo sumunt actualem existentiam. dicit enim Philoſophus in prædicamentis, q destructis primis substãtijs impoſſibile est aliqd aliorum remanere. Aliam etiam differentiam innuit Cõmen. in. 2. de anima cõmen. 4. quæ est causa istius. nam subiectum formæ substantialis, sm quod est subiectum, est ens in potentia, & subiectum formæ accidẽtalis est ens in actu. Ex hoc. n. sequitur vt subiectum formæ substantialis substentetur per suam formam, & forma accidentalis substentetur per suum subiectum, quod est causa eius, sicut materia. 4. metaphy. commen. 2. quia tale est ens actu.

Secũdo phyſic. tex. 6. Sexta contradictio est in tex. 6. Dicit Aristo. q cæcus de nominibus diſputans de nominibus rationẽ habebit, nihil tamen intelliget. & consimilem sententiam habet in p° posteriorum analyticorum in illo ca. Planum aũt, quoniam deficiente aliquo sensu, necesse est sciẽtiam illius sensibilis deficere. Sed huius oppositum habet Themiſtius in. 2. de anima. in expoſitione text. cõ. 155. vbi Aristot. ponit differentiam inter imaginationem & sensum. nam cæci imaginantur colores, licet non sentiant illos. & si habent imaginationem de coloribus, possunt igitur habere scientiam, quia intellectio immediate dependet ab imaginatione: sunt enim intellecta vniuersalia colligata cum intentionibus imaginatis, vt dicit Cõmenta. 3. de anima cõ. 30. ibi enim dicitur in textu q phantaſmata apud intellectum sunt, vt sensibilia apud sensum. Propterea visum est quibusdam cæcum, licet nõ possit habere sciẽtiam de coloribus per inuẽtionem, vt qui à natiuitate cæcus existit, posse tamen habere scientiam per doctrinam & per auditum. & in hac sententia est Paulus Venetus, & aliqui Modernorum. Sed ista opinio est contra Aristot. quia imaginatio est motus factus à sensu sm actum, cum autem proprius sensus coloris sit visus & non auditus, q auditus non iudicat de colore, nec visus de sono, nisi p accidens. &. 2. de anima tex. cõ. 134. & Themiſtius ibidem sensibile per accidens non mouet sensum, nec imprimit suam speciem in sensum, & ita per auditum non potest generari species coloris in imaginatione, & per consequens nec⁹ intellectus potest habere speciem coloris. Amplius ista positio destruit iudicium Aristotę. in præsenti loco, qui asserit cæcum de coloribus diſputantem de nudis nominibus habere rationem, sed non habere cõceptum rei, quæ apta erat ſignificari. & ideo dicit ipsum nihil intelligere. Et ideo assero ex mente Aristotę. cæcum à natiuitate non solum non sentire, nec posse sentire, immo nec⁹ imaginari colorem, ita q habeat coloris speciem, & sic nec⁹ colorem potest intelligere per speciem, licet possit habere quandam cognitionem negatiuam, vt videlicet quòd est res quædam, quæ nec⁹ auditu per se percipitur, nec⁹ tactu, nec gustu, nec olfactu, sed positiuam nequaquã. nec de tali ęco intelligitur dictum Themiſtij, sed de illo, qui ex tempore obcæcatus est, & non à generatione.

Solutio quorundam.

Solutio propria.

Secũdo phyſic. cõ. 10. Septima contradictio est in cõmẽ. 10. ibi enim dicit formam esse comprehenſibilem intellectu, et hoc idem ipse sentit in primo cœli cõmento. 92. vbi habet formam esse subiectum vniuersalitatis, & per consequens intelligibilitatis. Huius tñ oppositũ inuenimus ab ipso in. 2. de

Solo prima. in.2. de anima. cõ. 2. vbi videtur velle formã sensu comprehendi. Ad hoc dicendũ puto cum Auer. 12. meta. cõ. 14. q forma nõ cõprehenditur sm se à sensu, sed sm suam actionem. et ideo non comprehenditur ipsa nisi ab intellectu, quando igitur dixit hoc, & p° cœli ab intellectu comprehendi formam, hoc est intelligendũ de ipsa forma in se. sed quãdo dixit eam sensu comprehendi, hoc est quantum ad suam actionem. Sed, si sic soluamus, tunc restat maius dubium, quia sm Auerro. 2. de anima. cõ. 63. sensus hominis, & præcipue virtus cogitatiua cognoscit intentiones indiuiduales omnium decem prædicamentorum, & per consequens ipsa forma substãtialis cognoscitur à sensu, nedum in sua operatione, verum ẽt in seipsa. Dicamus ergo aliter cũ ipso, p° meta. cõ. 27. vbi dicit q sensibilia habent duos modos comprehensionis: modum, qui non est scientia eorum, sed imago, & modum, qui est scientia eorum, et est intellecta vniuersalia. Vnde solutio consistit in hoc, sensibilia ista particulariter cõcepta, & formę ipsorum vt sic à sensu concipiuntur, & præcipue à sensu hominis, qui est virtus cogitatiua: sed sensibilia ista, & suæ formę vniuersaliter conceptæ à solo intellectu concipiuntur. & hoc intellexit cõ. 10. dum dixit q per rationem intellexit definitionem, & dixit hoc, quia forma cõprehenditur per intellectum. ecce quomodo sumitur ibi forma pro forma vniuersali, quæ definitionem cõstituit. Vnde Commentator plerunq vniuersale formam appellat, & intelligere formare per intellectum.

Secũdo phyſic. tex. 12. Octaua contradi. est in tex. 12. Aristo. ibi in tex. videtur dicere q forma est natura, quæ non est separabilis à materia sm esse, sed sm rationem. Huius tamen oppositum legimus ab ipso. 2. phy. tex. cõ. 26. vbi dicit q materia & forma dicũtur relatiue, & per consequẽs vnum non potest intelligi sine alio. Amplius aũt Commen. 4. phyſicę auscultatiõis cõ. 16. scribit q scire quidditates vltimorum principiorũ difficile est, & scire materiam absq; forma, aut formam sine materia, impoſſibile est. Quòd si dicatur, vt dicit Cõmen. ibi q debet intelligi sm definitionem, non sm esse, quia potest definiri sine materia, licet non possit esse sine materia. Hoc iterum stare non potest. quia p° de anima cõ. 16. qui in definitionibus naturalibus demittit materiam, videtur demittere aliquod non necessarium. sed non est ita, quia forma debet sumi in diſpoſitiõibus, in quibus existit. Amplius videmus Aristo. in definitione animę ponere corpus, & ita de aliis formis naturalibus dicẽdum est. Soluitur, dicit Alexan. q modus abstrahendi mathematicus in multis deseruit scientiæ Naturali. Et dat exemplum in principio libri Priorũ in casu nostro, puta quãdo Naturalis per intellectum abstrahit formam à materia, quæ tamen sm esse est in materia. in hoc. n. imitatur Geometram, qui lineam existentem in materia sensibili abstrahit à materia sensibili. similiter quando abstrahit prædicamentum substantiæ ab aliis prędicamentis, & in multis aliis casibus. Vnde scire debes q licet Arist. distinxerit in. 6. primæ philoſophiæ scientias speculatiuas penes triplicem modum definiendi, tamen modus abstrahendi sm rationem in pluribus inuenitur cõmunis in his duabus scientijs, vt dicit præſatus doctor. & est dictum aureum & magni momenti: soluit enim multas arduas difficultates in philoſophia. Et istum modum dicendi latenter innuit Aristot. in p° de anima in tex. cõ. 13. vbi scribit q si anima nõ habuerit aliquam operationem sibi propriam, sm quam poſsit esse separata sm esse à corpore, tunc erit de illa, sicut est de recto, cui multa contingunt, inquantum rectum est, quæ non contingere sibi possunt, vt est in corpore sensibili: & sicut est de sphæra, & plano, quæ sm rationem mathematicam & imaginariã contangit planum in puncto, cùm tamen naturaliter hoc fieri nequeat, qa omnis contactus naturalis est diuiſibilis, quia corpora coniunguntur in superficie. ibi enim Aristot. voluit dare intelligere q anima in illo casu solum sm rõnem posset abstrahi à corpore, non sm esse, sicut sunt entia mathematica. Et ideo respondetur ad formã contradictionis. Pro quo aduerte q vt scribit Cõmen. in. 12. primę philoſophiæ. cõ. 39. intellectus est maioris virtutis, q̃ sit natura. potest enim aliqua diuidere quæ natura non potest. sicut diuidit materiam à forma, quod nõ potest fieri per naturam. materia enim per intellectum potest apprehendi in secunda notione poſt illã, quam habuit Naturalis, sm quam cognita est per analogiam ad formam per priuationem omnium formarum. & ista consyderatio pertinet ad Diuinum, vt scribit Cõmen. 12. meta. cõ. 14. materia enim negatione cognoscitur, vt patet. 10. meta. tex. cõ. 22. Et si intellectus potest abstrahere materiam à forma, multo magis poterit formam abstrahere à materia. quia vt scribit Ariſt. in. 7. primæ philoſophię. tex. cõ. 8. forma est magis separabilis. Et ratio est, quia vt dicit Cõmen. 2. phyſi. cõ. 26. materia est propter formã, & forma non est propter materiam. & est sententia etiam Philoſophi in. 2. phy. text. cõ. 91. vbi habet q forma est causa materiæ, sed non econtra. Et quod dicitur, q sunt ad aliqd, soluitur q sunt sm dici, & non sm esse, licet physice loquendo dici possit q materia refertur ad formam relatione reali, cũ sit propter formã. forma autem ad materiã aut non refertur, aut si refertur, refertur relatione rationis, sicut est de potentia & actu. scribit enim Cõmen. in. 12. primæ philoſophiæ. cõ. 37. q potentia refertur ad actum, sed actus non refertur ad potentiam. & est snia Philoſophi in. 9. primæ philoſophiæ in tex. cõ. 13. potẽtia aũt reducitur ad materiam, & actus ad formam, vt scribit Cõmen. 12. meta. cõ. 26. Dicigitur q licet, quãdo Naturalis definit formam naturalem, cũ definitio debeat complete & distincte declarare naturã definiti, nõ põt sine materia eã definire, vt notat Cõmen. in p° de anima cõ. 16. potest tamen abstrahere in prima intellectus operatione formã à materia, pro quanto põt intelligere formã, non intelligendo materiã. hoc. n. est abstrahere hoc ab hoc, videlicet intelligere prius nõ intellecto posteriori, sicut est de linea. in plus. n. est abstrahere q̃ definire, vt patet. Secundum aũt sententiam Auer. forma est separabilis à materia sm definitionẽ, non sm esse. quia alia est formæ definitio, & alia materiæ, eo modo, quo talia definitiones habere dicuntur. sed non possunt separari in esse, qa materia non potest existere sine forma, nec⁹ forma potest existere extra materiam. Noluit tamen Cõmẽ. dicere formã separari definitione à materia, qa sine materia definiri possit, sed modo, quo diximus.

Secũdo phyſic. cõ. 18. Nona contradi. est in cõ. 18. vbi d. Astrologiam abstrahere à motu. Huius tñ oppositũ videtur dicere p° meta. cõ. 19. Nisi esset q Astrologus abstrahit à motu, pro quãto non consyderat, & demonstrat per medium sensibile, sicut demonstrat Naturalis. imo formale medium in cõsyderatione Astrologica est mathematicũ. bene tñ consyderat motum in ratione materiæ, non in ratione formæ. consyderat. n. motus corporum cœlestium sm sui quantitatẽ, & sm velocitatem & tarditatẽ, & sm proportionalitatem, quã habent adinuicem. & patet q oẽs isti modi sunt mathematici. formale igitur in Astrologia est mathematicũ, sed materiale est naturale. et ideo recte dixit Cõ. p° meta. cõ. 19. &. 2. cœli. cõ. 57. &. 12. met. cõ. 44. q Astrologus cõsyderat corpora cœlestia, q̃ sunt substantia eius, non tñ cõsyderat ea, sm q sunt mota. et sic sedat cõtradictio, sicut vides.

Solutio.

Secũdo phyſic. tex. 19. Decima contradi. est in tex. 10. Aristot. contra ponentes ideas inquit q ipsi ea, quæ non sunt separata sm ra-

tionem à materia, faciunt esse separata ſm rationem. et latet eos hoc contingẽs, quia ipſi formas materiales ponunt esse separatas ſm esse à materia. ſed vt dicit Commen. in cõ. quæ sunt separata ſm esse, possunt separari & ratione, & non conuertitur. Thẽm. etiam. 2. phy. 26. d. ꝙ formæ materiales possunt quandoq; à materia cogitatione atq; animo eximi, ſed non actu, aut subſiſtentia. Sed obuiabam per dictum Aristot. in. 2. physi. tex. cõ. 12. vbi definiens naturam, quæ est forma, dixit eam ſm rem non esse separabilem, ſed ſm rationem. & Themistius ibi exponens inquit, formã porro dicimus non re ipſa, ſed ratione abiungi, & ita Arist. patitur eaſdem
Solutio. anguſtias, quas patit Plato. Niſi esset quòd, vt d. Alexander, Naturalis in abſtrahendo formas materiales à materia vtitur mathematica abſtractione, & non naturali, ſed apud Platonẽ ſequitur ꝙ etiam Naturalis poſſet definire ſine materia. quia qcquid est ſeparatum in esse, potest etiam definiri ſine eo. hoc autem est impoſſibile, quia Naturalis definit per materiam pº de anima. 16. &. 2. phy. vltio Definitiones naturales, vt naturales, oẽs concernunt materiã, aut apte, aut cõſecutiue.

Secũdo phyſic. tex. 25. Vndecima contra li. est in tex. 25. Arist. & Cõmẽ. videntur velle ꝙ in artibus artifices, qui ſolam habent cognitionem, sunt præſtantiores artibus operantibus. vnde Cõmen. in cõmẽ. d. ꝙ Geometria operationum non facit materiam neq; formam, licet vtrunq; cognoſcat, & præcipiat aliis vtentibus ſeu operãtibus. Ex aduerſo autem est authoritas Philoſophi in. 2. ethic. ca. 4. vbi habet ꝙ in virtutibus ipſum ſcire parum est, aut nihil. Et confirmatur, quia tales sunt propter opus, tan quam propter finem, & per conſequens artes quæ operãtur, sunt nobiliores & honorabiliores artibus ſolam
Solutio. cognitionem habentibus. Soluitur ſm Peripateticos cognoſcere ſimpliciter & abſolute honorabile & pręcioſius est ipſa praxi ſeu operatione. Cuius ratio est. qa praxis ad aliud & non ſui gratia expetitur, ſicut cognitio. cuius argumento est, vt notat Alexan. in principio primæ philoſophiæ ꝙ actus maxie expetibiles & praxes à nobis sunt, quæcunq; sunt à virtutibus, & tamen tales non propter ſe, ſed ad aliud relationem habẽt, puta ad paſſiones & affectus ordinatæ. Cuius argumento est ꝙ in animalibus diutius non sunt huiuſmodi virtutes morales. non indigent enim, cũ sint impaſſibiles, vt teſtatur etiam Arist. in. 10. ethi. capi. 10. ſed nos, qui natura ſumus affectibus & paſſionibus obnoxij, indigemus illis. vnde etiam in actiuis cognitio præfertur operationi. nam artes architectonicæ sunt honorabiliores artibus operatiuis. Et iſta est ſnia Philoſophi etiam in proœmio primæ philoſophię, quicqd ſenſerit Scotus & ſequaces eius in hoc. Ad ſaluandam autem contradictionem ſcire debes, vt notat Philoſophus in. 2. ethi. in illomet capi. ꝙ differẽtia est iter artes & virtutes. Nam quæ ab arte procedunt in ſe laudem habent, quare ſufficit illa ita existere. ſed quæ à virtute ita proficiſcũtur, non ſatis est ſi ipſa iuſte quodãmodo ſe habent, & modeſte agantur: ſed ſi agens ita egerit, primo ſi ſciens, ſecundo ſi eligens, & eligens propter ipſa, tertio ſi certo immobili iudicio agat. ad cæteras vero artes habẽdas nihil horum requiritur præterq; ſcientia. & ipſa est ratio diuerſitatis, ſicut vides. Amplius aũt ſcire debes ꝙ differẽtia eſt inter vtile & honorabile, vt colligitur ex proœmio metha. & ideo ſententia Philoſophi & Alexã. ſunt, artes cognoſcentes esse principaliores ſm dignitatem & honorem, licet ſm vtilitatem forte oppoſitum contingat. vnde Philoſophus ẽt de ſcientia Diuina ſcribit, ꝙ neceſſariores quidẽ hac oẽs, dignior vero nulla.

Secũdo phyſic. cõ. 26. Duodecima contradi. est in cõ. 26. vbi d. conſideratione quidditatiuam esse vſq; ad formam hominis vltimã, quæ est media inter formas materiales & abſtractas. ex quo patet dari aliq̃ naturam mediam inter naturam abſtractã & materialem. Huius tñ oppoſitum ſcribit ipſe pº meta. cõ. 39. vbi d. ꝙ notum est per ſe ꝙ nulla natura est media inter abſtractũ & materiale. Ad hoc dicimus medium duplex esse, videlicet per abnegationem extremorum. & ſic d. Cõmen. pº meta. nullam esse naturam in effectu, quæ nec sit materialis, nec abſtracta. ſicut videtur ſeq contra Antiquos, cõtra quos inuehit ibi Philoſophus & Cõmẽ. Aliud autem est medium ſm comparationem, vel participationẽ proprietatum ipſorum extremorum. & ſic dicimus de intẽtione Auerro, elementa media esse inter ſubſtantiã & accidens. ſic etiam verificatur dictum eius hic, ꝙ intellectiua, quæ est forma hominis vltima, est media inter abſtracta & materialia. quia pro quanto in ſua operatione dependet à phantaſmatibus, ſic cũ materialibus conuenit. pro quanto vero non est forma educta de potentia materiæ, & habet aliquam ſibi operationẽ propriam in ſe conſiderata, in qua non dependet à corpore ſm ipſum. 3. de anima. cõmen. 20. ſic cùm abſtractis dicitur cõuenire. Et hoc forte voluit dicere Themiſtius ſuper pº phy. ad principiũ, ꝙ ſcientia de anima est Mathematica, & media. est enim mathematica oppoſito modo, quo ſunt entia Mathematica, quia talia ſecundum esse ſunt in materia, ſed ſm conſideratione à materia abſtrahunt: ſcientia vero de anima, & præcipue quo ad iſtam partem, in qua agitur de anima intellectiua, est de obiecto ſm esse abſtracto à materia, non autem ſm conſiderationem, cùm etiam anima intellectiua ibi conſideretur vt actus corporis. Dicamus igitur nil prohibere ſm conſiderationem dari medium inter abſtractum & materiale: ſed bene ſm esse inconuenięs est aliquid esse, quod non ſit neq; hoc, neq; illud. Et ita hæc potest esse ſecunda ſolutio, vel ex duabus fiat vna.

Secũdo phyſic. tex. 31. Decimatertia contradictio est in tex. 31. Arist. videtur velle hic propoſitiones esse materiam cõcluſionis. Sed huius oppoſitum habetur infra in hoc ſecundo in tex. cõ. 89. vbi habet ꝙ propoſitiones cum concluſione se habent ſicut finis cum his, quæ sunt ante finem. finis autem & materia nõ coincidũt. vt patet in. 2. phy. in tex. cõ. 70. Amplius præmiſſę videntur esse causa efficiens concluſionis. dicit enim Lincolnenſis in pº poſterio. ꝙ notitia præmiſſarũ gignere notitiam concluſionis in aia. Amplius Auic. in. 6. ſuę meta. ca. 4. d. Iam aũt poſuerunt quidã propoſitiones ſimiliter materiã concluſiõis, & est error: imo, ppoſitiones sunt materia figuræ ſyllogiſmi, cõcluſio vero nõ est forma, ppoſitionum, ſed est quoddã, quod conſequitur ex illis, cùm propoſitiones efficiant eã in aia, vbi manifeſte Auicẽ. videt reprehendere Ariſtot. in hac ſnia. Simplicius in præſenti loco, aiaduertens ſup hoc, dixit propoſitiões reſpectu totius ſyllogiſmi esse materiã, ſed reſpectu concluſiõis esse cauſam efficiẽtẽ. et redit in opinionẽ Auic. ſed nõ ſaluat tex. quia textus d. ſuppoſitiones esse, ſicut ex quo reſpectu cõcluſionis, & nõ reſpectu ſyllogiſmi. Dicamus igit ꝙ propoſitiones quodãmodo sunt materia, quodãmodo efficiẽs, et quodãmodo finis. nã iſta verificantur reſpectu diuerſorum reſpectu concluſionis. Nam reſpectu extremitatum, quę sunt diſperſę in præmiſſis, sunt materia concluſionis, & sunt materia compoſitionis tantum, & cõcluſio, in qua est vnio, & compoſitio extremitatum, est forma compoſitionis reſpectu earum. Ratione termini medij, virtute cuius infertur concluſio, ſic habent quodammodo rationẽ cauſę efficientis: qa medium est cauſa in inferẽdo, & etiam in demonſtratiuis in eſſendo cõcluſionis, ſaltem inſtrumentalis. Præmiſſę vero in doctrinis in propria forma reſpectu cõcluſionis, ſe habent ſicut finis cum his, quæ sunt ante finẽ, nã ſicut ex fine ſequuntur ea, quę sunt ante finem,

finem, & non e contra, ſic in doctrinis veritas præmiſſarum infert neceſſario veritatem concluſionis, & non e contra. & ſicut deſtructio finis infert deſtructionẽ eorum, quæ sunt ante finem, ſic deſtructio concluſionis infert deſtructionem præmiſſarum. quia, ſi concluſio non est vera, nec præmiſſę sunt veræ. Et ideo ad hæc forte præfatus Simplicius dixit in ſecunda ſolutione quòd forte aliquo modo præmiſſæ sunt in concluſione, ſed non declarauit diſtincte. Non inconuenit ergo reſpectu diuerſorum idem poſſe dici materiam, efficiens, & finem reſpectu eiuſdem. quia hoc est ſecundum diuerſa, & ſecundum diuerſos modos conſyderandi.

Secũdo phyſi. tex. 33. Decimaquarta contradictio est in tex. 33. Ariſto. ibi innuit quòd cauſarum per accidens quædam sunt propinquiores, quædam remotiores aliis. Sed huius oppoſitum habetur ex. 2. physi. tex. cõ. 50. vbi Ariſto. ponit differentiam inter cauſas per ſe & per accidens, dicens cauſam per ſe eſſe finitam, ſed cauſa per accidens est in infinita, ſed in infinitis non est accipere, neq; primum, neq; vltimum, vt patet. 2. meta. tex. cõ. 6. & per conſequens non est ibi neq; propinquum, neq; remotum.
Solutio. Soluitur, & est dictum Themiſtij & Simplicij ſ. 2. phy. in expoſitione tex. cõ. 55. vbi ſm Simplicium Arist. videtur hanc dubitationem inducere, & eius ſolutionem omiſit. inquit. n. tum etiam in quibuſdam dubitabit aliquis nunqd contingentia fiant cauſæ fortunæ, i. eius quod est à fortuna, vt ſit in terris ſpiritus aut æſtas, ſed non depilari vt ſanitatis, ſunt enim cauſarum per accidens, aliæ aliis propinquiores. vnde dubitatio conſiſtit contra, id quod Arist. ibi prædixerat tex. cõ. 53. quòd eius quod est à fortuna ſunt cauſæ infinitę. Sed tunc est dubitatio, quia cùm fortuna ſit cauſa per accidẽs, & in talibus ſit propinquum & remotum, nõ videtur quòd ſint infinitæ cauſæ, quia in illis non est propinquum. Themiſtius autem & Simplicius ſoluunt ꝙ cauſæ per accidẽs ſi actu ſumantur & viciſſim comparentur, poteſt diſcerni quæ ſunt propinquæ & remotæ, ſed abſolute nõ poteſt, quia ſunt infinitæ vt ſic. Sed tunc est difficultas. quoniã, ſi cauſæ per accidens infinitæ ſunt, conſtituí actu non poſſunt & ſic inuicem comparari, cùm infinitum non detur, nec conſtitui poteſt in actu, vt patet. 3. phy. Niſi esſet quòd ſunt in potentia infinitæ, & tales poſſunt determinari ad actum per cõparationem ad cauſam per ſe. ſicut licet cauſæ per accidens domus ſunt infinitæ, abſolutæ conſyderatę, & ſic in eis nõ poſſit diſcerni quæ ſint propinquæ, & quæ remotæ. ſi autem comparẽtur ad cauſam per ſe, quę est ędificatiua, ſic muſica est cauſa per accidens magis propinqua q̃ albedo, & Polycletus est cauſa per accidẽs magis propinqua q̃ homo, & homo magis q̃ animal. & eodem modo patet ſolutio, quomodo fortuna, cùm ſit cauſa per accidens, & per conſequens infinita, cognoſci poteſt, cùm infinitum ſit ignotum, & tunc opus est eadem diſtinctione, quam Themiſtius adduxit.

Secũdo phyſi. tex. 64. Decimaquinta cõtradictio est in tex. 64. Dicit Ariſto. ponens differentiam inter id, quod est à caſu, & à fortuna, quòd in his, quæ natura fiunt, non dicitur aliquid à fortuna fieri, ſi extra naturã fiat, ſed magis à caſu. & ſubdit quòd differunt, quia huius cauſa est extra, illius vero intra: ita quòd videtur dicere id, quod est à caſu, habere cauſam intra, ſed id quod à fortuna habere cauſam extra. & iſto modo exponit diuus Thomas locum illum. Sed huius oppoſitum iuenimus in eodem 2. phy. in tex. cõ. 61. vbi Ariſto. tam id, quod est à caſu q̃ id, quod est à fortuna dicit habere cauſam extra.
Solutio. Ad hoc dicimus ſine dubio omnium Græcorum, vt Alexan. Themi. Simpli. hanc fuiſſe ſententiam, ꝙ ambo in hoc conueniunt, quòd non habent cauſam intra. vnde dicunt in. 60. tex. ꝙ licet tripes cadens, quærens ſuum locum, cadat ſub tali ſitu, ſub quo potest esse aptus ſeſſioni, & hoc à caſu esse dicatur: ſi autem corpus cubum caderet vt eſſet aptum ſeſſioni, hoc à caſu non eſſet, quandoquidem intra ſe talem retinet figuram, ꝙ qualitercũq; cadat ſemper est ſeſſioni aptum. Vnde ſine dubio diuus Thomas non bene interpretatus est locum illum. ideo ſm Simplicij expoſitionem Ariſto. ibi notat differentiam inter formam et caſum. quia in his, quæ à natura fiunt, non tamen ſm naturam, i. ſm naturalem ordinem talia nullo pacto à fortuna esse dicũtur, quia fortuna est in his, in quibus est propoſitũ ſeu electio, ſed magis dicuntur à caſu fieri. non autem dixit ſimpliciter talia à caſu eſſe, ſed dixit magis poſſunt dici à caſu q̃ à fortuna, propterea quia fortuna ſolum vbi est electio esse poteſt, ſed caſus poteſt eſſe in rebus carentibus electione. Ne tamen aliquis ſuſpicaretur talia vere & proprie à caſu eſſe, & non à natura, ideo poſuit differentiam & dixit. Eſt autem & hoc alterum, vbi Cõmen. dicit quòd est hic alius modus naturę. nã proprie loquendo monſtra à natura esse dicuntur, ſed est alius modus naturæ à modo conſueto & ordinato, & talia, cùm ſint à natura, aliquo modo differunt ab his, quæ vere & proprie dicuntur à caſu fieri. quia quę vere & proprie à caſu fieri dicuntur, horum cauſa est extrinſeca, ut caſus tripedis cadẽtis, ita quòd ſit ſedes, aut ſalus equi fugientis propter ſtrim, qui à caſu ſaluatus eſt. ſed talium monſtrorum cauſa eſt intra, quia proueniunt ex materia, vel propter ſuperabundantiam, vel propter defectum materiæ, vel propter malam complexionem eiuſdem. vbi pondera illud dictũ Cõmen. quia dicit iſtum eẽ alium modum naturæ. Pro quo debes ſcire vt ſcribit Alex. & Them. & Simplicius in. 2. phy. in tex. cõ. 5. differentia magna est inter eſſe à natura & eſſe ſm naturam. nam à natura eſſe non ſolum ea dicuntur, quæ ſm debitum naturæ ordinem & naturalem inſtitutionem fiunt, verum etiam & mõſtra, & priuationes, atq; defectus à natura eſſe dicuntur, ted ſm naturam ſolum illa fieri & eſſe dicuntur, quæcunq; ſm naturalem ordinem fiunt. & ideo bene dicit Commen. quòd talia, quæ præter naturam fiunt, ſunt collocata ſub alio modo naturæ, q̃ ſupple ſunt entia perfecta, quæ ſm naturæ ordinem & intentionem proueniunt. vnde talia ſm Peripateticos præter naturam, aut præter fatum euenire dicunt, ſicut quę ſm naturalẽ ordinẽ iſunt, fiunt ſm naturã, & ſm fatum fieri dicuntur: cùm fatum & natura idem ſignificent apud Peripateticos, vt bene notauit Alexan. in tracta. de fato, et elicitur ex ſententia Ariſto. 4. physi. in tex. com. 51. vt amplius notaui in ſpeciali quæſtione mea de fato.

Secũdo phyſi. cõ. 70. Decimaſexta contradictio est in cõ. 71. vbi dicit cõmẽ. ꝙ Diuina ſcia conſyderat res exiſtentes ſm ꝙ exiſtũt. Huius tñ oppoſitũ ſcribit ipſe, & Philoſophus. 7. meta. tex. cõ. 53. vbi hñt rerũ exiſtẽtium non esse definitiões, neq; demõſtrationes. Niſi esset ꝙ p̃ res exiſtẽtes, ſm ꝙ exiſtũt, Cõmen. voluit res materiales. voluit enim dicere Diuinam ſciam nõ ſolũ cõſyderare de rebus abſtractis à materia, verũ etiam de rebus exiſtibus ſm ꝙ exiſtũt, i. de rebus materialib9. vnde de iſtis materialibus Diuina ſcientia cõſyderat inquantũ exiſtũt, i. inquantum entia sunt, & ſub rationibus, quæ competũt enti inquantũ ens est. Et iſta est expreſſa ſententia cõmen. 12. meta. cõ. 1. &. 29. &. 4. meta. text. cõ. primi & 6. meta. tex. cõ. primi Scientia Diuina est entis inquantum ens, & eorũ, quæ huic inſunt. & in proœmio metaphyſicę Sapientis est oia cognoſcere, vt cõtingit. i. ſub rationibus tranſcẽdentibus. Per res igitur exiſtes non intellexit res cum actuali exiſtia, ſed quiditates materiales ſub rationibus tranſcendentibus conſyderatas.

Secũdo phyſi. tex. 71. Decimaſeptima contradictio est in tex. 71. Scribit Philoſophus

Philosophus quòd principia mouẽtia naturaliter duo sunt, quorum alterum non physicum est, non enim habet motus principium in seipso. ex quo videtur ꝙ primus motor, qui est Deus gloriosus, naturaliter mouet. Huius oppositum scribitur ab Auerroe in libro destructio destructionum in dispu. 12. in solutione dubij, vbi d. Cùm autem dixit de Philosophis quòd ipsi tenent ꝙ id, quod prouenit à Deo glo. prouenit naturaliter, est sermo corruptus de eis. & qui tenent in rei veritate ꝙ emanatio entium sit ab eo, est profecto nobiliori modo quàm naturaliter, & voluntate humana. Solutur. Multi antiqui doctores, vt Algazel & rabi Moyses, & ex Latinis Scotus cum sequacibus suis tenuerunt hoc, videlicet Deum ſm Peripateticos agere ex necessitate naturæ. Vnde super hoc fundamento Scotus in. 2. distinctione primi quæstione. 2. ostendit in via Philosophi sequi omnia ex necessitate prouenire. Sed Cõmen. & alĩ Peripatetici oppositum tenent. Et vltra authoritatem Auer. consueuit formare aduersus istos talem rationem, quæ videtur in via Aristo. maximam fidẽ facere. Nam, si anima agit altiori modo, ꝙ̃ natura, & intellectus agit altiori modo ꝙ̃ anima, cùm Deus sit altior intellectu, aget altiori modo q̃ intellectus: ergo à fortiori altiori modo ꝙ̃ anima, & multo altius ꝙ̃ natura. assumptum ostenditur, nam anima agit altiori modo, ꝙ̃ natura. quia natura non agit, nisi ſm vnum motum determinatum mouendo, sed anima ſm quamlibet differẽtiam. vnde motus animę est circularis, qui est perfectior motu recto. sic enim Aristo. in. 2. de anima. tex. cõ. 41. & infra, arguit & accusat Antiquos, asserentes motum augmenti esse à natura ignis. & Arist. dicit ꝙ est ab aĩa, quia ignis concurrit vt instrumẽtum. immo Cõmen. & Arist. in. 2. de genera. & corrup. tex. cõ. 55. motio ignis est deterior in generatione, q̃ motio organi aut instrumenti. & ibi redditur causa. intellectus autem agit altiori modo ꝙ̃ anima, quia intellectus est altior anima, vt patet. 2. de anima. tex. cõ. 21. vbi dicitur ꝙ videtur esse aliud genus animæ, & hoc solum contingere separari, sicut perpetuum à corruptibili, Deus autem est altior intellectu, vt d. Philosophus in libro de bona fortuna, vbi inquit. quid enim est melius scientia & intellectu, nisi Deus? Vnde Cõmen. in. 4. physi. auscultationis in cõ. 128. d. quòd esse essentialiter in alt◦ quo non est nisi à causa agente, quæ est aut anima, aut natura, aut intellectus: & ego addo quartum, aut Deus. nam distantiæ entium sunt valde diuersæ. Quantum autem spectat ad præsentem cõtradictionem scire debes quòd natura multipliciter dicitur & naturę nomẽ, vt patet ex quarto primæ philosophię tex. cõ. 5. & vt notauit etiam lucidissimus Themistius in. 2. phy. i tex. cõ. 7. sic est etiam de naturaliter agere, quandoq; sumitur proprie, vt distinguitur contra agere ſm animam, aut intellectum, & quandoque sumitur cõiter, vt illud dicatur naturaliter agere, quod ex sua natura agit. vnde vt inquit Cõmen. primo cœli, sicut in natura formę naturalis est habere propriam materiã, vt forma ignis, sic formę abstractę, ſm ꝙ sunt formę abstractę, innatę sunt, vt illud, quod mouetur ab eis, non sit graue, neq; leue, & vt motũ abeis sit rotundum. vñ est similitudo proportionis vel analogię, & non vniuocationis.

Secũ phyſi. cõ. 79. Decimaoctaua contradictio est in commento. 79. Scribit Commentator quòd illud, quod innatum est existere casu, non est innatum existere per intẽtionem. Sed huius oppositum habetur in. 2. phy. in tex. cõ. 63. vbi Arist. d. in littera ꝙ percussio capitis à lapide potest fieri à casu, & eadem potest fieri per se ab aliquo proiciente cùm intentione percutiendi. Solutur. dictum Cõmen. intelligitur de speciebus præsertim, quę sunt in substantijs. nam ſm ipsum in. 8. phy. in cõ. 46. nulla

Solutio.

species fit à casu. quia illud, quod est à casu, semper est oppositũ ei quod est à natura. vnde à natura sunt species. nulla enim species est à casu, sed à casu sunt mõstra non naturalia. idem. 6. meta. te. cõ. 4. &. 7. meta. cõm. 22. &, quia Antiqui, contra quos arguit Philosophus, omnes species rerum naturalium asserebant esse à casu, ideo Cõmen. ſm Philosophum tenet oppositum. vnde in cõ. 2. tex. 82. ostendit ꝙ ea, quę sunt à casu, prouentunt ab impedimento naturę: sed ea, quę sunt à natura, & ſm cursum naturalem, nõ proueniunt ex impedimento naturę, sicut sunt monstra. Dictum autem Philosophi in. 2. phy. nõ est de speciebus, sed de actione seu accidente. quia percussio vtroque modo potest prouenire, & sine intẽtione, & cũ intentione, vt patet.

Secto physi. cõ. 80. Decimanona cõtradictio est in cõ. 80. Ibi. n. d. Philosophus & Cõmẽ. apes & formicas agere sine cognitione. Huius tñ oppositum scribit cõ. 2. de anima cõ. 156. Nisi esset ꝙ dictum in hoc loco intelligitur sic, ꝙ videlicet talia animalia agunt sine cognitione finis rei actę, sicut Hirundo, quæ quando nidificauit agit, non tamen agit per cognitionem finis rei actę mota: bene tamen agit per cognitionem respectu rerum, quæ ad finem ordinãtur, vel ad opus. nisi enim cognosceret paleas, & lutum, vtiq; nidum construere non posset.

Solutio.

SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

Super Tertio Physicorum,

Tertio phy ſi. tex. prio.

PRima contradictio est in tex. primo. Arist. enim habet quòd infinitum primum apparet in continuo. Sed obuiabam. quia primo poste. tex. primo i illo cap. Certior autem scięntia altera altera est, & prior, videtur Aristo. velle quòd scientia illa, quæ de simplicioribus principijs est, illa est natura prior, sicut Arithmetica, Geometria. Nã Arithmetica est de vnitate, quę est principium numeri, Geometria vero de puncto, quod est principium magnitudinis. vnitas autem simpliciter est, quia vnitas situ caret: punctus autem est substantia posita, vt ibi dicitur. Et ex hoc videtur quòd quando eadem accidentia competunt indifferenter quantitati continuę et discretæ, eadem prius natura conueniunt discretæ ꝙ̃ continuæ. cùm igitur infinitudo inueniatur in numeris & in magnitudinibus, ga sicut magnitudo est diuisibilis in infinitum, sic numerus est augmentabilis in infinitum, videtur quòd infinitudo prius natura competit numeris q̃ continuis. & confirmatur. quia primo phy. tex. cõ. 15. infiniti ratio congruit quantitati, idẽ. 3. phy. tex. cõ. 35. &. 36. Nisi esset quòd vt d. Alexan. & Themistius, ideo infinitum primũ dicitur apparere in continuo ꝙ̃ in discreto, quia in definitione continui ponitur infinitum, non autem in definitione discreti. nã continuum est, quod diuiditur in infinitum: non sic autem est de discreto. Aut quia cùm discretum causetur ex diuisione continui: sicut enim continuum est diuisibile in infinitum, sic discretum est augmentabile in infinitũ. nõ. n. discretum est diuisibile in infinitum, nec augmentabile est continuum in infinitum. 3. phy. tex. cõ. 60. & quia ex hoc, quod continuum est diuisibile in infinitũ, ex hoc discretum est augmentabile in infinitum, numerus enim causatur ex diuisione continui, vt dicitur in tertio phy. ideo dictum est infinitum primo apparere in continuo

Solutio.

in continuo, & hoc præcipue locum habet ſm naturalẽ consyderationem asserẽtem numerũ causari ex diuisione continui, sicut iam Aristo. hic loquitur. sed ſm mathematicã cõsyderationem, quę est ſm abstractionem & imaginationẽ, credo quòd infinitudo, & alia hmõi accidentia, cõmunia vtriq; & continuo & discreto, ex parte, qua sunt quãta, prius natura participari à discreto ꝙ̃ à continuo, si quantum dicit̃ analogice aut saltem ꝙualiter, si vniuoce dicatur. sed, quia ſm consyderationem naturalem quãtitas discreta, quę est numerus, causatur ex diuisione continui, sic infinitudo inuenitur in numero propter continuum, saltem in genere causæ materialis. Sed Arithmeticus, q̃ natura præcedit Geometram, non consyderat istam rationem numeri, q̃ est subiectum eius, inquantum à continuo habet causari, quia ista ratio sibi est extranea, inquantum est subiectum suæ consyderationis: alioquin scientia Arithmeticæ natura esset posterior Geometria, & præsupponeret illam: quod tamen falsum est. Nec videatur tibi mirum hoc, quia multa habẽt verificari ſm naturalem consyderationem, quorum opposita sunt vera ſm consyderationem mathematicam, sicut d. Cõmen. i primo cœli. cõ. 32. quòd motui circulari nihil est contrarium naturaliter, & tñ potest esse cõtrarietas in motibus circularibus mathematice, & secundum imaginationem.

Tertio phy. tex. primo. Secunda contradictio est super eodẽ tex. Ari. in principio tertij physi. d. quòd sicut Naturalis consyderare debet de motu, quia motus ponitur in definitione naturæ, eadem ratione, quia motus videtur esse de generatione continuorũ, Naturalis debet consyderare de continuo. vbi Themistius expresse dicit quòd continuum assumitur in definitione motus. & ita etiam videtur dicere Cõmen. in cõ. p◦ & clarius in sua media expositione, vbi cõtinuando intentionẽ Philosophi d. quòd, quia in definitione naturæ posuimus motum, oportet loqui de motu. definientis. n. interest declarare partes definitionis, & de passionibus partium. cùm autem in definitione motus appareat continuum, & continuum consequitur infinitum, quare etiam de continuo. & infinito loqui debet Naturalis. videtur igitur quòd continuum sit de quiditate motus. Ex aduerso autem videtur eẽ authoritas ipsius Cõmen. in. 4. phy. in cõ. 99. vbi d. quòd vnum accidentium motus est cõtinuatio. Amplius est ratio. Si enim continuatio esset de quiditate motus, quilibet motus esset continuus. quia quod per se competit superiori, & primo, competit omnibus inferioribus per se, licet non primo, siue sit vniuocum, siue analogum: sed non quilibet motus est continuus, vt patet. 3. phy. cõ. 6. &. 8. phy. cõ. 23. igitur cõtinuum non est de quiditate motus. Amplius videtur esse authoritas Philosophi in. 5. meta. in cap. de quanto. tex. cõ. 18. ꝙ quantitas, & diuisibilitas, & continuatio accidunt motui. Dicimus, sine prejudicio melioris sententiæ, quòd motus quiditatiue non includit continuum, licet videatur continuatio esse de accidentibus consequentibus substãtiam eius. & ideo videtur mihi, quòd Cõmen. in. 3. physi. in cõ. 2. animaduertens ad ea, quæ paulò ante dixi, inquit, ꝙ illorum, quæ consequuntur motum, quæ sunt propinqua substantiæ eius, est continuum. vnde non dixit absolute cõtinuum esse de substantia motus, sed de his, quæ sunt propinqua substantiæ eius. quia, quando vera genera & verę terum differentiæ latẽt, licet nobis circũloqui illa per proprietates & accidẽtia, sicut d. Cõmen. in. 7. meta. in cõ. 42. &. 8. meta. cõ. 5. contra Alex. et ideo dicimus nos ꝙ contrarium cadit in descriptione motus, nõ ꝙ illa sit vera definitio. vnde Alexan. in primo libro naturalium quæstionum quęstione. 21. expresse determinat motum per se non esse quantitatem, sed secundum diuersas consyderationes spectare posse ad diuersa prædicamenta, vt poteris ibi clare videre.

Tertio phy. tex. 1. Tertia contradictio est in tex. 3. Aristot. diuidit ens per ens in actu tantum, & per ens in actu & potẽtia ſmul. postea diuidit ens actu in decem prædicamenta. Ex hac igitur diuisione videtur ꝙ ens in potentia non diuidatur in decem prædicamenta, sed ens actu solum. Ex aduerso autem videtur esse sententia Philosophi in 12. meta. tex. cõ. 26. vbi vult ꝙ potentia & actus sunt principia omnium decem prædicamentorum. &, cùm hoc est authoritas Cõmen. i primo de anima cõ. 6. vbi scribit ꝙ potentia & actus sunt differentiæ entis valde oppositæ, & circuunt omne genus prædicamẽti. Solutur. nam vt recitat Simplicius in. 3. physi. in præsenti loco, sunt circa hoc duæ expositiones. prima est Alex. & Themistij, qui sequentes antiquam seriem textus, q cõiter iuuenie batur, exponunt ꝙ entium quędam sunt actu tantum, sicut sunt res materia carẽtes, vt sunt abstractæ substantiæ, quæ semper eodem modo se habẽt, & mutari non possunt: quædam vero sunt composita ex potentia & actu, vt sunt generabilia & corruptibilia. cœlum autem quodãmodo est actu, pro quanto ſm substantiam transmutari non potest, & quodammodo in potentia est, inquantum localiter moueri potest, & idem ſm se totum vbiq; esse non potest. et istius etiam opinionis est Cõmen. in lib. de substantia orbis, & primo cœli i paraphrasi in summa sexta tuxta principiũ. Porphyrius istam expositionem nõ admittit, sed vult diuisionem dari per actum & potentiam, quod confirmat ex his, quæ repetit, ac reassumit Philosophus infra in eodem loco in tex. cõ. 6. vbi dicit. Diuisio autẽ vnoquoq; generum per potẽtiam & actum. & vult ꝙ ens in actu diuidatur per decem prædicamenta, non ens in potentia, quia ens in potentia non dicitur decem modis, sicut ens in actu, immo ens in potentia tantum non dicitur nisi vno modo tantum, videlicet de prima materia omnium. Sed nec ista expositio Porphyrij soluit contradictionẽ propositam, nec vera esse videtur: tum quia sibi ipsi contradicit, quia primo dicit ens in potentia non diuidi in decem prædicamenta, & tamen addu cit dictum Arist. in tex. 6. quod continet oppositum, quia d. Diuiso ſm vnũquodq; ꝙ generum per potẽtiam & actũ. Amplius contradicit antiquæ literæ, quæ cõiter sic facet. Eorum quæ sunt, quędam sunt actu tantũ, quędam vero potentia & actu. horum autem aliud est hoc aliquid, aliud tñ, & aliud tale. vbi manifeste patet quòd per illam notam exclusionis, tñ, contradiuiditur id, quod est in actu tñ, contra id, quod simul est in potentia & in actu, alioquin, si diuiditur ens per actum & potentiam, quid igitur deseruit illi diuisioni illa exclusionis nota? Dico igitur quòd Aristo. quandoq; consueuit ens diuidere per potentiam & actum, sicut fecit in nono primæ philosophiæ. sed illa diuisio est entis sensibilis, vt dicit Cõmen. in. 7. meta. in procemio ꝙ scientia Diuina diuiditur in tres partes, in prima agit de diuisione entis in substantiam & accidens. in secunda de diuisione entis per potentiam & actum. in tertia de diuisione entis per vnum & multa. Et, quia substantia alia sensibilis, alia abstracta, de substantia sensibili tractat in. 7. &. 8. met, deinde in nono agit de potentia & actu. tertio in decimo agit de vno & multo. postea in vndecimo tractat de substantijs separatis & numero eorum, qui est duodecimus apud nos. vbi patet illas diuisiones in libris præcedentibus libri duodecimum esse respectu substantiarum sensibilium. Vnde in nono meta. tex. cõ. 1◦. dicitur quod nullum semiternum est in potentia. & confirmatur authoritate Cõmen. in. 12. meta. cõ. 8. vbi Aristo. volens declarare quòd esse sit esse materiæ, diuidit ens per potentiam & actum. &

Alex.

Alex. d. q̄ hoc fuit declaratum i nono tractatu, in quo loquit̄ de potentia & actu, & intendebat per hoc, quòd in hoc tractatu demonstrat, potentiam p̄cedere actū, & dicit impossibilia contingentia ad negantes potentiam esse. ecce igitur quòd potentia, quæ cùm actu conuidit ens in nono, est illa, quę est ante actum: talis autem non est, nisi in rebus generabilibus & corruptibilibus. vnde oē ens, in p̄dicamento existens, est quandoq; in potentia, & q̄nq; in actu. & ideo actus & potētia sunt principia omnium decem prædicamentorum, vt dicitur in. 12. meta. in tex. cō. 26. Et q̄nq; Arist. consueuit adducere diuisionem magis generalem comprehendētem omnia entia simpliciter, & est ista, quam innuit hic, videlicet q̄ entium quædā sunt actu tm̄, quædā sunt i actu & potēcia simul: & s̄m naturā diuisionis quædā sunt potēcia tm̄, licet propter breuitatē illud sit omissum: aut vt d. Simplicius, quia non reperitur aliquod ens, quod sit in pura potentia tantum s̄m subsistentiam, quin aliquo modo actu sit aliquid. quia Plotino teste illud, quod est in potentia ad aliquid, oportet vt illud prius sit aliquid actu in se. vt ęs, quod est in potentia statua, prius est actu ęs. & hanc diuisionem generalem etiam innuit Philosophus. 11. meta. in cap. 8. vide etiam sanctum Thomam in. 11. meta. in lectione nona secundum secundam expositionem, quomodo illa tertia diuisio per actum tantum, per potentiam tantum, & per vtrunq; sit intelligenda, quia placet.

Tertio phy si. tex. 14.

Quarta contradictio est in cō. 4. Ibi. n. cōmen. definiens motum materialiter sumptum dicit q̄ motus nihil aliud est q̄ generatio partis post partem illius perfectionis ad quam vadit motus, donec perficiatur, & sit in actu. ex quo patet motum fieri, & maxime motū intensionis, per additionem partis gradualis ad partem gradualem. Huius tamen oppositum videtur sentire expresse Cōmen. in. 4. phy. cō. 84. ibi. n. dicit additionem caloris agentis in calorem corporis non fieri s̄m additionem partis in toto, & vlr partis materiæ in materiam, sed s̄m additionem agētis in passionem patientis, i. q̄ q̄ calor agentis vigorabitur, crescat calor patientis, non s̄m additionem partium calidarum extrinsecarum, cum ad patientem non transeatur aliqd ab agente. Ista contradictio tangit maximam controuersiam inter duos principes nostræ militiæ, s. sanctū Doctorem, & Doctorem subtilem, qui in primo sententiarum, distin. 17. in materia de habitibus, quæstione. 2. de modo augmenti charitatis sunt discordes. vnus. n. tenuit intentionem illam non fieri per additionem gradus ad gradum. quia illi gradus, aut essent specie distincti, aut numero: non specie, quia omnes charitates sunt eiusdem speciei: neq; etiam distinguūtur numero, quia talis est ex parte materiæ: sicut hæc albedo differt numero ab illa, quia est in alio subiecto. charitas autē, quę addi potest, additur in eodem subiecto, in quo est p̄cedens. intentio igitur charitatis, & cuiuslibet formæ non fit per additionem alicuius gradus, sed solum quia illa qualitas, quę prius **generat**, intēditur s̄m propinquitatem ad terminum. **Et ista** est via sancti Doctoris vbi supra. Scotus vero ponens suas echeitates, dixit intentionem fieri per additionem gradus ad gradum, & dixit istos gradus numero differre per suas echeitates, licet in eodem subiecto sint. In via etiam sancti Doctoris diuersitas est inter sequaces suos, vtrum intēlio formæ fiat s̄m esse, aut s̄m gradum. Nam q̄ s̄m essentiam fieri, impossibile est. quia essentiæ rerum constituunt impossibiliter, sicut videtur velle Philosophus. 8. meta. cō. & tex. 17. oportet ergo q̄ ista intēsio fiat, aut s̄m esse, aut s̄m gradum. Quidam autem p̄cipue Thomistarum tenuerunt intentionem formę fieri non s̄m esse. qa hoc videtur esse cōtra sanctum Thomam in infinitis locis, primo sententiarū. distin. 17. qōne. 2. ar. p̄o. & in secūda secundæ. qōne. 24. ar. 4. in rūsione ad tertium. Et ideo dixerunt istam intensionē formæ fieri per additionem gradus ad gradum: qui tamen gradus additus identificatur præexistenti, & non remanent distincti, sicut posuit Scotus. Et hanc viā imitatus est subtilissimus Thomistarū Herueus Brito i quolibeto. 2. qōne. 13. sicut est in alimento, q̄ pars sequens addita identificatur præexistenti, sic est de intensione formæ quantum ad gradus. Capreolus autem primo sententiarum tenuit intēsionem formæ fieri s̄m esse. quicquid sit, vna istarum viarum videtur habere authoritatem Cōmen. 3. phys. cō. 4. pro se, & alia habet cō. 84. & textum etiam quarti physi, & ita Cōmen. ipse remanet in contradictione.

Solutio.

Nisi esset, q̄ hic dixit motum esse acquisitionem partis post partem, quæ quidem acquisitio est vniuersalis in omnibus formis acquisibilibus per motum: quia s̄m ipsum sunt partibiliter acquisibiles. vtrum autem omnes per minima, nec ne, in primo satis diximus sup. cō. 62. Istam autem acquisitionem ponit Cōmē. ita, q̄ fiat ex potentia materię educta ad actum. negat tm̄ Cōmentator. 4. phy. cō. 84. acquisitionem partis post partem ab extrinseco factam. & ista non contradicunt, sicut vides. vnde, si pōderabis verba cō. 84. nihil plus inuenies. videre autem quæ illarum viarū extremaq; sit verior, non est præsentis speculationis. vbi. n. est discordia inter Scotum & sanctū Thomā, difficile est videre veritatē.

Quinta contradictio est in textu. 16. Aristoteles dicit quòd omne mouens physice, vel vt habet alta littera, quam legit Alexander (omne quod mouet, physice mouetur) cùm sit potentia mobile, & cui immobilitas quies est. & Aristot. ibi ponit causam, quia agere in hoc nil aliud est, q̄ mouere. hoc autem facit tactu, quare simul & patitur. vnde ibi expositores dicūt mouens corporeū, cui immobilitas quies est, in mouendo mouetur. Sed tunc est cōtradictio. quia idem respectu eiusdem esset in potentia, & in actu s̄m idem cōtra Philosophum. 8. phy. tex. cō. 40. & contra Commen. 3. de anima cō. 4. Præterea motor nō potest mouere nisi habet proportionem maioris inæqualitatis supra mobile. si igitur omne mouens in mundo moueretur ab eo, quod mouet, ex parte, qua mouet, supat, ex parte, qua mouetur, superatur ab eodem. quod non capit intellectus. Ad tollendam huiusmodi contradictionem dixerunt aliqui quòd non incōuenit idem esse mouēs & motum, & agens & patiens respectu eiusdem, sed non s̄m idem, sed s̄m diuersa. vnde dico quòd reactio nō fit per easdē qualitates, sed per diuersas. vnde, si ignis agit in aquam per caliditatem, aqua reagit in ignem per humiditatem. Sed ista opinio stare non potest. quia Arist. in. 2. de generatione & corrup. i tex. cō. 24. d. quòd omnia elementa possunt admiscem transmutari, & in tex. 25. d. quòd differunt in citius & tardius. quia in habentibus symbolum citior & facilior est trāsmutatio. & ex consequenti cùm talia elementa habentia symbolum, habent contrarium solum vnam qualitatem, & sicut in materia, & talis alteratio fiat per contactum, tunc talis reactio erit s̄m easdem qualitates: quod concedimus. Et ideo aliter dicendum puto ad præsentem contradictionem, vt locus iste requirit. nam materia ista pertinet magis ad librum primum de generatione & corruptione. Dico igitur quòd omne agens corporeum cōicans in eadem materia cum passo in agendo patitur. & hoc potest esse respectu eiusdem contrarietatis. sed hoc non erit eodem modo, sed diuersis. & hoc non incouenit. dicit. n. Cōmen. 3. phy. cō. 8. quòd idem respectu eiusdem potest esse in actu & in potentia s̄m duos modos. vt panis respectu corporis est in actu, & in potentia. nam panis vt est in actu, agit in corpus, vt vero

Solutio quorundam.

Impugnatio.

Alia solo.

vero est corpus in potentia patitur à corpore. similiter ignis, vt est actu calidus agit in aquam vt est potentia frigida, sed ignis patitur ab aqua vt est potentia frigidus, aqua vero agit vt est actu frigida. ecce igitur quòd si agit & patitur ignis, non est eodem modo, sed diuersis modis. nam agere & mouere actus sunt. 3. physi. 17. & primo de generatione & corruptione te. cō. 53. moueri vero, & pati alterius sunt principij, videlicet materiæ & potentiæ. quia igitur passio est ratione potentię, & ratione materiæ, quæ subiectur per potentiam, ideo quorum materia vna est, talia dum agunt, necesse est quòd patiantur in agendo, quia talis actio est per contactum. &, cùm sit cōtacto in materia, quæ est subiectum contrarietatis, per quam fit actio, de necessitate sequitur dictū Philosophi, quòd omne tale, dum agit, patitur. Sed, si instetur quòd idem respectu eiusdem erit superans & superatum, excedens & excessum, quod videtur absurdum. nam, si ignis agit per calorem in aquam, habet proportionem maioris inęqualitatis in frigiditatem aquæ: si econtra aqua per frigiditatem reagit i caliditatem, sequitur quòd frigiditas habet proportionem maioris ię qualitatis respectu caliditatis: & ita idem erit excedēs & excessum respectu eiusdem. Amplius sequeretur quòd nunq̄ ignis posset assimilare sibi aquā, si ita agendo patitur, & patiendo reagit. Et confirmatur. quia agens & partēs, aut sunt adæquata potentijs, & tunc non prouenit actio: aut agens est maioris potentię, & tunc mouebit, & nō mouetur: aut est minoris, & tunc mouetur & non mouet. Amplius, si motor agens s̄m vltimū virtutis in passum aliquod per longam distantiam, patet quòd passum p totam illam distantiam nō potest agere in passum: igitur aliquid agit & nō patitur. Dicit Burleus quòd s̄m Aristo. & Cōmen. agens corporeū in materia conueniens cum passo, patitur in agendo nō à toto, sed à proximo. & d. q̄ non omne mouens mouetur, vt patet de primo motore, nec omne mouens corporeum mouetur à moto ab eo, ut corpus cœleste, sed omne corpus cōicans in eadem materia cum moto, dummodo materia sit receptiua formæ, qua agens agit. quod apponitur propter sensibile, quod agit in sensum, sed nō patitur à sensu: & est motus alterationis per formam, q̄ licet fiat per contactum, vt patet. 7. phy. tex. cō. 12. nihilominus non fit reactio. quia cùm materia non sit receptiua formæ contrariæ, ideo sensibile non patitur à sensu. & tunc ad illud de excessu d. quòd est s̄m diuersas formas. sed illud stare non potest, vt dixtmus, quia tunc non posset in elementis symbolis esse reactio. Amplius, si aqua frigida ponatur in calidam, patet ad sensum quòd caliditas remittit̄ à caliditate. Paulus Venetus dicit quòd quęlibet qualitas est actiua & passiua. & ideo idem respectu eiusdem est agens & patiens, sed non eodē modo, licet sit s̄m idem. quia mouens per formam eādem mouet, vt est in actu per illam, & mouetur, inquantum per eandem est in potentia, vt illa est passiua. vñ ignis per calorem agit, & per calorem patitur: sed agit per calorem vt est actiua, & patitur per calorem vt est passiua. & similiter est de aqua respectu frigiditatis. vnde motor mouet vt est in actu, & mouetur vt est potētia mobilis. licet igitur mouens moueatur à moto, nō mouetur ab eo inquātum motum, sed vt est motuum: & motum mouet mobile, non vt est mobile mouens, sed vt est potētia motum. vnde licet minus agat in maius, tm̄ agit à proportione maioris inęqualitatis, ex quo maior est potentia actiua minoris, q̄ potentia passiua maioris. Ista positio est contra principia Philosophiæ, quòd aliquid sit in actu & in potentia per eandem formam respectu eiusdem. tūc enim rueret totus octauus phy. & demonstratio Philosophi in. 8. phy. tex. cō. 40. ubi habet quòd totum nō potest per se mouere totum, quia tunc idē esset in actu & in potentia. Rueret etiam ratio Cōmen. 3. cœli cō. 28. vbi habet quòd elemētum non potest esse per se mouens & per se motum s̄m formā. quia cùm moueat s̄m quòd est actu, & subiectum motus sit ens in actu. &, cùm non sit in actu nisi per formam, tunc idem s̄m idem essentialiter esset mouens & motum, & in actu & in potentia. vnde licet fm Peripateticos idem sit in potentia & in actu, tm̄ hoc nō potest esse per se respectu eiusdem. forma elementi per se mouet, sed mouetur per accidēs ratione materiæ, & vt est forma in materia. Dico igit aliter, quòd ignis, inquantum est in actu, per caliditatem agit in aquam, inquantum aqua est in potentia calida. sed aqua non est in potentia calida ratione frigiditatis: quia ista potentia est passiua, & vnum contrariorum non est receptiuum alterius contrarij. licet. n. frigidum actu sit calidū potentia, hoc est ratione priuationis annexæ, quæ est in materia, quæ nō potest expoliari à contrarietate s̄m totū. similiter aqua vt est actu frigida agit in ignem, qui est potentia frigidus. sed ignis non dicitur esse potentia frigidus, loquendo de potentia priuatiua ratione caliditatis: & ita idem erit excedēs & excessum respectu eiusdem. Amplius sequeretur quòd nunq̄ ignis posset assimilare sibi aquā, si ita agendo patitur, & patiendo reagit. Et confirmatur. quia agens & partēs, aut sunt adæquata potentijs, & tunc non prouenit actio: aut agens est maioris potentię, & tunc mouebit, & nō mouetur: aut est minoris, & tunc mouetur & non mouet. Amplius, si motor agens s̄m vltimū virtutis in passum aliquod per longam distantiam, patet quòd passum p totam illam distantiam nō potest agere in passum: igitur aliquid agit & nō patitur. Dicit Burleus quòd s̄m Aristo. & Cōmen. agens corporeū in materia conueniens cum passo, patitur in agendo nō à toto, sed à proximo. & d. q̄ non omne mouens mouetur, vt patet de primo motore, nec omne mouens corporeum mouetur à moto ab eo, ut corpus cœleste, sed omne corpus cōicans in eadem materia cum moto, dummodo materia sit receptiua formæ, qua agens agit. quod apponitur propter sensibile, quod agit in sensum, sed nō patitur à sensu: & est motus alterationis per formam, q̄ licet fiat per contactum, vt patet. 7. phy. tex. cō. 12. nihilominus non fit reactio. quia cùm materia non sit receptiua formæ contrariæ, ideo sensibile non patitur à sensu. & tunc ad illud de excessu d. quòd est s̄m diuersas formas. sed illud stare non potest, vt dixtmus, quia tunc non posset in elementis symbolis esse reactio. Amplius, si aqua frigida ponatur in calidam, patet ad sensum quòd caliditas remittit̄ à caliditate. Paulus Venetus dicit quòd quęlibet qualitas est actiua & passiua. & ideo idem respectu eiusdem est agens & patiens, sed non eodē modo, licet sit s̄m idem. quia mouens per formam eādem mouet, vt est in actu per illam, & mouetur, inquantum per eandem est in potentia, vt illa est passiua. vñ ignis per calorem agit, & per calorem patitur: sed agit per calorem vt est actiua, & patitur per calorem vt est passiua. & similiter est de aqua respectu frigiditatis. vnde motor mouet vt est in actu, & mouetur vt est potētia mobilis. licet igitur mouens moueatur à moto, nō mouetur ab eo inquātum motum, sed vt est motuum: & motum mouet mobile, non vt est mobile mouens, sed vt est potētia motum. vnde licet minus agat in maius, tm̄ agit à proportione maioris inęqualitatis, ex quo maior est potentia actiua minoris, q̄ potentia passiua maioris. Ista positio est contra principia Philosophiæ, quòd aliquid sit in actu & in potentia per eandem formam respectu eiusdem. tūc enim rueret totus octauus phy. & demonstratio Philosophi in. 8. phy. tex. cō. 40.

ubi habet quòd totum nō potest per se mouere totum, quia tunc idē esset in actu & in potentia. Rueret etiam ratio Cōmen. 3. cœli cō. 28. vbi habet quòd elemētum non potest esse per se mouens & per se motum s̄m formā. quia cùm moueat s̄m quòd est actu, & subiectum motus sit ens in actu. &, cùm non sit in actu nisi per formam, tunc idem s̄m idem essentialiter esset mouens & motum, & in actu & in potentia. vnde licet fm Peripateticos idem sit in potentia & in actu, tm̄ hoc nō potest esse per se respectu eiusdem. forma elementi per se mouet, sed mouetur per accidēs ratione materiæ, & vt est forma in materia. Dico igit aliter, quòd ignis, inquantum est in actu, per caliditatem agit in aquam, inquantum aqua est in potentia calida. sed aqua non est in potentia calida ratione frigiditatis: quia ista potentia est passiua, & vnum contrariorum non est receptiuum alterius contrarij. licet. n. frigidum actu sit calidū potentia, hoc est ratione priuationis annexæ, quæ est in materia, quæ nō potest expoliari à contrarietate s̄m totū. similiter aqua vt est actu frigida agit in ignem, qui est potentia frigidus. sed ignis non dicitur esse potentia frigidus, loquendo de potentia priuatiua ratione caliditatis: & ita idem erit excedēs & excessum respectu eiusdem. Amplius sequeretur quòd nunq̄ ignis posset assimilare sibi aquā, si ita agendo patitur, & patiendo reagit. Et confirmatur. quia agens & partēs, aut sunt adæquata potentijs, & tunc non prouenit actio: aut agens est maioris potentię, & tunc mouebit, & nō mouetur: aut est minoris, & tunc mouetur & non mouet. Amplius, si motor agens s̄m vltimū virtutis in passum aliquod per longam distantiam, patet quòd passum p totam illam distantiam nō potest agere in passum: igitur aliquid agit & nō patitur. Dicit Burleus quòd s̄m Aristo. & Cōmen. agens corporeū in materia conueniens cum passo, patitur in agendo nō à toto, sed à proximo. & d. q̄ non omne mouens mouetur, vt patet de primo motore, nec omne mouens corporeum mouetur à moto ab eo, ut corpus cœleste, sed omne corpus cōicans in eadem materia cum moto, dummodo materia sit receptiua formæ, qua agens agit. quod apponitur propter sensibile, quod agit in sensum, sed nō patitur à sensu: & est motus alterationis per formam, q̄ licet fiat per contactum, vt patet. 7. phy. tex. cō. 12. nihilominus non fit reactio. quia cùm materia non sit receptiua formæ contrariæ, ideo sensibile non patitur à sensu. & tunc ad illud de excessu d. quòd est s̄m diuersas formas. sed illud stare non potest, vt dixtmus, quia tunc non posset in elementis symbolis esse reactio. Amplius, si aqua frigida ponatur in calidam, patet ad sensum quòd caliditas remittit̄ à caliditate. Paulus Venetus dicit quòd quęlibet qualitas est actiua & passiua. & ideo idem respectu eiusdem est agens & patiens, sed non eodē modo, licet sit s̄m idem. quia mouens per formam eādem mouet, vt est in actu per illam, & mouetur, inquantum per eandem est in potentia, vt illa est passiua. vñ ignis per calorem agit, & per calorem patitur: sed agit per calorem vt est actiua, & patitur per calorem vt est passiua. & similiter est de aqua respectu frigiditatis. vnde motor mouet vt est in actu, & mouetur vt est potētia mobilis. licet igitur mouens moueatur à moto, nō mouetur ab eo inquātum motum, sed vt est motuum: & motum mouet mobile, non vt est mobile mouens, sed vt est potētia motum. vnde licet minus agat in maius, tm̄ agit à proportione maioris inęqualitatis, ex quo maior est potentia actiua minoris, q̄ potentia passiua maioris. Ista positio est contra principia Philosophiæ, quòd aliquid sit in actu & in potentia per eandem formam respectu eiusdem. tūc enim rueret totus octauus phy. & demonstratio Philosophi in. 8. phy. tex. cō. 40.

Tertio phy si. tex. 16.

Diffi. ultra de Reactione.

Et ideo dicit Arist. in primo libro de generatione tex. cō. 89. & in. 2. etiam tex. cō. 84. quòd in mixtione, q̄n contraria sunt adæquata potentijs equaliter, tūc transmutatur vtrunq; in sui ipsius natura. nō enim generatur alterum, sed medium commune. Et ita etiam dicit Cōmen. in. 2. de generatione. cō. 48. q̄ mixtio contrariorum non fit, quando simpliciter alterum dominatur super alterum, neq; quando habent equalem potentiā. si. n. potentia alterius fuerit simpliciter dominans, generatio

neratio erit dominātis & corruptio dominati, &, si fuerint æquales potētiæ, tunc non fiet altera forma, vt declaratum est in.4. meteo. Vbi animaduerte ꝙ non fuit optnio Cōmen. quòd duo contraria æqualia in gradibus nō possunt agere, vt multi ex ista authoritate male intellecta intellexerunt. quia hoc est contra sensum. quia calidum vt.8. potest agere in frigidū vt.8. sed sensus est, ꝙ ex talibus, quæ sunt æqualia in potentijs, non potest resultare forma media: quia oportet talem formam, si debet prouenire, declinare ad alterum contrariorum, quod sit dominans dominati: quia non datur complexio ponderalis, nec æquale ad pondus. vnde sic intelligitur authoritas eius in.4. meteo. in cō.10. quia & in.10. met. cō.23. & i.12. colliget cap. vltimo, & hic semper eodem modo loquitur. Quidam.n. ex illa authoritate in.4. meteo. colligunt sm Auerroem non posse reactionem fieri sm eandem contrarietatē, sed falluntur. Sed opinio sua est ista ꝙ, quando elementa alterantur adinuicem, si debet fieri mixtum, oportet quòd alterū sit dominans, & alterum dominatum. sed propter hoc non sequitur illud, quod ipsi sibi imponūt, sed solum ꝙ non possunt habere potentias æquales. nam semper vnum dñatur reliquis: & ideo mixtum mouetur ab elemento dominante. & licet sint in gradibus æqualia, potentia tñ vnius superat resistentiam alterius. nam ignis vt est actu calidus, superat aquam, quæ est potentia frigida: & similiter de aqua respectu ignis. ex quo sequit quòd licet ignis agat, & patiatur ab aqua, & in aquam, tñ plus proportionabiliter agit, q̄ patitur. aqua etiam plus proportionabiliter patitur q̄ agat, si ignis dominatur, & aqua est dominata. vt dicūt Medici, sm quòd in conceptione fœtus mas & fœmina vterq; concurrit actiue & passiue, tñ mas magis agit q̄ patitur, fœmina vero magis patitur, q̄ agit. & tamen actio semper sequitur à proportione maioris inæqualitatis. vnde si minus in gradu potest reagere in matus, multo fortius æquale, tamen cum hoc actio semper prouenit à proportione maioris inæqualitatis, quam habet potentia agentis supra resistentiam passi. vnde licet idem sit respectu eiusdem agens & patiens, in actu & in potentia, penes eandem contrarietatem, hoc in est sm duos modos diuersos. & hoc nihil est inconuenientis: quia potentia caliditatis superat resistentiam aquæ, & potentia frigiditatis superat resistentiam caliditatis. ista autem sunt diuersa, vt patet, & sm diuersos modos. Nota tñ quod licet expositores dicant hic, & præcipue Cōmen. quòd agens physicum, ex quo agit per cōtactum, necesse est quòd patiatur ab eo, in quod agit, hoc est verum, vbi est cōis materia. sed hoc nō habetur ex isto loco, sed ex primo de generatione. vbi Aristo. hic loquitur vniuersalis q̄ ibi. ex hoc loco non habetur, nisi quia mouens physicum mouet per contactum, ex tactu motus accidit quòd patitur, sed ex hoc non habetur ꝙ patiat ab illo, i quod agit. sed hoc habet ex libro de generatione, vbi dicitur quod agēs per contactum, cōicans in eadē materia cū passo in agēdo, patitur ab eo, in quod agit. licet Cōmen. saluari possit: quia litera sua loquitur de motore in potentia, & iste est motor materialis: sed sm literam Alexan. quæ est de eo, quod mouet, non plus elicit, q̄ id, quod dicimus, ꝙ id quod mouet, mouetur inquantum est in potentia mobile, & omne tale, cui immobilitas est vera quies, cùm moueat tactu, accidit ex contactu, vt patiat, i. quòd in mouendo moueatur. Sed ex hoc non habet, nisi quod omne corpus in mouendo mouet. & sic est de cœlo, quod mouet ista & mouet, licet nō mouet à moto, sed à motore separato. Vbi animaduerte ꝙ, cùm multiplex sit motus, non eodem modo verificatur ista propositio omnt motu. nam in motu locali absolute est vera, ꝙ omne corpus localiter mouens aliud localiter mouetur, siue sit cœlum, siue sit aliud generabile. hoc enim probatum est in.7. physi. in principio. sed non intelligit ꝙ moueatur ab illo, quod mouetur ab eo: sed sufficit ꝙ moueat ab alio. Nam in hoc sunt instantiæ manifestæ in oppositum, non oportet si manus mouet baculum, vt baculus moueat manum. similiter cœlum mouet ignē motu circulari, qualitercunq; sit, tamen cœlum non mouet ab igne motu circulari. Nec etiam est intelligenda propositio ista in motu locali, vt voluit Pomponatius in tractatu de reactione, in sectione secunda cap. 8. quòd eadem specie motus, qua aliquid mouet localiter aliquod sibi proximū, eadem specie, cùm moueat per contactum, moueatur. vt si aliquod mouens moueat aliquod ad dextrum, ipse etiā moueat ad dextrū. Hoc enim falsum est inquantum pluribus casibus. Nam non oportet ꝙ si homo mouet lignum motu tractus, ꝙ homo motu tractus trahat à ligno. Sic vapores in Solis attractione mouent sm angulos rectos sursum, & tamen Sol non mouet sm lineā rectam, sed in circulum. Amplius dextrū & sinistrum non constituunt speciem motus localis, sed sursum & deorsum, & circa medium. alij autem sunt motus compositi. vnde licet mouens corporeum in mouendo moueat, non tamē oportet ꝙ moueat ab illo quod mouet. nec vlr oportet, licet moueat, quod moueatur eadem specie mot⁹, sed sufficit quòd moueatur localiter sm genus. Ita expresse dicit lucidissimus Themistius i primo de anima in ca.17. ubi soluit rationes Theophrasti contra Arist. Amplius non est necessarium in motu locali, vt mouens localiter moueatur semper ad eandem differentiam, ad quam mouet motum. quia.7. phy. tex. cō. 10. attractio potest esse ad se & ad alterum, vbi Cōmē. dicit ꝙ in naturalibus attractio est ad se, sed in voluntarijs inuenit vtrunq;. Amplius Aristo. expresse determinat oppositum in.8. physi. in tex. cō. 36. vbi probat quod non est necessarium omne, quod mouet, moueri. quia hoc esset altero duorum modorum, vel eadē specie motus, vel altera. & ostēdit impossibile esse vtrūq; membrum, vt manifeste patet ibidem. dicit.n. quòd, si aliquid proijcit, non est necessarium proijci sm eūdem modum protectionis. & mirum est de isto viro quomodo ita delirat in limitatione istius propositionis. In motu autem alterationis distinguo. Quia aut alterās & alteratum cōicant in eadem materia, aut non. Si nō, pono istam cōclusionem, ꝙ nō oportet alterans, nō communicans in materia cum alterato, in alterando alterari. patet de cœlo qđ est primum alterans, & tñ non alteratur alteratione passiua, vt demōstratum est in primo. cōitte. cō. 20. & .21. Si autem cōicat in eadem materia cum alterato, dico ꝙ refert dicere tale alterans in alterando pati, & dicere ꝙ in alterando repatitur vel realteratur. stat.n. aliquod alterans eē adeo fortis virtutis, & intantum excedere potentiam patiuam alterabilis, ꝙ assimilabit sibi in sui natura, à quo tamen non realterabitur. sicut gutta aquæ proiecta in maximū ignem extinguetur ab igne, & gutta vini proiecta in mari, patet ꝙ ibi alterans nō realteratur ab eo quod patitur, licet posset dici quòd patiatur: quia actio est merito contrarietatis, & quia resistit sibi propter impedimentum contrarietatis, sic quodammodo agens dicitur pati, qa ex contrario impeditur, & ideo tēporaliter agit, tamen impedire non est mouere, nec ꝙ alterare. dicit. n. Arist. in.8. phy. in tex. cō. 32. quòd repercussa sphæra à pariete non dicitur mouere à pariete, sed à proficiente, per se loquendo. vt dicit Cōmen. in cō. vnde potest contingere quòd passum sit adeo debile, ꝙ non potest reagere. similiter patet ꝙ non est necessarium, ꝙ omnia cōmunicantia in materia alterentur & realterentur in quocunq; tempore: quia cessante contrarietate, desinet illa reactio,

reactio, vt patet de elementis venientibus ad mixtionem, quæ licet in principio propter contrarietatem inuentam alterentur vicissim, tandem cessante contrarietate, deueniunt ad aliquam mensurā, sm quam compatiri se possunt adinuicem. & sic cessabit actio, quia, peruenit isto modo medium ex eis taliter alteratis, quod vergit ad alterum, quod est dominās. Vnde stat quòd cesset reactio, vel propter defectū proportionis potentiæ supra resistētiam, qa virtus passi est adeo debilis, ꝙ licet possit aliqualiter ꝑpedire, qa retardat operationem agentis per aliquod tēpus, non tamen sufficit ad agēdum: vel propter defectum cōtrarietatis, quia stat quòd aliqua in summis gradibus non se patiantur inuicem, & tamen in aliquo medio possunt, sicut tenet Cōmen. 5. phy. cōm. 52: vel propter defectum proportionis, quia non est victoria potentiæ supra resistentiam. Vnde nō inuentur ista propositio de reactione in cōmunicātibus in eadē materia, intelligendo per reactionem contrario motu mouert, nisi in motu alterationis passiuæ, quæ fit merito primarum qualitatum. quia in motu locali, licet omne mouens localiter moueatur in mouendo, quia corpus est, non tamen est necessarium ꝙ moueatur contrario motu ab illo, quod mouetur ab eo. vt si aliquod mouet deorsum, quòd ab illo moueatur sursum, immo nec eodem motu, vt dixi de intētione Philosophi sm speciem. similiter in motu augmenti & diminutionis, ista esse reactionē, quę est ex cōtrario motu, non est necessarium, vt patet intuenti. licet enim augens patiatur, non tamen patitur motu contrario, quia videlicet diminuatur. similiter in qualitatibus secundis non est necessarium, ꝙ si aliquid albefacit aliquid, quod ab illo nigrefiat. Ponentes autem cōclusiones in potentijs apprehensiuis & appetitiuis loquunt extra propositum, & dilatant vbi non opus est. quia reactio cōceditur ratione materiæ cōis, modo isti dicūt duos oculos omnino similes agere & reagere adinuicē. sed per aliud agūt, et per aliud patiuntur: quia agunt, vt sunt colorati, & patiuntur, vt sunt diaphant. & dicunt idem agere in seipsum oino simile in actione spirituali, quod tamē est contra Cōmē. 3. de anima cō. 4. vbi vult illam propositionem, omne recipiens esse denudatum à natura recepti, esse veram in actione spirituali & materiali, & habet vtrobiq; pro incōuenienti ꝙ idē sit mouens & motū, & actu & potentia. Intētio igitur Philosophi non est de actione, nisi vera, quæ fit per veram alterationem passiuam. nam quātis cōtingere possit, ꝙ sit ista mutua actio in virtutib⁹ apprehēsiuis & appetitiuis, nō tamen est necessaria. qa multi videt & nō sunt visi, multi amant & non sunt amati. similiter sensibile agit in sensum actione spirituali, & non patitur à sensu, vt patet. Quod autem aliqui in q̄litatibus primis negāt ꝙ non sit differentia inter agere & resistere, & ꝙ quantum agunt, tantum patiūtur, est contra sensum, & contra Aristo. & omnes Medicos. Auicen. enim in quarta fen primi, in ca. 2. d. ꝙ frigidum in fine calefacere difficilius est, quàm calidum in fine infrigidare. & Galenus in 7. methodi medendi cap. 9. d. ꝙ humida intēperatura, vel caliditati vel frigiditati associata, facilis est curæ. & ibidē cap. 10. ex intēperaturis simplicibus deterior est sicca, ex cōpositis frigida & sicca. Et ꝙ caliditas sit minus restrictiua q̄ frigiditas, colligit ex mēte Philosophi in 2° meteo. sum. 2. cap. 2. vbi d. ꝙ confert ad celeritatē coagulationis aquam esse præcalefactā, vnde qui iuxta Pōtum sunt, ad piscium venationes interdentes glaciē, aquā calidā circunfundunt arundinibus, propterea ꝙ citius coagulatur. Causa autem, propter quam non potuerunt isti confessa videre, inexperientia fuit, vt dicit Philosophus primo de generatione tex. com. 7. Dicamus igitur idem in agentibus corporis pati & agere modo prædicto. sed alia est agendi ratio, alia patiēdi. actio ab actu, passio à potentia est.

Sexta contradictio est in cō. 17. Quia ibi declarans quō semper forma habet rationem agēdi & mouendi, declarat hoc de quantitate & qualitate: & sic videtur ponere quātitatem esse de principijs actiuis. Huius tamen oppositum ipse scribit. 7. meta. cō. 32. vbi habet ꝙ nō est necessariū vt ante qualitatem gñatam, aut quātitatem, vt etiam dicitur in litera, sit alia qualitas agēs, aut quātitas. similiter. 4. physicor. cō. 84. dicit quātitatem nō esse de p̄ncipijs actiuis, sed sequit potētias actiuas & operationes eas. Ad hoc dicimus quātitatē non esse de principijs actiuis actione realī: bene tamē est de principijs actiuis actione spirituali, & maxime tenendo, sicut tenet Cōmētator. 2. de anima cō. 132. talia sensibilia cōia sentiri per propriam speciem. In actione autem reali, licet non sit ratio agendi, est tamē cōditio. qa in agētibus materialibus actio est per cōtactū: contangenta autē sunt, quoꝝ vltima sunt simul. 6. physi. 22. Et sic quoquo modo quantitas pōt dici forma agens, quia non pōt imediate subsistentia aliqua separata transmutare materiam, vt dicit Cōmentator. 7. meta. 28. & 31. cōmentis. sic igitur cū quantū agat vt quantū, licet quātitate non agat, vt p̄ncipio actiuo, sed vt cōditione necessario requisita, tamē vt sic concedi potest aliquo pacto quātitatem esse de p̄ncipijs actiuis, reductiue s. & concomitanter, sicut ipsemet dicit ꝙ quantitas consequitur potentias actiuas & operationes ipsārū: sed ipsa formaliter non est de principijs actiuis. Illud autē qđ adducit ex. 7. meta. 32. nō videtur esse multum ad propositū contra textum istum, et cō. 17. huius tertij. Quia ibi Philosophus & Cōmen. non negāt qualitatem vel quantitatē esse de principijs actiuis, sed tolum dicunt ꝙ in substātijs solum est nēcium, ꝙ id quod generat gñetur ab aliquo sibi sili in spē. In qualitatibus aūt & quātitatibus illud nō oportet. stat enim aliquam qualitatē generari, sicut dicit Cōmen. quæ tamen non generabit à simili sibi in specie præexistēte, sicut qualitates, quæ subsequuntur formam mixtionis primarum qualitatū.

Septima cōtradictio est in cō. 31. Quia ibi dicit ꝙ est p se notum cōtinuū diuidi in infinitū. Sexto autē phy. colligitur oppositum, quia ibi demonstratur. demōstratio autē non est ad per se nota. Respondet à Modernis, ꝙ non incōuenit unam & eandem propositionem esse per se notam in vna scientia, & in alia demonstratā, sicut.n. docet philosophus primo poster. Chirurgia subalternatur Mathematicæ scientiæ, quò ad istā conclusionē, ꝙ vulnera circularia tardius sanantur. ita etiā licet scientia Naturalis & Mathematica non sint de iuxta subalternantes simpliciter, tamen scientia Naturalis quò ad istam propositionem subalternat sibi scientiam Mathematicam. nam vt inquit Cōmen. in isto cōmento, ista est vna maximarū Mathematicis, ꝙ diuisio mensurarum tendat in infinitum. & Cōmen. subdit ꝙ hoc videtur esse per se notum. sed illi, qui ponunt magnitudines componi ex indiuisibilibus, vt Plato, non concedent hāc diuisionem. Sed vnum, per quod destruit ista opinio, est hoc principium, videlicet ꝙ magnitudo nō componitur ex idiuisibilibus. & istud bene destruitur per principia naturalia. & subdit Cōmen. ꝙ existimat illic, s. in. 6. phy. ꝙ hoc demonstratum in scientia Naturali, s. ꝙ continuum sit diuisibile in infinitum. Et subdit quòd non est remotum, ꝙ hoc principium sit per se notum, videlicet continuum esse diuisibile in infinitum, & tamen sit ignotum naturaliter ꝙ continuum, vel magnitudo sit composita ex indiuisibilibus. tamen, cùm fuerit declaratum magnitudines non componi ex indiuisibilibus, tūc scientia de hoc principio erit certificata. sequitur. n. ex hac positione ꝙ magnitudo diuidatur in semper

Tertio phy. cō. 17.

Solutio.

Solutio modernorum.

Tertio phy. cō. 31.

Impugnatio

semper diuisibilia, vt declarauit Aristo. in sexto. forte igitur Geometer ponit hoc principium, & Naturalis dissoluit hanc quæstionem, vt dicamus q̃ istud principium indiget demonstratione. & hoc erit in hac scia. & de hoc perscrutabitur in sexto. In q̃bus verbis cõm. ſm expõnem Modernoꝝ innuit duas solutiones. Vna est q̃ ista, cõtinuũ est diuisibile in infinitũ, est per se nota, tam in scia Naturali, q̃ in Mathematica. sed ista, q̃ magnitudo sit cõpositа ex indiuisibilibus, est ignota, & demõstrat in scia Naturali. Alia rñsio est q̃ vtraq; est ignota, & vtraq; est demonstrata in scia Naturali. Sed salua pace talium exponentiũ hoc non potest stare. qa Cõmen. infra. cõ. 70. dicit sup̃ verbis Philosophi, ibi, qñ d. q̃ post dicemus de vnoquoq; eoꝝ, & de causa i hoc, q̃ ois mẽsura sit in magnitudines diuisibilis. super istis verbis d. Cõmen. q̃ hoc signat q̃ diuisio mensurę semper est nota p̃ se. & q̃ causa eius indiget demonstratione: non sicut quidã existimãt, q̃ Geometer accipit hoc esse à Naturali. Ecce igit̃ clarissimam sniam Auer. contra cõem errorem Modernorum tenentiũ Naturalem demonstrare continuũ esse diuisibile in infinitũ. ipse. n. vult hanc esse per se notam in vtraq; scia, s. Naturali, & Mathematica quantũ ad esse: sed bene est ignota quantum ad propter quid. et quò ad hoc Cõmen. dicit illam demõstrari in scia Naturali. & illa demõstratio ſm ipsum est demonstratio causę tm̃. non. n. inconuenit aliquam propõnem, quò ad q̃ est, notã esse, quę tm̃ nõ sit euidẽs euidentia causæ. sicut Lunã eclipsabilem esse notũ est ad sensum, non tm̃ propter qd eclipsef est notum. Causa igit̃, propter quam continuũ est diuisibile in infinitum, ignota est, & est ista, qa magnitudo ipsa non est cõpositа ex indiuisibilibus, & ista demonstrat in scia Naturali. & sic dixit Cõmen. in cõ. 31. istud principiũ indigere demonstratione, s. demonstratione cãę tm̃, non demõstratione dante cãm & esse. qa quantũ ad esse istud est per se notum, & in nulla scia demonstrat, & sic patet q̃ nõ dedit Cõmẽ. duas rñsiones, sed est vna rñsio. aliter enim Cõmen. cõtradiceret sibi in commento illo, & in cõ. 70. & ita in modico spatio sui oblitus cõtraria diceret. Melius est igit̃ exponere ipsum Auer. p̃ ipsummet, & dicere, sicut diximus, q̃ cõtinuum diuidi in infinitum est p̃ se notũ, & in nulla scia demonstrat: sed causa eius est ignota, & quò ad illud indiget demõstratione. Et ex hoc patet q̃ solutio Modernoꝝ non potest stare: q̃ volunt Mathematicã subalternari Philosophiæ Naturali, quò ad istud principiũ, q̃ continuũ sit diuisibile in infinitũ. patet hoc esse falsum, qa demõstratio erigitur super re ignota: istud aũt principiũ est notum p̃ se, sicut inquit Cõmen. in vtraq; scia: ergo est idemõstrabile i vtraq;. Sit̃ patet q̃ frustra quærunt sup. 6. phys. vtrũ demonstratio, qua demonstrat continuũ esse diuisibile in infinitum, sit demonstratio naturalis, vel mathematica. & faciunt quinterniones satis diffusos super hoc. patet q̃ oia ista sunt sine proposito, quia in. 6. phy. non fuit demonstratũ an continuum sit diuisibile in infinitum: sed causa, propter quã est diuisibile, fuit demonstrata. Nota igitur mi Mecœnas solutionem istam, & manda me moriæ, quia viri magni, & illustres nostri temporis super isto passu sunt decepti errore manifesto.

Alia solo. & eius impugnatio.

Solutio pro pria.

Tertio phy li. cõ 40.

Solutio.

Octaua contradictio est in cõ. 40. Quia dicit, oẽ corpus esse figuratũ. Instãtia est. 3. coe. 67. de elemẽtis, quę nullã figuram hñt. Rñdetur. oẽ corpus eẽ figuratum vel rõne suæ formæ, uel rõne continentis. Et sic elemẽta, qa sunt indifferenter oium figurarũ receptiua, ideo de se dicuntur infigurata esse: terminantur aũt ipsa merito continentis, & ideo merito continentis habent figuram, & ſm eius dispositiones disponũtur & ipsa. & sic patet quare oẽ corpus dicit eẽ actu figuratũ. & hoc non contradicit, q̃ elementa de se dicantur infigurata.

Tertio phi. cõ. 14.

Quarto phy li. cõ. 20.

Instantia.

Solutio.

Quarto phy li. cõ. 27.

Instantia.

Solutio.

Primo cæl. de subiecto orbis.

Nona contradictio est. 3. phy. cõ. 54. vbi habet mundũ esse in loco p̃ partes. Huius tñ oppositum vr̃ sentire 4. phy. 43. Rñdetur, q̃ hic sumpsit mundum pro toto vniuerso: & de hoc est verũ ipsum esse i loco, quia partes eius sunt in loco, sicut ipsemet dicit. 4. phys. cõ. 44. sed qñ dicit q̃ mundus non mouetur per partes contra Themistiũ, ibi sumpsit mundũ pro corpore cœlesti, qđ circulariter mouet. quia tale ſm ipsum mouet ſm totũ, quantũ ad formam, ſm partes vero, quãtum ad formã & materiam simul: sicut ipse dicit ibi. &. 6. phys. 95.

Decima contradictio est in cõ. 60. vbi tenet magnitudinẽ tam mathematice q̃ naturaliter consyderatam esse diuisibilem in infinitum. Huius tñ oppositũ reperit i dictis eius. 4. phy. cõ. 72. vbi d. q̃ licet linea, ſm q̃ linea, diuisibilis sit in ĩfinitum, nõ tñ ſm q̃ est terrestris, aut ignea. Solut. Linea põt consyderari vt linea p̃cise, & sic consyderari habet à Mathematico, prout videlicet abstrahit à materia sensibili: & sic diuisibilis est in infinitum. Alio modo potest consyderari, vt est in materia prima absolute: et vt sic consyderat à Naturali. & vt sic diuisibilis est in infinitum: qa infinitas est ex parte materiæ, finitas vero est ex parte formæ. 3. phy. cõ. 65. infinitas accidit materiæ, ſm q̃ est materia. Alio modo potest consyderari linea, ſm q̃ est in materia qualis: & sic à Naturali consyderat. & vt sic non est diuisibilis in infinitum. quia vt sic concernit formã, à qua est terminatio, & actus. Et sic verificat dictum Cõmen. hic de linea naturali, vt est in materia prima absolute. sed 4. phy. 72. verificat sua sentẽtia de linea naturali, vt est in materia quali, sicut manifestant verba eius. Verum autem in aliquo casu etiam linea, vt in materia quali, sit diuisibilis in infinitum, pertinet ad quæstionem de minimis. quia in via corruptionis non inconuenit in multis casibus negari minima secundum multos solennes Auerroistas, sed de his alias.

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,
Super Quarto Physicorum.

Quarto phy li. cõ. 20.

PRima cõtradictio est in cõm. 20. Dicit Cõmen. q̃ illud, quod est p̃ accidens, aliud est rarũ, & aliud est femp. Huius tñ oppositum inuenitur. 8. phy. cõ. 36. vbi habet q̃ illud, quod est p̃ accidẽs, non est semper, neq; necessariũ. Instantia. Respõdetur, q̃ ly Per accidens. 8. phy. sumit vt distinguit contra primo, & per se. Non sic autem in isto loco, sed sumitur absolute. vnde d. q̃ tale aut est semper vel frequenter. & de tali fiunt demonstrationes iuxta sniam Philosophi in primo poster. Eorum, quæ sępe fiũt. quę demõstrationes appellantur dialecticæ, vt inquit Cõmentator ibi. de his aũt, q̃ raro, non fit demonstratio. Solutio.

Secunda contradictio est in cõ. 27. q̃ nihil seipsum recipit, neq; per se, neq; per accidens. Huius tñ oppositum inuenitur. 3. de aĩa, de intellectu, qui recipit seipsum per accidens: quia post aliorum receptionem, vt patet. tex. cõ. 8. & idem sentit Cõmen. 12. meta. cõ. 51. Nisi esset q̃. 4. phys. loquitur de receptione corporali & dimensionata: in tertio vero de anima, loquitur de receptione spirituali. & in tali non inconuenit q̃ idem sit mouens & motum, recipiens & receptum: sicut scribit Cõmen. 8. phys. cõ. 40. in intellectu autem nostro verificatur per accidens: in aliis vero intellectibus, & præcipue in primo Itellectu verificatur per se omnibus modis.

modis: quorũ causam requiras. 12. meta. cõ. 39. &. 51. De hac tamen proportione prolixe disputauit in quæstione de mouente & moto.

Quarto phy li. cõ. 32.

Tertia contradictio est in tex. 32. Aristo. in hoc tex. vt etiam lucidissimus Themistius videtur dicere motus localis tria genera esse ait, videlicet lationem, augmentum, & diminutionem. Sed huius oppositum habetur ex. 5. vbi dicitur in tex. cõ. 18. motum esse in tribus prædicamentis, videlicet in quantitate, qualitate, & vbi, modo, si motus augmenti & diminutionis esset generis motus localis, solum in duobus generibus motus natura saluaretur. Nisi esset q̃ intentio Aristot. in præsenti loco erat ostendere q̃ locus non quæreretur, nisi aliquis motus esset localis, i. per quem acquritur locus, & ad locum habet aliquã habitudinem. sed hoc dupliciter esse potest. vel per se & immediate, & iste vere pertinet ad prædicatum vbi: vel per viam consecutionis, & isto modo motus augmenti, q̃ per se est ad quantitatem & decrementi per viam sequelæ est ad locum maiorem vel minorem. cùm autem motus localis, qui in vbi spectat directe, alius rectus, alius circularis est, abvtroq; differt motus augmenti, vt ptinet ad locum. à recto quidẽ, quia mobile per illum motum totaliter mutat locum, sed illud, quod augetur, mutat locum ſm partem. ab eo vero, qui circularis est, differt etiam, qa licet ambo mutent locum ſm partes, tamen partes moti circulariter semper mouentur in eodem loco. sed partes moti augmenti vel decrementi non semper mouentur in eodem loco, sed partes eius, quod augetur, mouentur ad locum maiorem, & partes eius, quod diminuitur, mouentur ad locum minorem, vt dicitur in p° de generatione & corrup. in tex. cõ. 25. Et animaduerte q̃ id, quod augetur, licet per se imediate moueatur motu augmenti, qui est ad quantitatem, non tamẽ mouetur per accidens ad locum, sicut si dum aliquid augetur calefiat, aut frigefiat, mouetur ad qualitatẽ per accidens: immo per se etiã mouetur motu locali, quia locus per se consequitur corpus, quod augetur. quia omne tale corpus est, cui per se debetur locus, sed qualitatibus non debetur locus per se, sed per accidẽs, & hoc dicit Aristot. expresse in. 4. phys. in tex. cõmen. 45. vbi ostendens quomodo aliqua sunt in loco per se, dicit vt omne corpus, aut ſm lationem, aut ſm augmẽtum mobile alicubi per se, quod mouetur, igitur motu augmenti per se primo mouetur ad quantitatem, per se non primo mouetur localiter. Sed tunc est difficultas. quia. 5. physi. ostenditur motum per se non ad motum, nec vt subiecti, nec vt termini, sed solum per accidens contingere potest vt vnus motus terminetur ad alium. Solutur. stat aliquid esse per accidens respectu motus inquantũ motus, quod non est per accidens respectu mobilis inquantũ est tale mobile in specie consyderatum. Sic in proposito in. 5. phy. qui est sermo vniuersalis de motu, loquitur in eò q̃ motus, tamen mobile quod localiter mouetur, & quod augetur cùm corpus sit, ei debetur per se locus, nõ solum vt fertur, verum etiam vt augetur. sed est differentia, quia vt fertur, per se primo debetur sibi locus seu vbi: vt augeẽ, per se primo quantitas. sed dum augetur per se primo, localiter mouetur per se non primo, modo prædicto. Sed tunc est difficultas, quia tunc motus augmenti fieret in tempore, & non per mínima, quorum acquisitio est in instanti contra Auerroem in. 3. physi. cõ. 6. Respondetur q̃ opinio Cõmen. quicquid alij dicant, fuit quòd augmentatio à principio rei, quæ augetur vsq; ad statum, nõ est vnus numero motus, sed constat ex pluribus motibus & ex pluribus qetibus. Vnde sumpta vna partiali augmentatione, imaginor q̃ transmutata & apposita noua materia in membro, tunc anima membri extẽdit ſm omnem dimensionem ipsum membrum, per quam extensionem per se primo non acquiritur raritas, non enim ista est rarefactio, vt imaginatus est Petrus Pomponatius in suo tracta. immo est augmentatio terminata ad qualitatem terminatam secundum tres dimensiones. & iste motus in tempore fit, & per se primo ad quantitatem terminatur, & ad locum per se non primo, quia isti motus non repugnant inuicem, vt in eodem tempore fiant. Et ista est via Auerrois in primo de generatione & corruptio. in cõmen. 38. vt alibi diffuse demõstraui. Vnde quod me mouet ad hoc, est quia Aristot. hic enumerans illa, quæ per se sunt in loco, dicit quæ mouentur motu localt & augmenti. Si dicas est, quia subiectum motus est corpus, tam localis quàm augmenti, hoc nihil est: quia etiam subiectum alterationis eadem ratione corpus est. non potest enim alterari alteratione passiua, quę est motus, nisi corpus, sed differẽtia est, quia quæ alterantur, non per se mouentur mutando locum, nec ſm partes, nec secundum totum, secus autem est de his quæ augentur, quia ista per se ſm partem mutant locum, aut maiorem, vt quæ augentur, aut minorem, vt quæ decrescunt. Sic enim Aristote. increpauit Melissum asserentem principium infinitum vnum esse, & immobile. nam quid prohiberet, tametsi nõ posset moueri ſm locum, secundum totum quin posset alterari. vt dicitur in p° physi. in tex. cõmen. 24. & in. 4. phy. in tex. cõ. 62. alterationi enim non opus est locus.

Quarto phy lico. cõ. 32.

Quarta contradictio est in cõmen. 32. Dicit Cõmentator habitum notiorem esse priuatione. Huius tamen oppositum dicit. 8. phy sic. cõmen. 27. vbi habet quòd in quibusdam locis accidit describere habitum per negationes priuationum in casu, quo priuatio est notior habitu. Respondetur, quòd priuatio, quatenus priuatio est, nũquam est notior habitu. Et ratio est in promptu. quia ratio cognoscendi est ab actu. 9. metaphysi. 20. habitus autem habet rationẽ actus, & priuatio habet rationem potentiæ, à qua est occultatio. Et ideo priuationes habent cognosci per suos habitus, sicut potentia per actum, & sicut materia per formã, sicut patet. 3. de anima. tex. cõ. 25. & primo de anima. tex. cõmẽ. 85. vbi dicitur quòd recto & ipsum, & obliquũ cognoscimus. Sed tamen per accidens contingit cognoscere habitum per priuationem. & hoc vbi ad vnam formam ignotam deuenire volumus per aliam formam notiorem dispertam. tũc. n. si volumus cognoscere illã ignotam quid sit in se, poterimus eam cognoscere per negationes formarum notiorum apud nos, quæ priuationes non sunt notiores ratione sui, sed ratione sui habitus, in quo habent reduci, sicut contingit in cognitione nostra de abstractis substantijs ex cognitione creaturarum, in qua secundum peritiores Theologos potius attingimus quid non sint, quàm quid sint. Et istud voluit dicere Commentator in octauo physic. quia ibi reddit causam, quare Aristot. descripsit illud, quod est per se, per negationem accidentis: & inquit quòd hoc fecit, quia illud, quod est per accidens, est notius illo, quod est per se: & ideo accidet in quibusdam locis describere habitum per negationes priuationum. Bene igitur diximus nos, quòd priuatio, & negatio, quatenus priuatio et negatio, non sunt notiores habitibus & affirmationibus, sed ratione alterius habitus, & affirmationis, ad quas reduci habent, contingere potest priuationem notiorem esse habitu.

Quarto phy li. cõ. 64.

Quinta contradictio est in cõmen. 64. 56. &. 42. Dicit vacuum esse naturę consimilis. Oppositum vero tenet in cõmen. 48. vbi habetur q̃ vacuum non est naturę consimilis, neque diuersæ. Nisi esset quòd sententia Philosophi est, & Commentatoris, quòd ex parte rei vacuum non est naturæ consimilis, neq; diuersæ, cùm

Solut. contrad. Zim. nihil

nihil sit: similitudo autem, identitas, & diuersitas sunt differentię entis, 10. meta. tex. cõmen. 12. sed, ſm imaginationem Antiquorum ponentium vacuum, sequebatur vacuum esse naturæ consimilis per totum. & sic ad hominem probat ibi Philosophus quòd supposito vacuo non posset ibi motus fieri, cùm sit naturæ consimilis per totum. vnde secundum rem vacuum non est naturæ cõsimilis, neq; diuersæ, tamẽ ſm imaginationem, quæ est res satis ampla, naturę consimilis esse videtur.

Quarto phy ſic. cõ. 71.

Sexta contradictio est in cõmen. 71. Dicit Cõmen. in motu elementi formã mouere, & materiam moueri. In. 4. de cœlo dicit formam elementi esse vtrunq;, scilicet mouens, & motum. Solutio, illud, quod mouetur vt quod, nõ est materia neq; forma: qa in pœmio meta. actiones sunt suppositorum, materia enim non potest esse per se motum, vt quod, in motu elementi: quia subiectum motus est ens in actu. 5. physi. tex. cõ. 8. nec forma, quia forma vt forma habet mouere. 2. de generatione. 53. & 3. physi. 17. tum quia forma habet rationem partis, parti autem non competit ratio per se moti, sed toti, quia totius est operatio. Illud igit̃, quod mouetur, & quod mouet, est totum elementum. tamẽ passiue mouetur vt quo, ratione materiæ, & mouetur vt quo actiue, ratione formę. bene verum est quòd etiam concurrit medium, tãquam causa materialis extrinseca necessario requisita, ſi motus elementi debet perfici & exire in actum. quia in motu requiritur successio, & successio est merito resistentię, resistentia autem nõ est materia nuda: tamen sufficit, q elementum & sua forma ab intrinseco habeat potentialitatem ratione materiæ. Vnde, ſi forma elementi esset à materia separata, nullo modo esset mota neq; per se neq; per accidens. quia formæ separatæ, sicut dicit Cõmentator. 9. metaphy. cõmen. 2. sunt tantum agentes, & nullo modo patientes, neq; essentialiter, neq; accidentaliter. & ista est sententia Philosophi. p° de generatione & corruptione, tex. cõmen. 55. formis autem in materia existẽtibus competit passibilitas ratione materię. & ideo per accidens sunt mobiles, non per se. qui enim dixerit formas esse per se mobiles, non est dignus vt à Naturali Philosopho impugnetur. 5. phy. cõmen. 5. Et ideo. 4. cœli cõmẽ. 22. dicitur, q forma elemẽti, vt forma, mouet: sed, vt in materia, mouetur, quod intelligo per accidens. in hoc vero. 71. dicit materiam moueri, vt quo, tanquam principio per se potentialitatis ad motum: licet vt dixi non sit adæquatum, dixit vero formam mouere tanquam principium formale per se incipiendi motum, cùm actio sit à forma. Sed contra obñcies. ex hac solutione sequitur idem mouẽs esse & motum: quia tu concedis formam elementi esse vtrunq;. Dicitur admittendo totum ad bonum intellectum, videlicet q non inconuenit idem esse per se mouens, & tamen quòd sit per accidens motum: & maxime in his quæ non mouent neq; mouentur, vt quod. sed quòd idem ſm idem sit mouens & motum, hoc bene fuit à Peripateticis negatum. nam, vt scribit Cõmen. in libro destructio destructionum, disputatione prima, in solutione primi dubij, principium ab omnibus concessum est, quòd nihil seipsum permutare potest.

Solutio.

Quarto phy ſic. cõ. 76.

Septima contradictio est in cõmen. 76. Dicit Commentator corpus mathematicum non abstrahere à loco, & eandem sententiã habet supra in cõ. 47. & p° de generatione cõmen. 44. Sed huius oppositum inuenimus. 3. cœli. cõ. 55. Nisi esset, quòd corpus mathematicum nõ abstrahit à loco indeterminato, tñ bene abstrahit à loco determinato. Nam ratio, propter quam aliquid est in loco indeterminato, est q sit dimensionatum. &, quia corpus mathematicum quãtum est, ideo vt sic competit sibi in loco esse, sed q aliquid sit in loco determinato, verbi gratia supius vel inferius, hoc competit corpori quali, nedũ quanto. & sola naturalia corpora habentia grauitatem vel leuitatem vel aliquid huiusmodi sunt in loco. Aut aliter. corpus mathematicũ non abstrahit à loco ſm imaginationem, tamen secundum rem abstrahit. quia secundum rem omne corpus est naturale, quia corpus mathematicũ in effectu non est separatum à naturali, sed sine eadem. 2. physi. 18. Et hoc voluit Cõmen. 4. physi. cõ. 47. in fine, vbi dicit q corpus mathematicum nõ est in loco, nisi ſm imaginationem. & vniuersaliter oẽs propositiones mathematicæ sunt verę ad imaginationem. 3. physi. cõmen. 60. & 3. cœli, cõmento. 72.

Solutio.

Octaua contradictio est in cõ. 84. dicit Auer. q rarum & densum sunt contraria in quantitate. Huius tamen oppositum dicit in cõmen. sequenti, vbi habetur q raritas & densitas non sunt de essentia quantitatis. Et. 7. physi. cõmen. 15. dicit, q sunt qualitates. In p° autem meta. cõmen. 15. dicit, q sunt de prædicamento situs. In. 8. physic. cõmen. 77. dicit, q densari & rarefieri sunt motus locales. qualiter ergo est tanta diuersitas in dictis eius? Solutur. Raritas & densitas sunt de prædicamento situs, verum est ſm opinionem Antiquorum. sic glosat Cõmen. p° metaphy. cõmẽ. 15. & sic potest etiã glosari authoritas Philosophi in prædicamento qualitatis, dum dixit raritatem & densitatem non esse qualitates, sed de prædicamento situs. nam Philosophus in prædicamentis vt in pluribus loquitur ſm famositatem: sicut colligitur de intentione Cõmenta. 5. meta. cõ. 18. Et ista etiam est glosa Cõmenta. 7. phy. cõmen. 15. vbi dicit q raritas & densitas sunt rerũ qualitates consequentes calidum & frigidũ, et subdit. Antiq; vero dicebant, q densitas est constrictio pororum, & raritas expansio: & per consequens ſm Antiquos sequitur q sint de prædicamento situs. & contra istos Antiquos loquitur Philosophus, & Cõmenta. p° metaphysi. tex. cõ. 15. sicut patet intuenti. Dimitto hic responsionem Burlei, & tuniorũ, quæ nulla est, & instantias habet multas. Raritas tamen & densitas formaliter sunt quales: et tales, vt sunt in generabilibus & corruptibilibus, insequuntur calidum & frigidum, quod dico propter raritatem & densitatem corporum cœlestium, quæ est alterius rationis ab istis, quia ibi nõ consequuntur calidum neq; frigidum, sicut patet. 2. capi. de substantia orbis. & sic intelligitur dictum Cõmen. 7. phy. 15. Vnde motus rarefactionis, & condensationis sunt in prædicamento qualitatis, quia sui termini sunt formaliter qualitates. vnde Philosophus in. 2. de partibus animalium capi. p°. inter qualitates elementorum enumerat etiam raritatem & dẽsitatem, quantũcunq; non enumerauerit eas in. 2. de generatione: vel quia reducũtur ad grauitatem & leuitatem, vel quia reducuntur ad mollitiem & duritiem, vt dixit Alexander: vel ideo tacuit, quia vt dicit Cõmen. ibi in cõ. 15. raritas & densitas non sunt qualitates actiuæ, sed consequuntur calorem & frigus. & est sententia Philosophi in. 2. de generatione, tex. cõ. 17. sicut bene notat ibi. Io. grammaticus. Quando vero dicit Cõmẽ. in cõ. 84. q raritas & densitas sunt contraria in quãtitate, hoc intelligit̃ non formaliter, sed cõsecutiue. vnde ipsemet seipsum declarat ibi. inquit enim, raritas et densitas sunt contraria in quantitate. & subdit causam, dicens cũ translatio corporis de raritate in densitatem est translatio de maiori quantitate in minorem. & hoc idem habet ipse. 8. phy. in cõ. 31. Et propter hoc ipse in cõ. 85. quarti phy. dixit raritatem & densitatem non esse de essentia quantitatis: quia videbat, quòd non erant quantitates formaliter, sed consecutiue. Quando vero dixit. 8. physico. commento. 77. quòd densari & rarefieri sunt motus locales; dicitur quòd ibi loqtur ad hominem. quia ibi dicit q Antiqui dicebant generationem & corruptionem fieri per cõgregationem & segregationem, & fuerunt illi, qui dixerunt res generari ex raro & denso, & illi ponebant quòd rarefieri & condensari sunt motus locales: & tales collocabant raritatem & densitatem in genere cõgregationis, & segregationis & separationis: sicut ibi Cõmẽ. expresse habet. Potest ẽt dici ſm veritatem, q motus locales consequũtur ad motum rarefactionis, & condensationis, sicut patet intuenti.

Quarto phy ſic. cõ. 84.

Nona contradi. est in eodem cõ. 84. dicit Cõmen. q quantitas non fit à quantitate, sicut caliditas à caliditate. Huius tamẽ videtur dicere oppositũ p° de generatione, cõ. 30. vbi habet q faciens partes magnitudinis est magnitudo. Solutionem huius quære superius in. 3. physico. contradictione sexta, super cõmen. 17.

Solutio.

Quarto phy ſic. cõ. 97.

Decima contradi. est in cõ. 97. Dicit Cõmen. q motus potest imaginari extra tempus. Huius tñ oppositum inuenitur in dictis suis. 12. meta. cõ. 29. vbi habet q sine tempore impossibile est imaginari motum. Respondetur q Cõmẽ. hic loquitur de abstractione, quæ fit in prima operatione intellectus, in qua potest considerari prius non cõsyderato posteriori. Nam, sicut scribit Cõmen. 12. meta. cõ. 39. intellectus natus est diuidere ea, quæ sunt adunata in esse, licet in re ipsa nõ sint diuisa, & ita, cùm tempus non sit de quiditate motus, intellectus potest abstrahere motũ à tempore. Et ex hoc patet contra vulgares successionem non esse de intrinseca ratione motus, sed est de consequentibus ipsum. Sed. 12. meta. cõ. 29. loquitur de abstractione, quæ fit in secunda operatione intellectus. & sic non potest imaginari motus sine tempore. quia imaginando hoc, talis imaginatio mendax est, prima autem minime: quia. 2. phy. tex. cõ. 18. abstrahentium non est mendacium.

Solutio.

Quarto phy ſic. tex. 99.

Vndecima contradi. est in tex. 99. Arist. videtur dicere motum esse continuum, qa magnitudo, super qua fit motus, est continua. Sed huius oppositũ arguebam per tex. cõmen. 23. in. 5. physi. vbi asserit q esto q spacium, per quod fit motus, non sit continuum, dũmodo tempus, in quo fit motus, sit continuum, adhuc motus est continuus. Amplius autem dubitatur ibidem. quia vult tempus esse continuum, quia motus est cõtinuus: sed. 5. physi. dicit motum esse continuum, quia tempus est continuum. alter igitur sermo falsus esse videt̃, alioquin erit circulus. Eudemus, vt asserit Simplicius in. 3. physicæ auscultationis, tenet cõtinuitatem motus esse ex spacio, super quo fit motus. Straton autem non solum ex spacio, verum etiam ex seipso motum habere continuitatem asseuerat. Dicimus nos, q continuitas motus ex pluribus causis venari potest, & diuersimode, quia & à priori & à posteriori. à priori quidem ex parte mobilis & ex parte spacij, à posteriori vero ex parte temporis. Vnde Arist. 3. phy. tex. cõmẽ. 70. dicit quòd infinitum non eodẽ modo inuenitur in magnitudine, motu, & tempore, sed tempus est infinitum propter motum, & motus propter magnitudinẽ. vbi lucidissimus Themistius per magnitudinem, in qua alteratur, mouetur, aut augetur, exponit subiectum motus, omnis enim motus, aut localis, aut alterationis, aut augmenti in magnitudine, quæ corpus est, tãquam in subiecto est. & ita exponit ẽt Cõmenta. ibidem, &. 6. physi. tex. 49. dicitur. secutum est autem omnia diuisibilia ab ipso mutãre, ideſt à subiecto motus, quod mutatur, quia illud est diuisibile, ideo motus & tẽpus sunt diuisibilia. Vnde sine dubio potius continuitas mobilis est causa prima continuitatis & diuisibilitatis motus, quàm diuisibilitas & cõtinuitas spacij. Dicit enim Themistius quòd non omnis motus cõtinuitas ex spacio est, alioquin motus equorum in stadio lacellitus, et interruptus esset, sed non potest motus esse continuus, ſi mobile non fuerit vnum & continuum, vt patet. 4. physico. tex. cõmen. 34. Amplius autem motus circularis corporis continuus est, & tamen non dicitur esse in spacio, vnde continuitas motus circularis est ex parte mobilis, licet in motu recto hoc possit esse, quia ille dicitur in spacio esse. scribit enim Commentator in. 2. cœli & mun. in tex. cõmen. 46. spacium in circulari motu est magnitudo ipsius corporis, magnitudines enim in istis, scilicet i circularibus sunt, sicut spacia in rectis. Et ista est determinatio, frater mi, Aristote. formaliter in. 2. de generatione & corruptione, in tex. cõmen. 62. vbi ex proposito mouet quæstionem istam, vtrum motus continuitas sumatur principaliter ex parte mobilis, vel ex parte spacij seu termini, & concludit pro opinione nostra, quã diffuse tenui in Theorematibus, q ex parte mobilis. & tu vide, ſi placet. Ad formam igitur contradictionis dico, quòd dictum Aristote, verum est, sed non dicit illam esse causam primam & adequatam, vt iam probatum est. Ad aliam difficultatem dicimus tempus esse causam continuitatis motus in ratione mensuræ, quia tempus est numerus motus, & ad motus vnitatem & continuitatem requiritur quòd sit vnitas mobilis termini & temporis, sed motus est causa continuitatis temporis in ratione subiecti & causæ. & hoc non inconuenit, Quòd solutio nostra vera sit, vide principium cõmen. 99. vbi supplet defectum Aristote. dicit enim Cõmenta. quòd motus est continuus, quia magnitudo, per quam fit motus, est continua: & motum etiam est tale, quia requiritur alia causa, immo illa est prima. Nam Aristot. 2. cœli tex. cõmen. 47. demonstrat quòd stellæ, cùm sint partes orbis, non possunt moueri per se orbe quiescẽte. quia, cùm motus cœli sit continuus, oportet quòd mobile sit vnum & continuum. & ideo, ſi partes eius essent diuisæ, motus ille non esset, contra tamen motus potest esse continuus, licet desinat ret, ideſt spacij parumper, super quo fit motus, vt patet. 5. physi. tex. cõmen. 21.

Quarto phy ſic. cõ. 99.

Duodecima cõtradictio est in cõmen. 99. Videtur dicere Cõmentator, quòd motus sit quidditatiue quantitas. Huius tamen oppositũ dicit Philosophus, & ipse in. 5. metaphy. cõmen. 18. & tex. Burleus & Moderni distinguũt de triplici consyderatione motus, dicunt. n. motum posse sumi primo, vt non differt à termino ad quem, nisi sicut imperfectum à perfecto: & sic est de genere termini ad quem. Alio modo pro fluxu cõtinuo, quo mobile tendit ad suam perfectionem: & sic est de prædicamento passionis. Tertio modo potest capi pro illa successione vel duratione transmutationis cõtinuę: & sic est in prædicamento quantitatis per se. & sic dicit Philosophus, n consyderasse motum in. 5. meta. quando dixit motum esse quantitatem. Mirum est quomodo iste vir ita manifeste peccat in ponendo propriã quantitatem motus: & in dicendo de intentione Philosophi motum esse per se quantitatem. Immo Philosophus expresse. 5. metaphy. capi. de quanto, & est textus commen. 18. enumerat motum, & tempus inter quanta per accidens, & dicit alia, vt motus & tempus. etenim huiusmodi quanta quædam dicuntur, & continua, eò q illa diuisibilia sunt, quorum sunt hæ passiones. Et Commentator in cõmen. dicit, quòd tempus & motus sunt quantitates, eò quòd sunt accidentia consequentia essentialiter illa, quæ sunt quantitates per suam substantiam, scilicet magnitudinem, quæ diuiditur essentialiter & primo. Dicamus ergo ad cõtradictionem, quòd Cõmenta. non dixit in. 99. cõ. motum quidditatiue esse quantitatem, sed solũ per accidens. Vnde, ſi ponderentur verba sua, ibi reddit causam continuationis in motu, & dicit q est quantitas, per quam est motus. nolunt

dicere ꝙ motus est continuus, quia motus fit quãtitas, sicut imaginatur contradicens: sed voluit motum habere continuationem à quantitate, ideſt à magnitudine, ſuper quam fit motus.

Quarto phy ſic. tex. 104. Decimatertia contradictio, eſt in tex. 104. Ariſto. videtur dicere (vt exponit Themiſt.) tẽpus eſſe quodãmodo numerum ex momentis collectũ. Sed huius oppoſitum habetur. 6. phy. vbi oſtenditur ꝙ tempus nõ compoſitur ex inſtantibus, ſicut neq; linea ex punctis. Solutio. Solu itur. Tempus quodãmodo eſt diſcretũ, & quodammodo continuum. ſi conſyderatur vt eſt numerus numerans, ſic eſt diſcretũ & mathematicum: & tũc ſicut numerus cauſat ex repetitione vnitatis indiuiſibilis, et licet vnitas ipſa indiuiſibilis ſit numerus, tamen reſultans eſt quid diuiſibile, ſic eodem modo tempus, ſi conſyderetur, vt eſt numerus reſultans ex repetitione inſtantis indiuiſibilis, ipſum tamen diuiſibile eſt. & hoc expreſſe dicit Themiſtius in præſenti loco, ꝙ inſtãs eſt quodãmodo vnitas temporis, tamẽ naturaliter tempus eſt numerus numeratus. & eſt vt ſic cauſatum ex partibus diuiſibilibus & continuis, quia partes temporis ſunt tempus. Et ideo Ariſt. in definitione temporis admonuit intelligendum eſſe numerum ſumi pro numero numerato, qui eſt continuus & non diſcretus: licet Cõmen. aliter ſentiat contra Themiſt. & male, vt alias declarauí, vbi dicit Themiſtius in præſenti loco ꝙ differentia inter momenta reſpectu vnitatis in hoc cernitur, quia momẽta vnam continentiã pariunt, i. vnum continuum efficiunt, ſed vnitas diſcretionẽ molitur, i. faciunt vnam diſcretionẽ, & hoc ſm mathematicam imaginationem, vt dixi. vnde momẽta continuãt tempus, & diuidunt: ſed vnitates ſolũ diuidunt, non continuant. Poteſt etiam illud naturaliter intelligi, vt quo, non vt quod. quia partes temporis continuarentur inſtanti, ſed quę continuantur non ſunt inſtantia. ſed vnitates nullo modo ſunt continuantia numerum.

Quarto phy ſic. tex. 105. Decimaquarta contradictio eſt in tex. 105. Ariſtot. ponens ſimilitudinem inter nunc, reſpectu temporis, & id quod fertur reſpectu motus, dicit quòd ſicut tempus eſt numerus motus, ſic nũc eſt numerus eius quod fertur. poſtmodum vero dicit ipſum autem nunc eſt, ſicut quod fertur, vt vnitas eſt numeri. & ita facet litera ad verbum. & Argyropylus ex præſumptione male tranſtulit. Vnde ſenſus eſt ꝙ nunc eſt reſpectu temporis, ſicut id quod fertur eſt cauſa lationis: & ſicut vnitas eſt reſpectu numeri, ſic ipſum nunc quodãmodo eſt vnitas reſpectu tẽporis. & non vult in his verbis Philoſophus dicere ꝙ nunc ſit numerus eius quod ferꝛ, ſicut interpretatus eſt Argyropylus, neq; quòd velit Ariſt. dicere nunc, cũ ſit indiuiſibile quodam, non comparari ipſi mobili in ratione numeri, cùm numerus ſit quid diuiſibile, ſed in rõne vnitatis, vt interpretatus eſt diuus Thomas illum locum. tam. n. conceſſerat Philoſophus numerum lationis, & numerum eius quod fertur ſimul eſſe. & hoc, quod eſt numerus lati, patet q̃d non eſt, niſi nũc. ſed ſenſus Ariſt. eſt, ſicut legit luciduſſimus Themiſt. & Simplit. & Cõmen. in cõ. qui volunt ꝙ ipſum nunc, quod eſt numerus translati, tra ſe habet ad tempus, ſicut vnitas ſe habet ad numerum, vt quẽadmodum vnitas ex ſui reiteratione cauſat numerũ, licet vnitas ſit q̃d indiuiſibile, ſic inſtãs ſui repetitione cauſat tẽpus, licet inſtãs ſit q̃d indiuiſibile. Vnde hæc ſunt verba Themiſtij. Clarũ eſt ſemet cõmitari & appellare viciſſim tẽpus & momentum, ita vt ſine altero neutrum poſſit conſiſtere. Eſt. n. tempus ferè de momẽtis cõſtitutus, conflatuſq; numerus. nã momentum quodãmodo vnitas eſt tempori, et ſicut vnitas repetitione alterationeq; numerum facit, ita momentum reciprocatione & iteratione tempus. & quemadmodum vnitas, quanq; indiuiſibilis, conſtituit tamen numerum ſectilem, ita momentũ, quod indiuiſibile eſt, inuehit tẽpus quod diuiſibile eſt, cęterum differentia noſcitur, ꝙ momenta vnã continentiam pariunt, vnitas diſcretionem molitur. Ita ẽt ſcribit Cõmẽ. in cõ. inquit enim cõ. 105. inſtans, quod eſt numerus trãslati, ita ſe habet de tempore, ſicut vnitas de numero, deinde dedit modũ, ſm quem aſſimilatur vnitati, & modũ in quo differt, & dixit tempus enim eſt continuũ. i. ſed tempus continuatur per inſtans, & diuiditur per ipſum: per vnitatẽ vero diuiditur numerus, ſed non continuat. & inſtãs continuat tempus cũ accipitur pro termino cõmuni duobus tẽporibus, ſicut pũctus accipitur vltimũ cõmune duabus lineis: & diuidit illud, quando accipit pro principio futuri & fine præteriti, vt declarabit poſt bene. Inſtantia. Sed tũc ſm iſtam expoſitionẽ Themiſtij, Simplicij, & Cõmen. inſurgit magna cõtradictio apud Ariſ. Nam, ſi inſtans ſui repetitione cauſat tẽpus, ſicut vnitas numerum, ſequit tempus componi ex inſtantibus: cuius oppoſitum demonſtratũ eſt in. 6. phy. Confirmat per Themiſtium, dicẽtem tempus eſſe numerũ conflatum de momentis, conſtitutumq;. Amplius Themiſtius in præſenti loco ſubdit. Plane continuant momenta tempus, vt dixi, ſed & diuidunt quoq; eo modo, quo motum ſuũ mobile & delatile delationẽ. Sed ad hoc patet ſolo ex his, q̃ declarat Philoſophus infra in tex. cõ. 106. Solutio. vbi vult ꝙ tempus eſt numerus, non ſicut eiuſdẽ puncti, ſed ſicut vltima lineæ magis, & nõ ſicut partes. medio. n. puncto, vt duobus vtẽ, quare quieſcere contiget, & rc. cõ. 107. continuãdo, dicit ꝙ nunc nõ eſt pars temporis, neq; diuiſio motus, ſicut neq; puncta lineæ: ſed ſunt termini, qui ſunt ſemper in terminato.

Quarto phy ſic. tex. 106. Decimaquinta cõtradi. eſt in eod. tex. Ariſt. in hoc tex. volens aſſignare cauſam vnitatis & continuitatis motus, ingt. etenim motus & latio vna eſt ipſo quod fertur, quia vnũ & non quodcũq; ens, etenim deficeret, ſed & rõne. vbi videtur dicere Philoſophus, ꝙ ad hoc vt motus ſit vnus et cõtinuus, oportet mobile eſſe vnũ non qualitercunq;, ſed ſm rationem. quod Argyropylus iuxta ſenſum transferens aptius dixit. inquit enim, nã motus ac latio vna eſt, ſane ipſo quod fertur, propterea ꝙ vnũ eſt, et non ſubiecto. ſic. n. intercapedines eſſe poſſunt, ſed rõne. In tex. autem imediate præcedente, ſ. 104. oppoſitũ videtur dicere, ſcribitur. n. ibi, hoc autẽ quodcunq; ens eſt, idem eſt. punctum. n. aut lapis, aut aliquid hmõi eſt, ratione autem alterum eſt, ſicut Sophiſtæ dicũt. & patet quòd logꝛtur de mobili, quod licet in toto motu ſit idẽ ſm ſubiectũ continue, tñ eſt alterum & alterum ſm rõnem. vbi eſt apertiſſima contradictio. Propter quã diuus Thomas, & Latini oẽs legunt iſtum locum negatiue. volunt. n. ꝙ dicitur ſtare (ſed non ratione) & ſic nulla erit cõtradictio. Nos aũt inuenimus locum iſtum in Græcis codicibus affirmatiuum, & Argyropylus ita etiã tranſtulit: & luciduſſimus Themiſtius, & Simplicius, qui verbotenus expoſitionẽ Themiſtij ſequitur in præſenti loco etiam affirmatiue legũt. Pro quo debes ſcire ꝙ mobile dupliciter conſyderari põt, vno modo, quò ad ſubſtãtiam, ſeu ſm ſubiectum, & ſic mobile non eſt neceſſarium ꝙ ſit ſimul cũ motu, nec illa ratione dat vnitatẽ & continuitatẽ motui. qa, ſi lapis moueatur, põt interea quieſcere. & licet vere moueaꝛ, & ſit vnus & idẽ lapis ſm ſubſtantiã motus, tñ ille nõ erit vnus et cõtinuus. oportet igit id, quod fertur, ſemp eſſe vnum ſm rõnem, ſm quam conſyderaꝛ, vt eſt cauſa motus. & hoc eſt in eo, quod ferꝛ. ſic. n. eſt motus cauſa. vnde ſi nõ interlaxat, ſed retineat iſtam rationem formalẽ in toto motu, ſic motus erit vnus & continuus. Vnde iſta ſunt verba Themiſtij. eſt. n. ideo iugis & vna delatio, quia vnum

eſt quod fertur, vnum inquam non ſimpliciter (nã hoc quidẽ modo vna res fuerit, quæ monſtratur, corpusq; eſt quã lignum, quã ferrũ, quã lapis) ſed quã defertur, ideſt in eo quod in motu, delationeq; eſt, quo reſpectu vnum eſſe nõ poteſt, ſi motum diſtrahat interrũpatue. tunc enim neq; continuus neq; vnus fuerit, quãuis ſit id quod moueretur vnũ. ſed tunc & vnus & cõtinuus eſt, cùm quod defertur in eo quod defertur, eſt vnum, hoc eſt cùm non interlaxat, nec interquieſcit. alioquin interpollando prior motus deſtruit, & à poſteriori abſcinditur atq; dirimitur. & ſic etiã ad verbũ dicit Simplicius. Solutio. Sed quid tunc ad contradictionem dicemus, cũ ſuperius dixerit mobile in motu eſſe alterum ſm rationem? Reſpõdetur ꝙ illa alietas ſm rationem eſt alia ab iſta. ibi enim loquebatur de alietate rationis contingenti mobili ratione ſpacij, ſuper quo fertur. Nã Ariſt. declarat hoc per exemplum. inquit. n. hoc autem rõne alterum eſt, ſicut Sophiſtę accipiunt alterũ Corriſcum in lyceo eſſe, & corriſcum in foro. ſed in hoc tex. dum aſſerit ꝙ mobile in motu vno & continuo dicitur manere idem ſm rationem, intellexit de ratione formali, ſm quam eſt cauſa motus, & continuitatis eius: & eſt inquantum mouetur & defertur. ſic enim talem rationem ſemp retinet in cauſando motũ, videlicet inquantum eſt in fluxu & delatione. quia non eſt cauſa motus immediata ſm ſui ſubſtantiã, quta ſic quieſcere & deſiſtere poteſt. & hoc aperte dicit luciduſſimus Themiſ. in expoſitione tex. 106. vbi etiã Ariſt. iterum dicit ꝙ id, quod defertur, ſemper eſt alterũ. vbi dicit Themiſtius nõ quod ſit alterum à ſe in eo quod defertur, ſed qa eſt in alio & alio loco. & ſic nulla eſt contradictio, quia eſt reſpectu diuerſorum. Et iſtud tene, quia multi errores paſſim circũferuntur propter ignorãtiam literæ Græcarum. & Deus ſit dator auxilij.

Quarto phy ſi. tex. 108. Decimaſexta contradi. eſt in tex. 108. Ariſt. & Cõmen. dicunt in iſto tex. cõ. 108. ꝙ in tẽpore non eſt accipere minimum ſm magnitudinem, ſed ſolũ ſm multitudinem. Sed opponebam ex tex. cõ. 19. ſecũdo de cœlo, vbi dicit ꝙ vnuſcuiuſq; actus habet minimũ tempus ad nõ excedere. & ibidem datur exemplum, quòd eſt dare minimum tempus, cuius nõ contingit in minori moueri cœlũ, ſicut neq; citharizare, neq; ire in quocunq; tempore poſſibile. Amplius non eſt maior ratio de tẽpore, q̃ de motu. ſed in motu eſt dare minimum motum ſm magnitudinem. ſcribitur enim. 2. cœli tex. cõ. 28. ꝙ minimus motus eſt, qui eſt velociſſimus. talis autem eſt motus cœli, qui eſt menſura aliorũ motuum. in vnoquoq; autem menſura, quod minimum, vt dicitur ibi, & etiã. 10. meta. tex. cõ. 3. & 4. Soluitur. Conſyderatio de tempore & motu duobus modis capi poteſt. Vno modo ſimpliciter, & ſm rationẽ generaliem, inquantum videlicet ſunt continua, & inquantum motus aut tempus abſolute. & illa ratione loquitur de motu & tẽpore Ariſt. in libris phyſicæ auſcultationis, inquantum videlicet motus inuenitur in corpore abſolute, & in eò quòd motus. Alio modo conſyderantur vt ſunt applicata rebus ſenſibilibus determinatis per formas ſenſibiles & naturales. Tunc dico ꝙ tempus ſm illam abſtractam conſyderationẽ non habet minimum niſi ſm multitudinem, non autem ſm magnitudinem. nam cũ ſit de numero continuorum, & continuum ſit diuiſibile in infinitum, ſub illa ratione non eſt dare minimum tempus. Si autem tempus fuerit cõſyderatum ſm contractam conſyderationem, vt habet menſurare motum, & actus determinatos prouenientes ab agentibus naturalibus determinatis: omniũ. n. natura conſtantium determinatus eſt numerus magnitudinis & augmenti: ſic bene in tempore inuenitur minimum. & ſic etiam inuenitur minimus motus, vt bene probatur ex obiectis. Conſimilem ſolutionem ſequitur Cõmen. in. 6. phyſ. in cõmen. 15. ſicut poteris videre.

Quarto phy ſic. tex. 112. Decimaſeptima contradi. eſt in tex. 112. Ariſtot. & Cõmen. dicunt ꝙ tempori per ſe competit menſurare motum. Sed huius oppoſitum colligitur à Philoſopho infertus in tex. cõ. 118. vbi probãs Philoſophus, ꝙ licet tempus ſit menſura quietis, nõ ſequitur ex hoc vt quę ſcens ſit in motu, ex quoquieſcẽs eſt in tempore: quia tempus nõ eſt motus, ſed eſt numerus motus. vbi Themiſtius & Alexan. dicunt ꝙ tempus eſt accidens motus, & non ſequitur ꝙ, ſi aliquid fuerit in accidente alicui, quòd propter hoc erit in illo, cui illud accidens accidit. nõ enim ſi quid fuerit in die, erit in latione Solis: & expreſſe Alexã. vt recitat ibi Simplicius, dixit quòd tempori accidit menſurare motum. eſt igit apertiſſima contradictio, ſicut vides. Niſi eſſet ꝙ per accidens ſu- Solutio. mitur bifariam, vno modo, vt diſtinguitur contra per ſe primo modo. alio modo, vt diſtinguitur contra per ſe ſecundo modo. & tunc dico ſm Alexã. & Themiſt. ꝙ ſubſtantia ſeu quiditas temporis conſiſtit in numerato eſſe prioris & poſterioris ipſius motus, ſm quod hoc eſt prius & illud poſterius. & ſic tempus quiditatiue eſt numerus motus tantum & non quietis. quietis enim eſſentia non conſiſtit in poris alicuius ad aliquod poſterius tranſitu, vt vterq; aſſerit. & ideo numerus in definitione temporis ſumitur pro numero numerato, ſed tempus bene eſt menſura, nõ ſolum motus, verum etiam quietis. quia menſurare eſt de accidentibus temporis, & nõ eſt de quiditate. eſt. n. propria paſſio eius, ſm quã prio reſpicit motũ & per ſe, ſecundario vero & per accidens reſpicit quietẽ, quæ eſt motus priuatio. eadem. n. eſt menſura priuationis & habitus, licet nõ eodem modo: ſicut eſt eadem potentia diſcretiua lucis & tenebrarum, & ſoni & ſilentij, & eadem eſt regula obliqui & recti. Sic igit, ſi ly per accidens opponitur contra per ſe primo modo, dico ꝙ menſurare motum non competit tempori per ſe, ſed per accidens. vnde intellectus poteſt quiditatiue intelligere tẽporis ſubſtãtiam, abſq; hoc quod intelligat menſurationem reſpectu motus. poteſt enim intellectus diuidere quæ ſunt coniuncta in eſſe, vt dicit Cõmen. in. 12. primæ philoſophię in cõ. 39. ſed ſi ly per accidẽs diſtinguitur cõtra per ſe ſecundo modo, ſic dico ꝙ tempori non accidit menſurare motum, ſed competit ſibi per ſe. & ſic intelligitur dictum Ariſt. in tex. cõ. 112. Sed tunc eſt difficultas, qui Difficultas. Cõmen. 4. phy. cõ. 112. contra Themiſt. vult ꝙ numerus ponat in definitione temporis pro numero numerante. quia tempori per ſe cõpetit mẽſurare motũ, motui autem menſurare tẽpus competit per accidens. & ideo, vt inquit Ariſt. non poſſet numeratum motus in temporis definitione, ſed poſſet numerum. & Themiſtius non aſaduertit ad hoc. tunc igit, ſi menſurare motum ponit in definitione tẽporis, male igit dictum eſt hoc cõpetere ſibi per ſe in ſecũdo modo, & ꝙ intellectus põt intelligere quiditatẽ temporis abſtrahendo à rõne menſurationis reſpectu motus. Dico ꝙ de Auer. ego Solutio magis miror, qui non aduertit ludicũ, & verba magiſtri, q̃ de Themiſtio, qui nõ aſaduertit verba tua, ſi hoc verum eſſet. Ariſt. enim videns multiplicitatem illius nominis numeri, poſita tẽporis definitione, ſtatim admonuit nos, ꝙ cũ numerus, alter ſit numeratus, alter ſit numeratus, tẽpus non eſt tẽpus quò numeramus, ſed quod numeraꝛ. ex quo ſequitur ꝙ quiditas tẽporis conſiſtit in numerato eſſe prioris & poſterioris in motu, ſm quod hoc eſt prius, et illud poſterius, quòd añ tempus motũ menſuret, hoc conſequitur tẽporis quiditatem, ſicut accidẽtia per ſe cõſequuntur ſubiectũ, et hoc eſt, ꝙ multos viros illuſtres decepit uſq; ad tẽpora noſtra, q̃ videtes tẽpus non eſſe numerũ numerante ſim-

pliciter, quia ille est quantitas discreta solum ex vnitatibus indiuisibilibus resultans atq; composita, neq; est præcise res numerata, sed est quodãmodo numerus numerans, & quodãmodo est numerus numeratus, crediderunt propter concomitantiam inseparabilẽ istarum duarum conditionum, quòd sicut vnum est de quiditate temporis, ita sit & reliquum. dicit enim Cõmẽ. in. 4. physic. in cõ. 95. multotiens existimatur q̃ illud, quod consequitur rem sit ipsa res. sed est error, quia vnũ consequitur tempus quiditatiue, aliud vero sicut passio. Et ideo bene dixit Alex. q̃ quiditas temporis consistit in numerato esse prioris & posterioris motus, mensuratio autem cõsequitur sicut accidens. Vnde æquiuocatio decepit Auer. & sequaces Latinos, qui in hac re omnes hallucinati sunt cum eo, quia nõ distinxerũt inter numerum & mensutã. crediderunt enim ista æquipollere, sicut (inquit Alexander) crediderunt illi, q̃ opinati sunt temporis definitionem esse imperfectã, volentes debere addi tempus esse numerum motus & quietis, ac si eadem esset ratio numeri & ratio mensuræ. sed longe decepti sunt, quia tẽpus solum est numerus motus, sed est mensura vtriusq;, videlicet motus et quietis, licet diuersis modis, quia motum mensurat per se, & quietem per accidens. & ideo, ſm viam Alexan. & Themistiũ numerus, positus in definitiõe tẽporis quiditatiua, stat pro numero numerato, quia illa est tẽporis quiditas. & ista est via eorum. & est via Aristot. vt mihi videtur sine dubio. Si quis aũt vellet numerũ positũ in definitione temporis habere vtrãq; rationem, videlicet & numerati respectu ṗoris & posterioris primi motus, & numerantis respectu cæterorum, quia est natura eiusdem, sicut natura entis ambigui, & res desinuntur, sicuti sunt: est enim vt dicit Cõmen. quasi cõpositum ex duabus quãtitatibus, videlicet continua et discreta, & sic videtur Cõmen. exponere definitionem illam: tunc stante illa via, quam cõiter Latini sequuntur, dico q̃ illa definitio non est pure qditatiua, sed est de numero illarũ definitionum, quæ dant quiditatem & esse, seu est de numero illarũ definitionum, quæ differunt situ à demõstratione. Vnde dico q̃ numeratio actiua cõpetit per se tempori respectu cæterorum motuum, quia ipsa eius essentia consistit in numerato esse prioris & posterioris primi motus. & si Cõmen. intellexit illo modo, bene intellexit, & Latini cum eo. sed si intellexit q̃ vtraq; ratio est de temporis quiditate, credo ipsum male sentire, & Græcos melius intellexisse mentem, & verba Aristote. ista ẽnim distinguuntur, ratio numeri, & ratio mensuræ.

Quarto phy sic. tex. 112. Decimaoctaua cõtradi. est in eo. tex. vbi Aris. dicit q̃ tempus & motus se mutuo mettunt, quia adinuicẽ definiuntur. Sed huius oppositũ scribitur per Auer. in. 4. phy. in cõ. 97. vbi dicit q̃ tempus non potest imaginari sine motu, & motus potest imaginari extra tempus. Et confirmat, quia motus ponitur in definitione temporis, sed tẽpus non ponit in definitione motus. vt patet in. 3. phy. tex. cõ. 6. Nisi esset q̃ non sunt mẽs Philosophi dicere motũ & tempus adinuicẽ definiri, q̃a reciproce sumant in suis definitionibus, sicut relatiua setnuicem definiunt, vt dicit Porphyrius in cap. de specie, & Philosophus in. 6. topico: sed dicunt setnuicem definire, t. determinare per viã adequationis. q̃a tẽpus adequatur extensioni motus, ita q̃ non excedit nec excedituir ab eo, vt dicit Cõmen. 4. phy si. cõ. 113. & ibidem cõ. 99. dicit q̃ quantitas tẽporis sequitur quantitatem motus, s. q̃a est æqualis et, noli tñ credere q̃ quantitas temporis, & quãtitas motus sint duæ quantitates realiter distinctæ, & q̃ vna sit fundata in alia, sed sunt vna quãtitas realiter & fundamẽtaliter, & nõ distinguuntur nisi formaliter, vnde tempus vltra motum, vt motus includit propriam successionẽ, nihil aliud addit nisi rationem mensuræ formaliter: sicut bene ante nos notauit subtilis Scotus in. 4. senten. distin. 48. quest. 2.

Solutio. Schutio

Decima nona cõtradi. est in tex. 114. Arist. d. q̃ tempus mensurat de motu vtrunq;, s. quantitatem, & esse. & hoc accidit motui, q̃a non habet omnes suas partes in actu. vbi videtur q̃ per accidens motus mensuretur à tempore, quò ad quantitatem, & esse. Sed in tex. cõ. 112. dicit oppositum, q̃ tempus per se mẽsurat motum, sed motus mẽsurat tempus per accidens. Nisi esset q̃ absolute loquendo verum est, tempus per se mensurare motum, quia substantia eius est mensurare motum, modo supra declarato. sed sermo præsens est comparatiuus. quia differentia est inter tempus, vt comparatur ad motum, & vt comparatur ad res permanentes, quæ sunt sub tempore. res enim temporales non mensurantur à tempore, nisi ſm esse, i. quantum ad durationẽ earum, vt patet in tex. cõ. 115. non autem mensurantẽ quò ad sui quãtitatẽ. verbi gratia lapis, quo ad suum esse, i. quò ad durationem & permanentiam sui esse, mensuratur à tempore, sed lapidis quantitas mensuratur non à tempore, sed à cubito vel aliquo cõsimili. sed motus, cũ sit res successiua, & nõ habeat omnes partes simul, mensuratur à tempore, & quò ad sui quantitatem, q̃a vt dicit Cõmen. in cõ. 113. cùm tempus fuerit imaginatum esse mensuram extẽsam per extensionẽ motus, sic mensurat motum per se, & adæquatur ei, vt dicit Cõmen. in cõ. 97. & mensuratur à motu illo modo per accidens. & tempus etiam mensurat motum quò ad esse, ideſt quò ad durationem eius, & fluxum suæ permanentiæ. & ita motui mensurari quò ad vtrunq;, s. quò ad quantitatem & esse, accidit ex parte qua est ens, nõ habẽs omnes sui partes in actu, sicut est spacium, & vniuersaliter sicut sunt res permanentes.

Quarto phy sic. tex. 115. Vigesima contradi. est in tex. 115. Aristotel. dicit q̃ cùm tempus sit numerus quidam, esse in tẽpore dicitur dupliciter, vel q̃ aliquid sit tunc, cũ tempus est, vel tanquam in numero esse. In numero autem esse contingit dupliciter, vel sicut partem, vel sicut passionẽ, vt vnitas, & par & impar, quorũ vnitas est pars numeri, impar autem & superfluum sunt numeri passiones. sic ẽt inquit in tempore nunc, & prius & posterius. sicut. n. illa numeri aliquid sunt, ita hæc sunt aliquid temporis. Vnde. 4. phy. tex. cõ. 105. vnitas ita se habet ad numerum, sicut instans ad tẽpus. sicut enim numerus est collectus ex reiteratione vnitatis, sic tempus est numerus quidam collectus, & conflatus ex instantibus, vt dicit etiam Themistius ibi. par aũt & impar & superfluum sunt de passionibus numeri, sicut etiam prius & posterius sunt de passionibus tẽporis. Vnde Themistius expresse dicit q̃ sicut illa sunt accidentia numeri, sic hæc sunt accidentia temporis. patet autem q̃ hoc non intelligitur de vnitate, quia vnitas est pars numeri, sed de pari & impari & superfluo: igit prius & posterius sunt passiones temporis. Sed ex aduerso videtur q̃ sint differentiæ substantiales temporis, quia ponuntur in desinitione eius. Soluitur, q̃ prius & posterius, quæ ponuntur in definitione temporis, nõ sunt prius & posterius temporis, sed sunt prius et posterius motus primi, vt dicit Themist. Ad argumẽtum Galeni, qui contra Arist. inuectus asserebat enumeratis omnibus significatis prioris, nullus alius modus videbatur congruere nisi prioritas ſm tempus, & ita tempus definiebaſ per tempus. Themist. autem, et diuus Thomas, & Cõmẽ. dicunt q̃ prius & posterius ibi sunt prius & posterius primi motus. Et ex hoc poteris videre q̃ prius & posterius non sunt de quiditate motus, sed sunt accidentia motus, vt dicit Aristote, & Cõmenta. in. 4. physic. in te. 2. cõmẽ. 99. sunt enim eadem ſm subiectum. quia quando

Solutio.

quando consyderantur, vt dicit Cõmẽ; vt sunt in subtecto, sunt partes motus, sed quando cõsyderantur ſm definitionem & quiditatem, sunt aliud à motu, q̃a motus est in quantitate, & prius & posterius sunt in numero. Tunc sic, sicut motus est in quantitate, vt mẽsuratur à tempore, sic ẽt tempus, vt mẽsurat motum, est in quãtitate: sicut dicit Cõmen. in cõ. 113. vbi declarat quomodo motus mensurat tempus per accidens, tempus vero motum per se. inquit. n. hoc accidit ei, cũ fuerit imaginatum esse mensuram extensam per extensionem motus. quod intelligas quò ad extensionem durationis motus merito illarũ partium, quæ sunt successiuę, & non merito partium motus, quas habet simul ad diuisionẽ mobilis. habet enim motus duplices partes. 4. phy. cõ. 102. nam partes motus ex mobilis diuisione sunt ſm triplicem dimensionem, & penes illas tempus non est mensura motus, sed solũ quò ad partes successiuas: & ita tempus non est mensura motus nisi ſm longitudinem durationis tanq̃ linea successionis. & etiam sicut prius & posterius ſm quiditatem differunt à motu, sic prius & posterius ſm quiditatem differũt à tempore. sunt enim accidentia & passiones temporis, sicut par & impar sunt passiones & accidentia numeri. & ista est vna solutio. Quia autem Themistius substinet etiam prius & posterius posita in definitione temporis posse recipi, prout sunt differentiæ temporis, in illa solutione ad argumentum Galeni, tunc ſm illã secundam solutionem esset magis difficile argumentũ, & contradictio magis valida, & tunc iuxta illã solutionem oportet dicere q̃ verę & substantiales temporis differentiæ sunt nobis occultæ, & circũloquimur eas per suas proprietates. Vnde diuus Augustinus cõfessus est se ignorare temporis quiditatẽ. Vnde in hoc casu licet ad circũloquendum differentias occultas ponere consequentia & propria, sicut dicit Cõmen. in simili de qualitatibus elementoꝝ contra Alexan. in. 8. meta. cõ. 5. & alibi frequenter. & Auic. in. 5. suæ metaphy. & tu cogita.

Quarto phy hc. tex. 117. Vigesima prima contradi. est in tex. 117. Aristot. & Cõmen. volunt tempus esse causam corruptionis per se, quia tempus est numerus motus, & motus distare facit; generationis vero per accidens. tunc igitur videtur generatio esse per accidens intenta à natura, & corruptio per se. Huius autem oppositum legimus in. 2. de generatione & corrup. in tex. cõ. 59. vbi Arist. reddẽs causam cõtinuationis & sempiternitatis generationis finalem, inquit. quoniam in omnibus inquimus naturam desyderare, quod melius est: melius est aũt esse q̃ non esse: ideo cõpleuit deus esse, continuam faciens generationem. & ex consequenti generatio est per se intenta, & corruptio per accidens. Nisi esset q̃ effectus ad duo comparari potest ad instrumentum, & ad agẽs principale: & tunc sine dubio in naturalibus simpliciter & absolute effectus dicitur per se, aut per accidens in ordine ad agens principale, & nõ in ordine ad instrumentum. instrumentum ẽt dupliciter consyderari potest, vel materialiter, vel in rõne instrumenti. quando consyderaſ materialiter, non habet rationẽ instrumenti, sed agentis principalis, & tunc dico q̃ possunt oppositæ proprietates competere vni & eidem rei, dum est agens, & dum est instrumentũ. & huius est accõmodatũ exemplũ de igne. nã, vt dicitur. 2. de aĩa tex. cõ. 41. augmentum ignis apposito combustibili procedit in infinitum. sic enim Arist̃ot. reprehendit ibi Antiquos asserentes augumentum & nutritionẽ fieri ab igne, vt ab agente principali. sed ſm sententiam Arist̃ot. ignis concurrit vt concausa & instrum. anima. n. omnia operatur mediante igne, vt dicit Arist. in libro de morte et vita. tamen ignis, vt est animæ instrumentum, mouet ad certum terminum præfixum, & naturæ cognitum, sic etiam est pariformiter quòd motus natura simpliciter cõsyderata distare facit. & ista est causa per se ablationis rei à sua substantia, vt inquit Cõmenta. tamen motus, vt est instrumentum regulatum à Deo & intelligentia mouẽte, habet per se intẽdere generationem, & per accidẽs corruptionem. nõ enim, sicut diximus, impossibile est oppositas & diuersas dispositiões competere rei, vt est agẽs, & eidem, vt est instrumentum.

Quarto phy hc. tex. 117. Vigesimasecunda contradi. est in cõmen. 117. dicit motum abiicere à substantia. Oppositum intra. in eodem. 4. cõmẽ. 128. Et. 8. phy. 59. Soluitur. dictum suum fallit in motu localı per se, vertificatur tñ per accidens.

Quarto phy hc. tex. 117. Vigesimatertia contradictio est in tex. 117. Aristo. definiens, repẽte, dicit esse illud, quod tempore nõ sensibili propter eius paruitatem est remotum. Sed opponebam. quia ex libro de sensu & sensilibus, oẽ tempus sensibile est suapte natura. Nisi esset q̃ tempus iudicatur esse sensibile, aut non sensibile, eò quòd alicuius passio facta in eo, sensibilis est, aut non sensibilis. & quia contingit alicuius passionem aliquam fieri propter motus velocitatem & temporis breuitatem insensibiliter, ita q̃ latet nos, illa ratione tẽpus respectu illius passionis insensibile iudicatur, sed respectu alterius passiõis illud tempus sentiretur, omne igitur tempus in se sensibile est, & sic in libro de sensu loquutus est: sed non respectu cuiuslibet passionis in eo factæ sensibile esse potest. & sic sumpsit hic. Aut aliter dici potest q̃ tempus hic sumitur large pro termino temporis, qui est ipsum nunc indiuisibile in tẽpore existens, in quo sunt terminꝰ mutationum, & omnes instantaneæ mutationes. consueuit nanq; Philosophus lato vocabulo tempus appellare confinium temporis, seu ipsum nitans, quod idem est. & est solutio Alexandri.

Quarto phy hc. tex. 118. Vigesimaquarta contradictio est in tex. 118. Aristoteles hic, & Commenta. asserunt tempus potius causam esse oblitionis & ignorantiæ, q̃ sapiẽtiæ & cognitionis. vnde laudat & præfert sniam Pythagorici Paronis asserentis tempus esse indoctissimũ, quia & obliuiscitur. Sed huius oppositum legit in Themistio in. 2. phy. super tex. 43. vbi dicit tempus esse, & longã ætatem aptissimam ad indaginẽ veritatis rõnem, atq; efficacissimã. & hoc ẽt dicit Cõmẽ. in sua media expositione in. 2. physic. imitatus in eode loco Themistiũ sniam. Nisi esset q̃ sermo Arist. est cõparatiuus, magis. n. operatur oblitionẽ q̃ scientiã, vnde & in. 2. de aĩa Aristo. increpat Antiquos, cur de deceptiõe, & causa eius non consyderauerint. magis enim propriũ est animalibus, & plurimum tempus in hoc perficit anima. vbi Themistius d. in tex. cõ. 151. q̃ ea, quæ nouimus, portione minima continentur, si collata & comparata his fiunt, quæ ignoramꝰ. Sed sermo Themistiũ est simplex. nam vt inquit Auic. in tracta. 7. suæ primæ philosophię, ars quælibet in sui exordio est cruda & immatura, sed maturatur postea, & deinde paulatim decoratur & perficitur. idem dicit Aristo. in pº meta. Philosophiam balbutiendo incœpisse. vnde Arist. pº cœli. 22. et in pº meteo. dicit ex temporis longitudine putandum esse infinities Philosophiam fuisse renouatam, & infinities easdem opiniones extitisse. & ista est via eius.

Quarto phy hc. tex. 118. Vigesimaquinta cõtradi. est in eod. tex. Dicit tempus esse per se causam corruptionis, q̃a tempus est per se numerus motus, omnis autem motus, seu mutatio à natura remotiua est. et eandẽ sententiam habet Philosophus in eodem. 4. phyſi. in tex. cõ. 117. Sed est in hoc duplex dubitatio. Primo, quia tempus est numerus primi motus, qui localis est. motus autem localis non abscit à substantia. 8. phy. tex. cõ. 59. & est limitatio etiam Auer. hic in cõ. 128. vbi dicit q̃ omnis trãsmutatio naturaliter aufert substantiam tranimutati in quacunq;

ſpecie fuerit tranſmutatio, niſi in loco. & ita ratio Ariſto. non videtur eſſe ad propoſitum. Amplius autē falſum videtur cp motus etiam ſeu tranſmutatio per ſe ſit cauſa corruptionis. quia. 2. de generatio. & corru. tex. tex. cō. 59. ſemp naturā in omnibus deſyderare quod melius eſt dicimus. melius eſt autem eſſe q̄m non eſſe. & per conſequens generatio, quæ ducit ad eſſe, eſt magis de intentione naturæ, q̄m corruptio, quæ ducit ad non eſſe. Et confirmatur. quia pº cœlt. tex. cō. 4. motus ſem per ex diminutione proficiſcit, & intentio eius eſt perfectio. ſic enim ibi probatur cp corpus eſt magnitudo perfecta, quia non poteſt ferri in aliam vlteriorem, & per conſequens motus potius eſt cauſa perfectionis, & bonitatis, & ſapientiæ, q̄m obliuionis, & corruptionis, & inſipientiæ: cuius tamen oppoſitum ſcribit Philoſo Solutio. phus. Niſi eſſet quòd refert conſyderare tranſmutationem & motum in ſe, & conſyderare ipſum, vt comparatur ad intentionem agentis naturalis, cuius eſt inſtrumentum ſub ratione, qua eſt inſtrumentum. & tūc dico duo dicta, quorum primum eſt cp quilibet motus in ſe conſyderatus diſtare facit id, quod eſt, vt dicit Philoſophus in tex. cō. 117. ſeu à natura remouet rem, pro quāto ratione eius ſubiectum remouetur à forma, ſub qua erat. immediate enim quò aqua incipit calefieri ab igne, incipit remouerī à frigiditate, quæ erat ſibi naturalis. &, quia ſubiectum non poteſt expoliatum eſſe ab omni forma, ideo accidit cp, quādo ſubiectum virtute motus ſeu mutationis remouetur ab vna forma, oportet cp tranſmutetur ad aliam formam oppoſitā. ſed prima operatio de intentione motus & mutationis eſt remotio ſubiecti à ſua diſpoſitione. &, quia iſta eſt corruptio quædam, ideo motus & mutatio per ſe eſt cauſa corruptionis, generationis vero eſt cauſa per accidēs. eſſe enim, quod eſt terminus generationis, eſt effectus per ſe & eſſentialiter agentis, aut generantis, ſiue illud ſit natura, ſiue anima, ſiue intellectus, vt dicit Cōmen. in cō. preſenti, vbi innuit triplex agens, naturale, quod eſt infinitum: animā, quod eſt mediū: & intellectum, quod eſt ſupremum in ordine agentium. differentia. n. eſt inter animam & intellectum, vt eſt videre in pº de anima, vbi Ariſto. reprehendit Antiquos, qui non diſtinxerūt inter animam & intellectum. & ſimiliter anima eſt ſupra naturam, vt alibi declarau. Si autem conſyderatur tranſmutatio & motus, vt eſt inſtrumētum agentis, cùm agens naturale ſemper appetat quod melius eſt, & eſſe eſt melius, q̄m non eſſe, ſic generatio per ſe eſt à motu, & corruptio eſt per accidens. Ne videatur igitur tibi mirum, ſi oppoſita verificantur de vna & eadem re ſub diuerſis reſpectibus conſyderata. Scribit enim Cōmen. in. 1. cœli, in cō. 9. comparatio eſt accidens ſeparabile à re, res autem non ſemper ſeparatur à ſe. ſecundum enim quod reſpectiuum habet diſpoſitiones cōtrarias & infinitas, & ſm quod eſt, eſſentiam non habet niſi vnum, & eſt quaſi ſua eſſentia. Et vt tu melius poſſis capere hoc, manuducam intellectū tuum per quoddam ſimile. Certum eſt quòd in motu augmenti ignis concurrit ſm ſententiā Philoſophi, vt concauſa, & inſtrumentum: & manifeſtum eſt cp augmentatio non eſt ab igne, inquantum ignis, quia augmentum ignis, vt dicit Philoſophus. 2. de anima, te. cō. 41. eſt in infinitum appoſito combuſtibili, ſed ignis, vt eſt animæ inſtrumentum, ducit ad certum terminū notum in natura, quia agit ſm exigentiam animæ, quæ eſt agens principale. ſic partſimiliter debes imaginari de trāſmutatione, cp oppoſitas habet diſpoſitiones, vt abſolute conſyderatur, & vt eadem refertur ad intentionē agentis. & hoc etiā pulchre notauit ſubtilis Doctor in Theorematibus ſuis. inquit enim, actio cuiuſcunq̄, quando ipſum ſit inſtrumentū, variatur ſpecię ab actione eius, vt principalis agentis. Per hoc patet ad obiecta, quòd licet tēpus ſit numerus motus, tamen eſt menſura non ſolum motus localis, verum etiam aliorum motuum; qui à ſubſtātia abſ̄ciunt. &, quia motus localis eſt cauſa aliorum motuū, ratione hac poteſt Philoſophus habere intellectum ſuum. Ad aliud patet quòd concludit cp in ordine ad agens, eſſe eſt magis intentum q̄m non eſſe: ſiue ſit natura, ſiue anima, ſiue intellectus, vt dicit Cōmen. in cō. Ad aliud primi de cœlo dico cp motus ille eſt imaginarius, & mathematicus, & ille eſt, vt res perficiatur. ſic enim dicunt punctum fluentem cauſare lineam, lineam ſuperficiem, & ſuperficiem corpus. ſed motus naturalis, qui eſt in rebus ſenſibilibus, pmō operatur remotionem, & diſtare facit. & ſi operatur generationem & eſſe, eſt per accidens, inquantū ſubiectum tranſmutatum non pōt remouerī ab vna forma, quin recipiat aliam, aliquin ſtare poſſet ſine omni forma.

Solutio ad argumenta.

Vigeſimaſexta contradi. eſt in tex. 131. Ariſt. abſoluens primam quæſtionem de illis duabus propoſitis in tex. cō. 130, in qua quærebatur vtrum tempus eſſet circūſcripta anima, inquit, cp cū tempus ſit numerus motus, numerus autem duplex eſt, videlicet numeratus & numerabilis: cùm autem nihil aptum ſit numerare, niſi anima & animæ portio illa, quæ intellectus appellatur, niſi anima eſſet, impoſſibile eſſet tēpus eſſe. Sed huius oppoſitum habet ex. 2. de anima in tex. cō. 142. cōtra Antiquos, qui aſſerebant nō exiſtente ſenſu nullum eſſe ſenſile, vt non exiſtente viſu non eſſe colorem. quia color cū ſit viſibilis, & viſibile dicitur relatiue ad ipſum viſum: nō exiſtente autem vno correlatiuo, nec alterum exiſteret. Ariſt. autem, ſoluens eorum inſtantiam, dicit eos peccaſſe per fallaciam æquiuocationis, quia in non ſimpliciter dictis loquuntur tanq̄m de ſimpliciter dictis. nam ſenſus & ſenſibile dicuntur dupliciter ſm actum & ſm potentiam, dictum eorum non ſequitur, qa licet non ſit viſus in actu, poſſet tamē eſſe color, qui eſt viſibilis in potentia. & hoc etiam expreſſe dicit Commen. in cō. inquit enim in eis autem, quæ ſunt in potentia, non ſequitur vt corruptio eorum, & eſſe ſit ſemper inſimul. Amplius eſt ſententia Ariſto. in prædicamentis, vbi habet cp ſenſus & ſenſibile nō ſunt ſimul natura. quia ſenſibile ablatum aufert ſenſum, ſed non econtra. Forte propter iſtas rationes Boethius, vt recitat Simplicius authoritate Alexandri in præſenti loco, & eſt authoritas etiā Themiſtij, in ſua paraphraſi, voluit ſententiam Ariſt. non eſſe veram in hac ſolutione. inquit enim nihil prohibere numerum eſſe, dato cp nō ſit aliquid, quod numeret, ſicut poteſt eſſe aliquod ſenſile, dato cp non ſit ſenſus. Hanc autem obiectionē Alexander, & Themiſtius ſoluere cupiētes iſto modo abſoluunt. dicunt enim cp ea, quæ referuntur, ſimul ſunt. cùm autem aliqua adinuicem referuntur dupliciter ſumi poſſunt, actu videlicet & poteſtate. relatio autē dicitur fieri ſm eandem rationem, vt quæ referuntur actu, ambo ſumantur vt actu, & quæ poteſtate, ambo ſumātur poteſtate. vnde ſenſus in actu refertur ad ſenſatum in actu, & econtra. & ſimiliter ſenſus in potentia ad ſenſibile in potentia, & econtra. Sic in propoſito, ſi non eſt numerans in actu, non erit numerus numeratus in actu: & ſi non ſit numeratum, quod dicit aptitudinem, neq̄ etiam poteſt eodem modo remanere numerabile, quod etiam aptitudinem dicit. licet enim poſſit remanere res illa, cui accidit iſte reſpectus numerabilitatis, tamen non remanebit ſub ratione, qua numerabilis. quemadmodū, ſi non ſit ſenſus in actu, non eſt ſenſatum in actu: & ſi non fuerit ſenſus in potentia, non

Quarto pº tex. 131.

Boethi opinio.

Alexādri, & Themiſtij ſolutio.

Opinio propria.

non etiam erit ſenſibile in potentia, licet remanere poſſit id, cui accidit ſenſibile eſſe, ſicut ſi non fuerit viſus in potentia non erit viſibile in potētia, licet remanere poſſit color, cui accidit viſibilem eſſe, ſed nō remaneret in ratione viſibilis, ſed ſub ratione, qua color abſolute: ita licet ſine eo, quod numerat, remanere poteſt numerabile, tamen numerabile remanere non poteſt niſi remaneret numeratum. cùm autem ita ſit, motus eſſe poteſt, ſi nulla res remaneat, quæ numeret. ſed prius et poſterius eſſe non poſſunt, vt dicit Themi. niſi numerentur atq̄ mōſtrentur. ſi igitur tempus mōſtratio prioris & poſterioris conſtituit, qui effecerit, vt ſine actione animi tempus cōſtet. imō, vt aſſerit, ſi bene perpendis, neq̄ motus animo dempto remaneret, qa anima eſt ſons, & origo motus circularis, qui eſt principium, & cauſa cæterorum motuum, vt aſſerit. Sed in hac ſolutione ſunt maximæ ambiguitates. Nam tūc dictum Ariſt. in. 2. de anima non eſſet verum, vbi dicit, ſoluēs rationem Antiquorū, cp licet ſenſus in actu ſint ſimul & ſenſatum in actu, in his autem, quæ ſunt poteſtate locum non habet, ſicut etiam Cōmen. dicit in cō. modo per vos etiam in his, quæ ſunt poteſtate, locum habet, quia ſenſibile in potentia refertur ad ſenſum in potētia. Amplius tunc videtur dictum Ariſt. in prædicamentis non eſſe verum, vbi probat cp non omnia relatiua ſunt ſimul natura, dans inſtantiam de ſcibili reſpectu ſcientiæ, & de ſenſibili reſpectu ſenſus. quia inquit cp deſtructo ſenſu poteſt remanere ſenſibile, & deſtructa ſcientia poteſt remanere ſcibile. ſed dicam ſibi quòd eſt falſum, & eſt purus error. quia, ſi ſcibile ad ſcientiam referatur in actu, ſunt ſimul: ſi in aptitudine, etiā ſimul ſunt & non ſunt. ſic. n. ſunt relatiua. quòd ſi ſumant vnum in aptitudine, & aliud in actu, tunc non eſt bona comparatio. vnde, licet deſtructa ſcientia in actu poteſt remanere id, quod eſſe poteſt ſcibile, non tamen remanere ret ſub ratione, qua ſcibile, ſi ſcientia omnino deſineret & actu, & aptitudine, vt patet intelligenti. Vnde Porphyrius in prædicamentis corrigit dictum Ariſto. ibidem, vt recitat Boetius, inquit. n. vniuerſaliter verum eſſe in omnibus relatiuis eſſe ſimul natura. vnde neq̄ ſenſibile eſt prius ſenſu, neq̄ ſcibile eſt prius ſcia. nam licet ſenſu guſtus ſublato, mel remanere poſſet, non tamen remaneret ratione qua guſtabile. & licet ſcia ſublata, ſubſtantiæ rerum poſſunt permanere, non tamen permanerent inquantū ſcibiles: qa omne ſcibile ſcientia ſcibile eſt. Mihi tamen videtur pro defenſione Ariſto. dicendum eſſe cp dictum ſuum in. 2. de anima ſit verum ad hominem. nam ſequitur contra Antiquos, qui aſſerebant omnia entia conſiſtere in apparentia & exiſtimatione, & ad eorum opinionem ſequebatur quiditates rerum conſiſtere in actuali relatione, & cp omnia erant actu ad aliquid, ſicut eſt videre in. 4. primæ philoſophiæ, vbi in tex. cō. 26. inquit, qui dicit omnia, quæ apparent, eſſe vera, omnia quæ ſunt facit ad aliquid, & ibidem in tex. cō. 25. arguit cp, ſi ſenſus & ſenſibile ſunt relatiua, ſ. ſm eſſe, ſicut dicebant Antiqui, tunc nō poſſent eſſe ſenſibilia ſine ſenſibus. Et ſimpliciter, ſi ſenſibile ſolum eſſet, nihil eſſet: profecto, cùm animata nō eſſent. ſenſus nanq̄ nō eſſet. neq̄ ſenſibilia ita q̄, neq̄ ſenſiones eſſe fortaſſis verum eſſet, ſentētis enim hæc paſſio eſt. Ipſa vero ſubiecta, quæ ſenſum faciunt, non eſſe etiam abſq̄ ſenſu, hoc impoſſibile eſt. Senſus nāq̄ non ipſe eſt ſui ipſius, ſed eſt aliquid aliud etiam præter ſenſum, quod neceſſe eſt prius ſenſu eſſe. mouens enim natura prius eſt moto. & ſi ad ſeinuicem dicuntur hæc ipſa nihil minus. vbi ſecūdum Ariſtotelem in his, quę ſunt relatiua ſecundum dici, vnum poteſt eſſe natura prius alio: ſicut dicit de mouente & moto, quod licet inuicem dicantur, vnum eſt natura prius reliquo. ſed ſm ſententiam Antiquorum ſenſibile & ſenſus erāt retiua ſm eſſe, & ſua ſubſtātra erat vnum habere ſe ad aliud. hoc enim eſt, quod facit his temporibus difficultatem. quia opiniones Antiquorum non ſunt famoſæ, vt patet per Auer. pº de anima. cō. 26. Vnde Alexan. in expoſitione illius tex. 25. quarti meta. expreſſe dicit illa eſſe dicta contra Protagorā, qui, dum ſenſibilia ſola eſſe putaret in habitudine quadam ſenſus, ad extrema ſenſibilia generari tradebat: quare quale cuiq; videretur tale illi eſſe ſenſibile. & ibidem Alexan. dicit cp & ſi mouēs & motum inuicem inter ſe referant, et agens & patiens, & quatenus talia ſunt ſimul exiſtant, natura tamen mouens efficiens q̄ prius eſt q̄m motum, & patiens. ſenſibilia igitur ſenſum præcedūt & poſſent eſſe, etſi non ſentirentur. ſed ſm ſententiam Protagoræ, & ſequacium ſequeretur cp ablatis ſenſibus auferenti ſenſibilia. Beatus doctor tamen in illo loco dicit conformiter. dicit. n. ſi ſolum ſic eſt aliquid, vt eſt ſenſibile, vt dicunt Antiqui, ſequeretur cp nihil eſſet, ſi ſenſus nō eſſent, & per conſequēs ſi non eſſent animata vel anima. hoc autem eſt impoſſibile. nam hoc poteſt eſſe verum, quòd ſenſibilia, vt ſunt ſenſibilia in actu, vt ſic non ſunt ſine ſenſibus. qua ſic ſunt, vt ſunt in ſenſu, & ſub hac ratione omne ſenſibile in actu eſt quædam paſſio ſentientis, quę non poteſt eſſe, ſi ſenſus non ſunt. ſed cp ſenſibilia, quæ faciunt iſtam paſſionem in ſenſu non ſint, hoc eſt impoſſibile. quod ſic patet. remoto enim poſteriori non remouetur prius. ſed res facientes paſſionem in ſenſu non eſt ipſeme: ſenſus, qua ſenſus non eſt ſui ipſius, ſed alterius, quod oportet eē prius naturaliter, ſicut moueſ eſt prius natura moto. viſus enim non videt ſe, ſed colorem. Et ſi contra hoc obijciatur cp ſenſus & ſenſibile ſunt relatiua, & ita ſunt ſimul natura, et interempto vno interimitur aliud, nihilominus ſequitur propoſitum, quia ſenſibile in potentia non dicit relatiue ad ſenſum, quaſi ad ipſum referatur, ſed quia ſenſus referē ad ipſum, vt dicitur in. 4. meta. in tex. cō. 20. Et iſta ſolutio cōcordat cum dictis Philoſophi in. 2. de anima in tex. cō. 142. & concordat dictis Auer. vbi dicit cp licet ſenſus in actu & ſenſibile in actu ſunt ſimul, non tamen eſt verū, quando dicuntur ſm potentiam.

Difficultas contra ſolutionem.

Vigeſimaſeptima cōtradi. eſt ſup eo. tex. Ariſt. quærit vtrum tempus habeat eſſe extra animam vel in anima. videt determinare cp, cùm tēpus ſit numerus motus, ſi nihil aliud eſt aptum numerare, q̄ alia, & animę intellectus, impoſſibile eſt tempus eſſe, niſi anima ſit. Ex aduerſo autem eſt ſententia Auer. in. 4. phy. in tex. cō. 97. vbi dicit Ariſt. in tex. cp, ſi eſſet idem inſtās omnino, nō fieret tempus. ſimiliter, ſi reputaremus ipſum eſſe idem, non reputaremus tempus fieri. vbi Cōmē. notat cp ex iſtis verbis demōſtratur, & ſignificatur cp tempus habet eſſe extra animam. In hac inſtantia qui vult diſtincte videre veritatem, oportet inſpicere naturam numeri. nam in hoc conſiſtit tota difficultas. qa ratio Philoſophi concludentis tempus non eſſe, anima dempta, conſiſtit ſupet hoc, cp tempus eſt numerus. & cū numerus, aut ſit numerat⁹, aut numerabilis, vterq̄ autem dependet ab anima, ideo, anima dempta, nō remanebit tempus. Primo igitur videdum eſt cùm tempus ſm mentem Cōmen. 4. phyſi. cō. 129. id, quod eſt quaſi forma in tēpore, eſt diſcretio, quia eſt numerus, & id, quod eſt quaſi materia, eſt continuatio, quia motus eſt, cuius tempus eſt numerus, oportet igitur videre quid ſit formale in numero. Ad hoc autem qdam dixerunt cp formale in numero eſt vnitas. & hoc videtur probari authoritate Philoſophi in. 4. phyſi. in tex. cō. 133. vbi dicit cp extra mentem nihil aliud eſt quàm menſuratum, & totum menſuratum nihil aliud eſt q̄ multa metra. vbi Cōmen. dicit in cō. cp numerus nihil aliud

Quarto phyſ. tex. 131.

Quę fuerit prima opinio.

aliud est ꝙ vnitates multæ, & vnum nō est aliud à numero. Et confirmatur. quia illud est formale in numero, quo addito vel subtracto variatur species, & forma numeri: sed addita aut subtracta vnitate, variatur species numeri quare, etc. antecedēs patet ex. 8. meta. tex. cō. 10. vbi dicitur ꝙ species entium sunt sicut numeri. vbi expresse dicitur ꝙ addito aut ablato aliquo à numero variatur species numeri. Sed ista opinio nō potest stare, quia materia & forma non coincidūt. 2. phy. tex. cō. 70. sed vnitates sunt partes materiales integrantes numerum: igitur non sunt partes formales, vnde sicut duo semicirculi sunt partes materiales circuli et nō formales, ita vnitates in numero. Confirmatur. 7. meta. tex. cō. 35. partes materiales sunt distinctæ à formalibus, & formales sunt natura priores, & sunt quæ assumūtur in ratione & definitione. cū igitur vnitates sint materia & partes integrales: cōparatio enim partis ad totum est comparatio materiæ ad formā. 2. physi. tex. cō. 31. &. 7. meta. cō. 35. ideo vnitas non potest esse formale in numero. Alij dixerunt ꝙ determinata distantia ab vnitate, quæ est principium numeri, est formale in numero. verbi gratia distantia determinata, qua distat trinitas ab vnitate, constituit ternarium, & distantia, qua binarius distat ab eadem, constituit binarium. Sed ista positio stare non potest, quia talis distantia est per magis & minus distare: & ista facit differentiā fm multitudinem & paucitatem. quia quæ minus distant sunt pauca, & quæ plus sunt multa: sed multum & paucum sunt accidētia numeri, sicut magnum & paruum in continuo sunt accidentia, & non faciunt differētiam in continuo fm speciem. Amplius differre per distantiam est differre per respectus. & si istæ species numerorum sunt absolutæ, quomodo igitur differunt per respectus. Item effectus positiuus dicitur habere causam positiuam: talis distantia dicit priuationem formaliter: igitur, &c. Ioā. Bachonis in. 2. sentē. distin. 2. quæst. 1. dicit ꝙ, cū ex mente Philosophi. 5. meta. tex. cōmen. 11. vnum dicat formaliter indiuisionem, & ꝙa omnis negatio reducitur ad suam affirmationem, omnis numerus vnus, quia est indiuisus in suo esse, talis iudicio reducitur ad suam affirmationē: & est, quia quilibet numerus in se est semel tantus. & ista est ratio formalis, quæ est de substantia numeri. vnde. 5. meta. tex. cō. 19. sex est semel sex, non est bis tria, neque ter duo. Vnde vnitas dupliciter sumit. Vno modo materialiter, & illo modo sumitur, dum dicimus binarium esse compositum ex duabus vnitatibus, & ternarium ex tribus: et illo modo vnitas nō est forma numeri, sed materia seu pars integralis. Alio modo sumit vnitas pro illa ratione formali, per quam aliquid est semel tale, puta semel sex, vel semel tria. & sic tale est formale in numero, & est de substantia numeri. & per hoc patet ad argumenta superius, quæ probant vnitatem non esse formale in numero, quòd procedunt sumendo vnitatē primo modo, & non secundo modo. Et ad authoritatem Cōmē. soluitur ꝙ numerus non est aliud ab vnitate, verū est integratiue loquendo de talibus vnitatibus, quæ sunt materia numeri. sed vltra illas vnitates, quæ sunt sicut materia, oportet imaginari vnitatem, quæ est sicut forma. Et subdit præfatus doctor ꝙ vnitas, quæ est principium numeri, quo videlicet quilibet numerus est semel tantus, differt ab vno, quod cōuertitur cum ente, licet vtrūq; dicat indiuisionem. quia vnum, quod conuertitur cum ente, dicitur de omnibus modis vnius positis in. 5. meta. tex. cō. 7. vsq; ad. 12. sed vnū, quod est principium numeri, dicitur spectaliter. nō enim dicitur de vno cōtinuo, immo est modus oppositus illi. Secunda differentia. quia vnum, quod cōuertitur cum ente, non dicit dispositionem additam essentiæ, vt dicit Cōmen. contra Auicen. 4. met. cō. 3. &. 10. meta. cō. 8. sed vnum, quod est principium numeri, est accidens additum. cuilibet enim rei accidit numerari. Tertia differentia est, ꝙ vnum, quod cōuertitur cum ente, est trāscendens, & conuenit cuilibet rei, & nulli est mensura. sed vnum, quod est principiū numeri, est mensura cuiuslibet rei. Sed ista opinio istius doctoris stare nō potest, quia vnum, quod est principium numeri fm Cōmen. est vnitas materialis, quæ pertinet ad prædicamētum quantitatis: tale enim vnum est accidens, & dicit dispositionem additā essentiæ. sed vnitas formalis, quę constituit numerum in specie, per quam quilibet numerus est semel tantus, non dicit dispositionem additā essentiæ, immo talis vnitas constituit quidditatem & essentiam numeri. vnde talis vnitas formalis, constituēs speciem numeri, insequitur vltimam differētiam numeri constitutiuam: & talis vnitas est quoddam cōprehensum sub vno transcendenter sumpto, sicut infertus sub vno superiori, quod est cōmune cōmunitate ad omnia analogice. Vnde æquocatio decepit vtrum istū. nam Cōmen. vult ꝙ vnum, quod est synonimum enti, conuertitur cum ente, & non dicit dispositionem accidentalem in entibus, sicut volebat Auice. ꝙ ens & vnum essent accidentia addita essentijs rerum. sed vnū, quod est principium numeri prædicamentalis, qui causat ex diuisione cōtinui, & in solis materialibus inuenitur, tale vnum est quod est accidens. & ita etiā vnitas illa numeri discreta fm mathematicā abstractionem est accidens additum essentiæ, & tales vnitates sunt partes integrales numeri, & nulla talis est formalis. sed vnitas formalis est in sequens differentiam essentialem, vt dicimus. & talis continetur sub vnitate transcendente. & ista est via Auer. sine dubio. Secūdum, quod oportet videre, est, an numerus habet esse extra aīam, vel in anima. Pro quo animaduerte, ꝙ Cōmē. 4. phy. cō. 131. dicit ꝙ esse numeri non est in anima omnibus modis, quia tūc esset fictum, sicut chimera & hircoceruus: sed esse eius extra mentem est in potentia propter subiectum proprīū, & esse eius in anima est in actu, s. quando anima egerit illam actionem in subiecto præparato ad recipiendum illam actionem, quę dicitur numerus. vbi per subiectum intelligatis obiectum, sicut plerūq; sumit Philosophus, vt patet. 2. de generatio. & corrup. tex. cō. 7. tale enim est aptum recipere actionē animæ terminatiue non receptiue. quia numeratio illa actualis est actio immanens, & est in anima actu numerante. Et, vt possis bene iteligere, debes scire ꝙ duplex est numerus, Mathematicus videlicet, & Formalis, vt elicitur ex sententia Cōmen. pº meta. cō. 38. & est differentiater hos numeros. Quia numerus mathematicus est forma abstracta à rebus numeratis, & est in aīa solum in esse abstractionis, & non multiplicatur ad multiplicationem rerū numeratarum. de hoc numero loquitur Arist. in. 4. phy. in tex. cō. 132. vbi dicit ꝙ numerus septem canum, et numerus septem equorum est vnus & æqualis, licet res sint diuersæ. Et etiam hoc idem repetit in vltimo textu illius tractatus te. cō. 114. vbi dicit, quòd bene dicitur ꝙ numerus hominum & numerus canū est idem, cū fuerit æqualis. Numerus formalis est numerus determinatæ rei, vt numerus decem hominum vt est hominum decē, & numerus linearū vt est linearum. & isti numeri formales sunt multiplicati & diuersificati, sicut formæ sunt diuersæ. quia tales sunt subiectiue in ipsis rebº, vel sunt illę res fm diuersas vias. Hoc stāte, si sumatur numerus in actu, quo anima actu numerat res numerabiles, talis vt sic est in actu in anima: extra animam aūt non habet esse nisi in potentia, videlicet vt consyderantur res, quæ sunt aptæ natę numerari, sicut decē hominū numerus formalis est extra

Secunda opinio.

Bachonis opinio.

Numerus simplex mathematicus, & formalis.

animam,

animam, quia talis nūmerus, licet anima non numeret illum in actu, tamē ille est numerabilis ex natura rei ab anima. & ideo dato ꝙ anima non esset in ratione actu numerantis, dico ꝙ ille numerus formalis, qui est subiectiue in ipsis rebus, vel qui numerus est subiectū aptū natum numerari per animam, remanet & habet esse in esse numerabili. & hoc est, quod dicit Cōmenta. ꝙ numerus habet esse extra mentē in potentia propter subiectum, quod est aptum recipere illam actionē ab anima, i. ꝙ est aptum natum numerari per animam. Sed nunquid si anima desineret esse, non solum in actu numerans, verūetiam & in potentia seu in aptitudine, numerus haberet esse extra animam in potentia? Respondeo ꝙ bene posset remanere fundamētum absolutum, sed non remaneret in ratione numerabilis. sicut, si gustus desineret in actu, posset remanere gustabile in potentia: sed si desineret gustus in actu & aptitudine, desineret gustabile omnibus modis, licet bene posset in illo casu permanere mel, sed non remaneret sub rōne gustabilis. sic de visu, destructo actu & aptitudie, destruetur visibile actu & aptitudine, sed bene illo casu posset remanere color. ita destructa anima ad imaginatiōem in ratione numerantis, nō solum in actu, verūetiam in aptitudine, non remanere posset, nec posset intelligi remanere aliquid in ratione numerabilis. quia, sicut numerus numeratus dicitur relatiue ad numerantem, sic numerus numerabilis dicitur relatiue ad numeratiuū, vt dicunt expositores. & sic soluitur argumētum Boethi cōtra Arist. qui dixit, dato ꝙ anima dematur, posset remanere numerabile, sicut dempto sensu potest remanere sensibile: verum est, ꝙ destructo sensu in actu, potest remanere sensibile in potentia, quod nō dicitur relatiue ad sensum in actu, quia sensatum in actu refertur ad sensum in actu, sed sensibile in potentia refert ad sensum in potentia: & destructo sensu in potentia non posset remanere sensibile in potentia sub illa ratione, qua sensibile, quia implicat contradictionem, licet bene posset remanere illud, quod est sensibile, puta color, aut sapor: sed illud nō remaneret vt visibile, destructo visu in aptitudine, nec illud vt gustabile, destructo gustu in potentia seu aptitudine. Ex hoc sequitur ꝙ, licet numerus sit quantitas discreta, & quò ad suum materiale sit ens absolutum, tamen illa quantitas, vt numerata aut numerabilis, dicitur relatiue ad animam. aliter decisso Philosophi in textu nulla esset. non. n. inconuenit ꝙ aliquid possit numerari in diuersis generibus fm diuersas rationes formales, vt dicit Arist. in fine prædicamenti qualitatis. & est sententia eius Cōmen. in. 5. meta. cap̄. de quanto, de magno & paruo, ꝙ vno modo sunt accidentia quanti, & alio modo sunt in cap̄. relationis, vt vnum dicitur in respectu alterius. & in hoc multi sunt decepti credentes numerum simpliciter esse rem absolutam. sed illud nō est verum ex omni parte, sicut diximus. His prænotatis deuenio ad quæstionis propositæ contradictionis, qua quærebat an tempus sit in anima vel extra animam, cùm hincinde videantur authoritates & rationes ad vtrāq; partem. dico ꝙ, cùm tempus sit numerus motus, dicendū ita est de tempore, sicut de numero. Pro quo animaduerte ꝙ, vt patet ex determinatis in hoc tractatu de tēpore, tempus dicit duo, videlicet numeratum esse prioris et posterioris primi motus passiue, vel fm actum, & tunc dicitur numerus numeratus: vel fm aptitudinem, & tunc dicitur numerus numerabilis, iuxta distinctionem Philosophi in tex. cō. 131. & dicit etiam rationem numerandi seu potius fm Græcos rationem mensurandi actiue: & hoc vel actu, vel aptitudine suo modo. rectius enim tempus dicitur numerus motus, ꝙ mensura, quia non solum est mensura motus, verūetiam quietis, vt dicūt expositores Græci. sed nō est numerus numeratus aut numerabilis fm prius & posterius, nisi respectu motus tantum. & ideo definitur per numerum conuenienter. Et animaduerte fm Alex. & Themist. ꝙ prima ratio, quæ in passione consistit, constituit temporis quidditatem. secunda vero est passio eius, quæ dicitur in actione consistere. sed fm Cōmen. in cō. 102. &. 121. vtraq; pertinet ad quidditatem temporis: licet prima per prius & secunda per posterius. sic enim videtur mihi ipse intelligere in redargutione Themistij. Et videtur facere pro opinione eius tex. cō. 102. vbi Arist. posuit temporis definitionem, in qua dicens tempus esse numerum motus, à signo probat numerum esse tempus. ꝙ omne, per quod determinatur plus & minus de aliquo, est numerus eius: sed per tempus determinatur plus & minus de motu: igit tempus est numerus eius. Sed ꝙ velles tenere oppositum, habet etiam textū illum in secunda parte sui pro Græcis, quia Arist. ibi statim ponit diuisionē numeri, videlicet, quò numeramus, & ꝙd numeratum est. & ita vult ꝙ tempus sit numerus numeratus primo & per se. Dico igitur quicquid sit de hoc, quia satis supra de hoc dictum est, tempus videtur esse quoddam ens medium: quia quodāmodo est ens naturale, & quodāmodo est ens imaginabile seu mathematicum. & hoc est, quod multi non potuerunt videre in illo tractatu ante nostra tempora. &, nisi sic dicaī, nunquam per vitam meam possunt tot, & tantæ contradictiones tolli. Dico igitur, cùm quiditas tēporis, vel prima ratio eius, quæ ad eius quidditatem spectat, sit in numeratione passiua, vel fm actum, vel fm aptitudinem, sic tempus, si sumatur vt est numerus numerabilis, est extra animam, & illo modo est ens naturale: & motus sumit in definitione eius, sicut subiectum in definitione propriæ passionis, quia motus extra animam habet aptitudinem naturalem, vt possit numerari fm prius & posterius, dato ꝙ anima non esset actu numerans. et in hoc casu dic, sicut dixi de sensibili. Si tamen poneretur casus, ꝙ anima desineret quò ad rationē numerantis, non solū actu, sed aptitudine, tunc dico ꝙ nullo modo remaneret ratio tēporis, quia tempus formaliter est numerus, & numerus, vt numerus est, aut est numeratus, aut numerabilis, & omni modo proportionaliter refertur ad animam: tamen in illo casu remaneret motus, quia motus, vt motus, non refertur ad animam numerantem, nec numeraturam. Et hoc voluit dicere Cōmen. in. 4. phy. in cō. 109. vbi dicit ad qōnem quæritem cur, cùm tempus sit quodāmodo continuū, et quodāmodo discretum, potius tum definitū per discretum, cùm sit dictum tempus esse numerū motus. & soluendo dicit dicamus ad hoc, ꝙ extra mentem non est nisi motum, & motus & tempus non fit nisi quādo anima diuidit motum per prius & posterius, & hæc est intentio numeri motus, s. motum esse numeratum. & ideo substātia temporis, quæ est quasi forma, est numerus, & ꝙ est in eo quasi materia est motus continuus. Si autem sumatur tempus, vt est numerus actu numeratus ab anima fm prius & posterius ꝑmi motus, sub illa ratione non est, nisi in anima, quia numeratio illa actualis est actio immanens, & non est nisi in anima. & illo modo videtur mihi tempus esse ens imaginarū & mathematicum. dicit enim Cōmen. in. 4. phy. cō. 111. ista est dispositio entium naturalium, vt habeant esse, licet ab anima non comprehendantur: & in. 7. meta. cō. & tex. cōmē. 46. substantię sensibiles non diuersificantur quando definiuntur, & quando non definiuntur, sicut est dispositio in visibilibus, quæ non sunt magis visibilia, quando videtur, ꝙ quando non videntur. eodem habeī ibidem in tex. cō. 68. ꝙ essentiæ rerum intelligibilium sunt existentes, licet non intelligātur. Et ex hoc

Rō tēpus sit in anima, vel extra aīmā.

scire

Definitiões dant ſm aptitudinẽ, non ſm actum.

ſcire potes, frater mi, ꝙ definitiones rerum dantur ſm aptitudinem & non ſm actum. quia ſi definitio temporis intelligeretur ſm actum, ſenſus eſſet ꝙ tẽpus eſt numerus numeratus in actu prioris et poſterioris motus. ſed ꝙ Auer. numerus, vt eſt actu numeratus, eſt in anima, & eſt ens imaginabile, & non naturale: igitur definitio illa nõ eſſet naturalis. & ideo oportet dicere ꝙ intelligatur ſm aptitudinẽ, quia illo modo habet eſſe extra animam propter ſubiectum proprũ, quod aptum natum eſt recipere illã actionem. vnde Cõmẽ. 4. phy. cõmẽ. 132. dicit res, quæ ſunt in mente, non accipe motus in definitione illarum. Sed dices, ſi definitio illa ſm actum eſt quid, quod cõſyderari poteſt, quæro à quo conſyderatur. non à Naturali per te, quia tẽpus illo modo non eſt naturale. nec à Mathematico, quia in illa definitione ſumitur motus, & in definitione entium imaginabilium nõ ſumitur motus. nec à Diuino, vt patet, quia ille non definit per motum. & eſt pulchra difficultas, ſicut vides. Reſpõdetur ꝙ, ſi illa definitio illo modo intelligaí, ſpectat vel ad Mathematicũ, vel ad Naturalem vtentem mathematica abſtractione & conſyderatione. nam, ſicut dicit Alexander in principio libri priorum, Naturalis in quampluribus locis vtitur conſyderatione mathematica. Et quando dicitur in definitione entium imaginabilium non ponitur motus: Reſpondetur ꝙ in caſu illa proprie non eſſet definitio, qa definitiones non ſunt exiſtentium in aliqua ſcientia, ſed eſſet quædam notificatio. & tunc dico ꝙ notiones mathematicæ, licet non ſumant motum in entibus mathematicis, qui eſt naturalis, poſſunt tamẽ ſumere motum imaginarium. ſimiliter Mathematicus non definit aliquid per motum tanꝯ per ſubiectum, ſicut facit Naturalis in definitione temporis, tamen bene Mathematicus poſſet definire per motum in ratione numerati, inquantum numeratum abſtractum, quia ratio numeri vt ſic abſtrahit, in eo quod numerus eſt, à materia ſenſibili, vnde motus, vt numeratus vel numerabilis, abſolute eſt res mathematica: ſed vt eſt numerabilis ſm ꝓpius & poſterius motus exiſtentis in primo mobili, ſic eſt res naturalis. ſicut dicimus in ſimili, ꝙ eædẽ ſunt lineæ naturales, & mathematicæ. 2. phyſi. 18. Si autem tẽpus ſumatur, quò ad ſecundã ſui conditionem, quę eſt mẽſurare actiue, ſic dico ꝙ habet quodãmodo eſſe imaginarium. eſt enim ad inſtar & ſimilitudinẽ numeri mathematici, qui vt dicit Cõmen. pº meta. cõ. 38. nõ multiplicatur ad multiplicationem rerum numeratarum, & ſm tale eſſe numerus habet eſſe abſtractũ in anima. iſto enim modo docuit Ariſt. nos imaginari tempus in tex. cõmẽ. 112. & 134. ſicut eſt, inquit, idẽ numerus & æqualis ſeptem canum, aut ſeptem equorũ, aut decem ouium, & decem hominum, ſic eſt vnum tempus, licet res numeratæ non ſunt eędem. patet autem ꝙ iſta non verificantur niſi de numero mathematico. & ideo intellectus temporis, in ratione, qua eſt numerus menſurans omnes motus, & eſt vnum & idem reſpectu omnium, non poteſt imaginari niſi ſm mathematicam abſtractionem. vnde ẽt in. 124. tex. dicit ꝙ ita eſt de nunc in toto tempore, ſicut eſt de puncto, vbi Cõmenta. expreſſe dicit ꝙ quemadmodum Geometræ dicũt ꝙ eſt vnum & idem punctum, quod per ſui fluxum cauſat lineam, ita eſt de ipſo nunc. vnde ſine dubio non poteſt motus imaginari menſurari à tempore, neꝙ tempus à motu, niſi ſm ſimilitudinem dimenſionis linealis, vt ſupra diximus. Et ſm iſtam conſyderationem verificatur dictum Alexandri, qui dixit, vt refert Simplicius, ꝙ numerus eſt in anima, intelligit de numero in ratione, qua eſt menſura, cui competit mẽſurare actiue in ratione numerantis, quia quod principaliter mẽſurat eſt anima, & de animæ poteſtatibus eſt animę intellectus.

Et iſto modo verificatur dictum Boethi, qui aſſeruit, referente Themiſtio in digreſſione, ꝙ nulla menſura fit à natura, ſed mẽſurare & numerare noſtrum eſt opus, & animæ noſtræ eſt functio, loquitur enim de menſura & numero, vt eſt inſtrum, per quod anima mẽſurat & numerat. Et iſto modo verificatur dictum Auer. in cõ. 131. ꝙ eſſe numeri non eſt in anima omnibus modis: quia tunc eſſet ens fictum & falſum, ſicut chimera & hircoceruus: ſed eſſe eius in anima eſt in actu, & eſſe eius extra animam eſt in potentia propter ſubiectum proprium, quod eſt aptũ recipere illam actionem. Ex his, frater mi, patere poteſt tibi intellectus arduę difficultatis non ſolutæ per Themiſtium, qũo poteſt eſſe idem numerus in diuerſis numeratis, cùm numerus ſit accidens, qũo idem accidens, aut eadem affectio. Ariſt. enim tempus affectionem, habitumq; motus appellat. Dicunt autem aliqui ad hoc, & eſt Ioã. de Bachone ꝙ accidentia ſunt in duplici differentia. quædam. n. ita ſe habent, ꝙ eorum vnitas conſiſtit in quadam determinatiõe, vt determinata albedo eſt in determinato ſubiecto: & talia non habẽt niſi ſubiectum vnum. ſunt iterum alia, quorum vnitas conſiſtit in quadam collectione, ſicut exercitus vel ordo: & ibi non tenet quin idem accidẽs poſſit eſſe in pluribus ſubiectis. & ita vnus ſenarius, qui eſt ſemel ſex, conſiſtit in vnitate collectiua, & ita poteſt eſſe in pluribus. Quod ſi dicatur ꝙ vnum in multis eſt vniuerſale, & ita ſi numerus idem eſſet in multis, ſequit ꝙ non eſſet numerus ſingularis, ſed vniuerſalis: Soluunt ꝙ illud, quod eſt vnum in multis per prędicationem, eſt vniuerſale, non autem vnum, cuius vnitas eſt per collectionẽ, eſt vniuerſale. nã vnitas domus & acerui in collectione & coniunctione partium cõſiſtit. et ſic ẽt dicit Herueus in quolibeto. 2. queſt. 11. ꝙ vnum accidẽs diſcretum poteſt eſſe in pluribus ſubiectis. & ſi dicatur ꝙ tunc idem accidens eſſet in duobus ſubiectis, quoꝝ vnum eſt vltra mare, & aliud citra, dicit hoc non inconuenire, ſed bene hoc videtur inducere quandã admirationem. Cogitur autem iſti ad iſtas ſolutiones. quia videntes Ariſto. collocare numerũ in prædicamento quantitatis, quæ à toto genere eſt ens abſolutum, crediderunt numerũ eſſe formam omnibus modis abſolutam. & cùm ſit accidens, & omne accidens ſit in ſubiecto, ideo dixerũt numerum eſſe in diuerſis ſubiectis: & ita non habent pro inconuenienti ꝙ vnum accidens numero poſſit eſſe in diuerſis ſubiectis ſm rẽ extra aíam. Sed iſta optimo procedit ex falſa imaginatione. qa, ſi numerus diceret formam oĩbus modis abſolutã, tunc periret iudicium Ariſ. in. 4. phy. in tex. cõ. 131. vbi dicit ꝙ, cũ tempus ſit numerus motus, & numerus ſit duplex, aut numeratus aut numerabilis, & vterꝙ in relatione conſyderetur, & cõſiſtat, quia numeratus refertur ad numerantem, & numerabilis ad numeratuum, cũ nihil numeret, vel ſit aptum numerare niſi anima, & animæ intellectus, ſequitur igitur ꝙ dempta anima non remaneret tempus. Amplius ſequeretur, ꝙ dictũ Auerr. eſſet falſum, ꝙ eſſe numeri extra animam non eſt in actu, ſed in potẽtia. Amplius non maioris virtutis eſt cõmunicatio formæ accidentalis q̃ ſubſtantialis: ſed impoſſibile eſt vnam formam ſubſtantialem numero informare plures materias ſepãratas, quarum vna non eſt pars alterius, nec cum alia facit vnum, ſicut patet ex .ꝑcellu Philoſophi & in pº, & in. 7. meta. cõtra Platonẽ: igitur multominus vnum accidens numero in actu poteſt eſſe in diuerſis ſubiectis ſeparatis. Amplius, cũ numerus ſit accidens in diuerſis ſubiectis exiſtens ſeparatis, tũc ſequeretur quòd vnum accidẽs poteſt definiri per plura ſubiecta. & tũc iterum ſequitur ꝙ cùm tempus ſit numerus motus: & numerus numeratus per vos ſit in pluribus ſubiectis: igitur

igitur tempus habet plura ſubiecta, conſequẽs eſt contra Cõmen. in. 4. phyſi. in cõ. 132, qui vult ꝙ habitudinem formæ cum ſubiecto tempus non habet, niſi cum primo motu, ſed habitudinem numeri cũ re numerata habet cum cæteris motibus, &, quia numerus non eſt in rebus numeratis, ſicut accidens in ſubiecto, ideo numerus non multiplicatur ad multiplicationem rerũ numeratarum: & per conſequens numerus inquantũ numerus non fundatur in pluribus ſubiectis. Dicamus igitur ꝙ fundamentũ illorũ falſum eſt, videlicet ꝙ numerus ſit ſimpliciter forma abſoluta. & quãdo dicitur ꝙ eſt in prędicamento quãtitatis, reſpondetur ꝙ eſt in eo ꝙ quantitas eſt, ſed in eò ꝙ numerus, eſt in prædicamento relationis. quia non incõuenit vnum & idẽ eſſe in diuerſis prędicamentis ſm diuerſas cõſyderationes. Dico igitur ꝙ numerus extra animã habet eſſe in potẽtia in rebus numeratis vel numerabilibus. quia ſeclusa omni operatione intellectus, manus mea habet ꝙnque digitos, & iſte numerus quinarius extra animam, inquãtum reſultat ex quinque vnitatibus digitalibus, eſt idem in re, quod quinq; digiti, ſed ſi anima non fuerit in actu, iſte numerus non eſt in actu, ſed bene eſt numerus numerabilis in potentia, ſi autem debet extrahi de potentia ad actum, hoc fit per opus animæ actu numerantis. & ſic ille numerus eſt in anima in actu, & in rebus eſt obiectiue nõ ſubiectiue. ſi autem anima deſineret in ratione numerantis actu & potẽtia, quinque digiti remanerent, ſed nõ remanerent ſub ratione numerabilis, ſed in ratione qua digiti & quantitatem habentes. vnde numerus extra animam illo modo ſeclusus nihil aliud eſt niſi res illæ, ad quas ſequebatur aptitudo ad numerationem. bene igitur anima ceſſante in actu numerare, extra animam eſſet numerus numerabilis, & nil aliud eſt, niſi res illę, quæ numerari ſunt aptæ. ſed iſta aptitudo inſequitur illas naturas in ordine ad animam, & ſm illam rationem habẽt vnitatem potẽtialem, quæ deducitur ad actum ab anima ipſa: quia nunq; poſſunt res eſſe in tanta multitudine & diſtãtia, quæ in ordine ad animam nõ ſint aptę recipere vnam rationem, vt ab anima ſunt cõparabiles. Sic igitur, frater, mi intellexiſti qũo eſſe numeri eſt in potẽtia, et non in actu extra animam. Et ꝙ hoc ſit verum oſtenditur. nam Ariſt. 7. meta. tex. cõ. vltimi dicit ꝙ iſta ſyllaba, BA, non eſt idem, ꝙ B & A: quia B & A poſſunt exiſtere ſeparata in rerum natura, & tñ ſyllaba illa non eſt ſimiliter: dico ꝙ numerus binartus, q eſt in duobus hominibus, non eſt aliquid extra animam, niſi illi duo homines, & vnitas vnius non eſt vnitas alterius, & illæ ſunt vnus binartus in potentia, ſed binarius in actu apprehenditur ab anima apprehẽdente differentiã illam vltimam in potentia exiſtentẽ extra animã in illis duabus vnitatibus in potentia exiſtentẽ, & ſic eſt binarius in actu. vnde differentia illa, quæ importat vnitatem formalem, educitur in actu ab intellectu agẽte. Et ideo animaduerte ꝙ ſunt quædam accidentia, quæ conſequũtur res abſolute, non per aliq̃ habitudinem ad animã: & talia ſunt accidẽtia, quæ habent eſſe perfectum, ſicut eſt quantitas, & qualitas, & id genus. quædã vero, quæ conſequuntur res per comparationẽ, quam habent ad animã, ſicut eſſe ſenſibile, eſſe intelligibile, eſſe numerabile, eſſe cõparabile, & id genus. vnde color in ſequitur corpus abſolute, ſed coloris viſibilitas non inſequitur colorem, niſi vt habet habitudinẽ ad viſum. vnde Themi. in. 2. de anima capi. 22. in expoſitione tex. 66. inquit ꝙ viſile viſu abſuncto non manet, niſi in potentia: at color ẽt nunquam conſpectus ſemper eſt color. Et ideo in hoc eſt differentia, quia accidentia, quæ inſequuntur ſubiectum abſolute, habent ex natura rei eſſe in actu perfecto ſine opere animę, ſicut eſt color, et ſapor, & odor, & id genus. ſed accidẽtia, quæ inſequuntur ſubiectũ in ordine ad animam, nõ habent eſſe perfectum, neq; completum extra animã, ſed ſolum habent eſſe in potentia, & vnitas eorum extra animã eſt in potẽtia. Et de hoc genere, frater mi, eſt numerus. quia ſm ſuum eſſe inſequitur rem in ordine ad animã. quia numerus, inquantũ numerus eſt, aut eſt actu numeratus, aut potentia. & qũocunq; ſumatur ſemper depẽdet ab anima ſuo modo, vt dixi. & ideo numerus extra aíam non habet vnitatem in actu, ſed in potentia ſeclusa operatione animæ, pro quãto extra animam ſunt vnitates in diuerſis ſubiectis, quæ numerari poſſunt, & efficere vnum numerum in actu, aut in potentia numerabilem ab anima. vnde numerus decẽ hominum, ſeclusa opere animæ numerãtis in actu, eſt numerus numerabilis in potentia. & ſi anima non eſſet numeratiua, adhuc ille numerus non eſſet numerabilis, ſed ſolum eſſent vnitates illæ abſolute, quarum quælibet eſſet in vno exillis decem, ſed non extra animã numerus numerabilis eſt aliquod accidens ſubiectiue exiſtens in rebus numeratis, ſed præciſe nil aliud eſt, niſi vnitates illę rerum, quę numerari poſſunt. Sic igit decepti ſunt iſti viri, qa crediderunt numerum formalem eſſe accidẽs abſolutum diſtinctum à rebus numeratis, & ſubiectiue exiſtẽs in rebus numeratis, licet diuerſis, & in quacunq; diſtãtia exiſtentibus. ſed non eſt ita per vitam meam, imo eſſe numeri extra animam eſt in potentia modo prædicto, & non eſt aliud, niſi res, quæ numerari poſſunt. vnde numerus, qui dicit accidens diſtinctum & abſtractum à rebus numeratis, eſt numerus mathematicus: & ille eſt in anima in eſſe abſtractionis, & nõ eſt in rebus numeratis, ſicut accidẽs in ſubiecto, ſed ſolũ dicitur eſſe in eis per denominationẽ extrinſecam. qa ex quo anima per talem numerũ abſtractum in ipſa exiſtentẽ numerat illas res, ex hoc illæ res denominantur numeratæ. Animaduerte igitur & bene conſydera, quia pauci admodũ potuerũt pertingere ad hęc. Aduerte tamen in hoc tractatu maximam eſſe diſcordiã inter Græcos expoſitores & Auer. quia Græci volunt, licet Ariſto. dixerit tempus eſſe paſſionem quandam, & habitum motus, per paſſionem non intelligi quòd ſit paſſio alicuius motus, vel omnũ motuum per informationem, ſicut vult Cõmẽ. ꝙ eſt paſſio vt forma reſpectu primi motus: imo volunt ꝙ quidditas temporis eſt numerus numeratus prioris & poſterioris omnium motuum, licet hoc principaliter verificetur de primo. vnde Themiſtius ſic exponit te. cõ. 112. vbi Ariſt. quærit vtrum tempus ſit numerus cuiuſdam motus an cuiuslibet. & ſub hoc intellectu procedit digreſſio, qũo non ſunt plura tempora, ſed volunt ꝙ tẽpus habet menſurare omnem motũ, & hoc eſt paſſio eius. Sed dices, ſi ſm Grecos numerus numeratus cuiuslibet motus tempus, igitur quot ſunt motus, tot ſunt tẽpora. Reſpondeꝛ ꝙ iſte numerus numeratus nõ dicit aliquod accidens exiſtẽs per informationem in rebus numeratis, ſicut forma in ſubiecto, quia tũc argumentũ demonſtraret: ſed eſt in eis terminatiue, & per denominationẽ extrinſecã. nam actio illa numerandi, qua anima numerat prius & poſterius in quolibet motu, eſt actio imanẽs, & per illam denominantur numerata eſſe vel numerari illa priora & poſteriora. &, quia oẽs motus conuenĩũt ſub iſta ratione, qua ſunt apti numerari, quia non menſurant niſi quantum ad quantitates eorum, ideo omnũ motuum ęquales q̃ntitates habentũ eſt vnus numerus & ęqualis. bene tamen volunt iuxta ſententiam Philoſophi, quòd hoc prius verificetur de primo, tanquam de cauſa, & regula omnium.

Vigeſimaoctaua cõtradi. eſt in tex. 112. Ariſt. Solũens quæſtionem, qua quærebatur vtrum motus cuiuslibet

Quarto phyſic. tex. 112.

Dubitatio contra Auer rem.

Soluto.

Alia ifiãta.

Soluto.

iuslibet vel cuiusdam tempus sit numerus, dicit ꝙ cuiuslibet. Sep opponebat per Themistium ex te. cõ. 99. &. 113. vbi Arist. determinat prius & posterius in tempore esse ex priori & posteriori in motu, in motu autem ex priori & posteriori in spacio. cũ autem tempus non sit numerus motus, nisi ſm prius & posterius motus: & motus non habet prius & posterius, nisi à spacio: sequitur ꝙ tempus solũ sit numerus motus habentis prius & posterius ex spacio, sed talis non est nisi localis: igit̃ tempus solũ est numerus motus localis. Amplius autem cũ motus localis alter sit circularis, et alter rectus: motus autem circularis nõ sit in spacio, sicut dicit Cõmen. in. 2. cœli & mun. in cõ. 46. spacium in circulari est magnitudo corporis, motus autẽ rectus proprie dicitur esse in spacio: sequitur ꝙ tempus erit solum numerus motus localis recti, aut saltem erit numerus eius primo & principaliter, & non circularis. cuius oppositum scribit Philosophus, & Cõmen. 4. phy. te. cõ. 133. & Cõmen. in cõ. 132. &. 133. & in cõ. 102. vbi vult ꝙ ly prius & posterius, posita in definitione temporis stẽt pro priori & posteriori primi motus. Confirmat, quia motus augmenti & motus alterationis nõ sunt in spacio. Et licet aliquis, vt dicit Themistius, posset hoc defendere in motu augmenti aliquo modo, cùm illud, quod augetur, videatur moueri à minori loco ad ampliorẽ, in motu tñ alterationis & generationis & corruptionis hoc dici non potest. quia stat totum simul alterari in eodem loco quiescendo. & ita istorũ motuum tempus non erit numerus ſm prius & posterius. Themistius autem videt paucis innuisse solutionem, inquit enim. Quò fit vt tẽpus aut solum motum localẽ principaliter mẽsuret, aut, si cæteros motus mensurat, principaliter tamen eo priore & posteriore nõ egeat, quòd à spacio situq; oritur. Solutio aũt sub dubio relicta est ab ipso. Cõmen. autem aperte dicit in cõ. 130, &. 132. ꝙ tẽpus non est numerus cuiuslibet motus, nisi ſm prius & posterius. qa prius est numerus motus localis q̃ alterum, & de localibus prius circularis q̃ recti, et de circularibus prius motus diurni q̃ aliorum. Sed tunc restat alia difficultas contra Auer. Nam, cùm motus diurnus sit primi mobilis, quod non mouetur super spacio, neque motus eius, vt dicit Alexander, sit in loco, quo igitur prius & posterius in eo sunt in tali motu à priori et posteriori in spacio? Amplius aũt, si motus augmẽti et alterationis nõ habent hmõi prius, quomodo igit̃ tempus erit numerus talium motuũ? Sũt (sicut vides) grandes & mirabiles difficultates, à quibus vix solers ingeniũ potest euadere. Dicam tñ id quod occurrit. ꝙ consuetudo Arist. fuit in rebus naturalibus ex notioribus nobis deducere nos ad res occultas. venaturus igitur Arist. prius & posterius in successiuis, in quibus nõ est situs, neq; suum esse est simul, deduxit nos ex priori & posteriori existentibus in magnitudine concernẽtibus situm. ibi enim apparet ꝙ mobile prius pertranſit priorem partem spacij q̃ posteriorẽ. & sine dubio motus iste localis, qui vere super spacio & in loco esse dicitur est rectus. ex hoc autẽ vt notiori manuduxit nos, vt intelligamus propriũ prius & proprium posterius, quæ sunt in motu, quę non cõcernunt situm, nec simul sunt, immo vno exist̃te aliud aboletur. vnde motus habet proprios terminos, quibus clauditur, & sunt mutata, & tales habent in motu proportionem, qualẽ habent instantia in tempore, & qualem puncta in linea. quando igitur intellectus imaginatur quantitatem aliquam tẽporis coextensam quantitati æquali motus, quę temporis quantitas est terminata per duo instãtia, & adæquatur quantitati motus terminatæ per duo mota, ita ꝙ correspondeat terminus termino, & cõtinuum continuo, tunc dicimus tempus illud esse mensuram illius motus. et eodem modo, quando per motum mensuramus motum, oportet vt anima sumat istam coaptationem motus respectu temporis. & eodem modo, quando sumimus quãtitatem magnitudinis & coaptamus eã motui, vel econtra, tunc per motũ mensuramus magnitudinem, & per magnitudinem motũ. tempus igitur prosequitur motum localem circularem primũ, vt determinat ẽt Philosophus in tex. cõ. 133. & mensuran do aliquã partem motus, per illam replicatã potest anima mẽsurare motum & totũ tempus, vt supra dixi, & per illud ẽt omnes reliquos motus secũdarios, quia omnibus motibus fluentibus ſm suam successionẽ ad instar lineæ correspondet vnum tempus, quod est præsens, seu nũc. Philosophus igitur plurimum de tempore loquens verificat dicta sua de motu locali, quia tẽpus apparet in eo: tum etiam, quia ex natura rei prosequitur illum, alios vero secundario. & sic verificant dicta Philosophi. vnde nõ est necessarium vt omne prius in omni motu inuentum oriatur à priori habẽte stum. sed hoc de locali locum habet, vt diximus. Sed est alia instãtia introducta per Themistium, si. n. vt ingt, tempus est cõmunis numerus omnis motus, qũo fieri potest vt ab ipso motu pendeat essentia temporis. nam, si neq; ab hoc, neq; ab illo motu pẽdet tempus, neq; simpliciter à motu pendebit. Sic in sift arguit Philosophus in prædicamẽtis, inquit. n. color in corpore est, ergo in aliquo corpore est. nã si non in aliquo singulorum, nec omnino in corpore erit. Ostendit autem Themist. consequentiam. quia absurdum est fingere idẽ esse prius & posterius in omni motu. hoc. n. est in quæstione, qũo idem motum possit esse in omni tẽpore. Nam si vnum sit, aut genere, aut specie, aut numero. si genere & specie fuerit vnum, erunt igit̃ plura numero. si vero fuerit vnum numero, qũo in rebus differentibus vnum erit accidens, et passio vna? Vnde, si tẽpus p̃tens, quod passionẽ & accidens motus appellat Philosophus, est vnũ numero in omni motu, vnum accidens erit in pluribus subiectis. & ita vnũ conuerteretur in plura, & per consequens desineret vnũ esse. & sic videtur ꝙ in diuersis motibus sunt diuersa momenta. Ex aduerso aũt, si non sit vnũ momentũ in omni motu, tũc tẽpus nihil erit ipsius motus. consequentia deducitur. quia nũc est mensura mobilis: & mobile, q̃d est causa motus, est vnum in toto motu: igitur & nunc erit vnũ in toto tempore. Ad hanc aũt quæstionem dici posset, posse vnum esse tempus in omni motu correspondens, vt ait Philosophus in tex. cõ. 134. sicut vna est numeri forma, qua numerant decem equi & decem canes, sic vno tempore omnes motus numerant. & hoc nil aliud est, nisi idem prius & posterius spectari in omni motu. quod falsum est, quia non idem prius & idẽ posterius ex omni motu colligitur. nisi forte hoc referas ad nostram cognitionem, vt quibuslibet diuersas res eodẽ numero numerare. & tunc sequi videt tempus nullam habere solidꝛtatem in natura, quod Arist. videt concedere, qui dicta anima asserit adimi tẽpus. nã vocare tempus mensuram, aut numerũ putare, hoc ipsi fingimus, nostrum est hoc opus, vt. n. ait Boethus nulla mẽsura constituitur à natura, sed mẽsurare et numerare nostrũ est opus. Et ideo ista, vt inquit Themist. nõ curãdum, sed pensim late & diligẽter sunt examinãda. vnde sicut non temere est recedendum ab opinione Aristo. sic ẽt non est leuiter assentiendũ. Dicimus nos in hac ardua quæstione ꝙ, cũ tempus sit numerus motus, esse numeri, vt dicit Cõmen. non est oibus modis in anima cõ. 131. quoniã, si esse eius in anima esset omnibus modis, tunc esset ens fictum, vt chimera & hircoceruus. sed esse eius extra mentem est in potentia, s. propter subiectum proprium, & esse eius in anima est in actu, s. quãdo anima fecerit

fecerit illam actionem, quę dicitur numerus. Isto stãte, reuoca parumper in memoriam id, quod supra dictum est, quòd cùm motus habet duplices partes, quasdã ex diuisione mobilis, et istas habet simul, & quòd ad istam diuisionem partium motus non mensuratur à tempore, nec sic tempus est in motu, vt motus est in mobili, & vt sunt cætera accidentia in suis subiectis, qa sic tempus multiplicaretur ad multiplicationem motuum, sicut & reliquia accidentia illo modo inhærentia multiplicantur ad multiplicationem subiectorũ. Habet iterum alias partes suæ successionis, quæ non sunt simul, & illa successio imaginatur ad instar dimensionis linealis. & illo modo imaginatur tempus esse linealis quantitatis, inſequens linealem quantitatem primi motus in ratione mensuræ, sicut formę adæquatę in subiecto adequato. Vnde imaginari docuit Arist. ꝙ sicut idem mobile causat per sui fluxum motum, sic instãs, quod est mensura mobilis, causat totum tempus. sub hoc autem instanti, quod est idem ſm substantiam in toto tempore, continentur omnes reliqui motus, habẽtes propria instãtia, & proprias successiones. Vnde, cùm tempus sit numerus numeratus prioris & posterioris primi motus principaliter, & secundario aliorum motuum propter causam assignatam à Philosopho in tex. 133. quia rationes mensuræ non inueniuntur in tempore, vt habet mensurare nisi vt comparantur ad primũ motum, quia ille est natura prior, & notior, & regularis, & velocissimus inter omnes motus, & sic habet rationẽ minimi & indiuisibilis in illo genere, videlicet mensuræ: tẽpus igitur, quò ad subiectum suũ, est extra animam, quia res numerata, quæ est ꝑus & posterius primi motus, principaliter est ens extra animam. tñ quando accipitur tempus in ratione, qua est numerus actu numerans motum aliquem, qui est pars primi motus, & vt per illum taliter determinatum à tẽpore anima numerat reliquum tempus & omnẽ alium motum, sic dependet actu ab operatione animæ, & illo modo habet esse abstractum in anima, & seperatũ à rebus ad similitudinem numeri mathematici, quo anima actiue numerat diuersas species rerum numeratarum per illã formam numeri abstractã: sicut cũ dicit ꝙ eodem numero numerantur decem canes & decem equi, manifestum est ꝙ hoc nõ est nisi de forma numeri abstracta in anima existente: & est illa forma numeri in anima saltem obiectiue, & est vna in se, licet respiciat diuersa subiecta, quæ extrinsece denominantur numerata ab illa. talis enim forma numeri numerãtis subiectiue non est in rebus numeratis. Eodẽ modo oportet te imaginari omnem motum, quò ad suum prius et posterius subiacere in ratione rei numeratæ, vel numerabilis ipsi tempori, vt est in anima in ratione numeri numerãtis. quia omnes motus veniũt sub vna & eadem ratione in ordine ad tempus, sicut omnes pãni, in ratione, qua sunt mensurabiles, veniunt in vnam rationem vt habent mensurari per vlnam. Et hoc est, quod dixit Philpsophus in tex. cõ. 132. ꝙ omnium motuum simul terminatorum idem est tempus: licet vnus sit velox, alter vero non, et alter sit loci mutatio, alter vero alteratio. tẽpus autem idem est, quia tempus, cùm sit numerus istorum motuum, est idem & æqualis, & simul est idem motus localis & alterationis. non enim tempus mensurat motum sub ratione, qua localis, aut alterationis, aut augmenti, aut ratione, qua hic est velox, aut tardus, sed ratione, qua sunt quanti. sicut vlna non est mensura panni, vt pãnus est sericus aut lineus aut laneus, aut sub ratione viridis vel albi, sed ratione qua quãtus. & sic omnes pãni vt mensurabiles veniunt, & participant eandem rationem in ordine ad vlnam, quæ est cõis mensura omnium. Vnde Arist. 4. phyſi. tex. cõ. 119. dixit ꝙ illud, quod simpliciter mouet, non simpliciter erit mensurabile à tempore, ſm quod quantum aliquod est, sed ſm quod motus ipsius est quantus. Omnes igitur motus respectu suæ quantitatis fluentis veniunt in vnam rationem in ordine, qua habent mẽsurari per tempus: licet hanc rationem participent ſm prius & posterius, vt dicit Cõmen. in cõ. & ideo nõ oportet tempus multiplicari ad multiplicationem motuũ, quia tempus, vt cõparatur ad omnes motus in ratione numeri numerantis, est vnum, licet res numeratæ ſm materiam sint plures, sed vt veniunt in propinquã rationem, qua numerantur, aut numerari possunt, reducuntur ad vnitatem, sicut dictum est. Et ſm istam solutionem verificatur dictum Alexandri asserentis numerum non esse in rebus numeratis, sed in anima: intelligitur. n. de numero numerante in actu. Et similiter verificatur dictum Boethi asserentis mensuram & numerũ à natura nõ esse, quia ꝙ numerare & mensurare aĩę nostræ est opus & functio propria, verum est de numero numerãte in actu, quando anima per ipsum tanq̃ per instrumẽtum facit illam actionem: non aũt veritatem habet pro numero innumerabili, quod est res numerata, quia ille bene est extra naturam. nã numerus qnarius digitorum manus meę habet esse extra animam. Et sic intelligitur dictum Auer. in. 4. phy. cõ. 131. quòd esse numeri non est in anima omnibus modis, qa tunc esset ens fictum, sicut chimera & hircoceruus: sed habet esse extra mentem propter subiectum proprium, & tale est esse in potentia: & habet esse in anima in actu, quãdo anima egerit illam actionem in subiecto præparato ad recipiendum illam actionem. Ex quo sequitur quomodo tempus quodãmodo est ens naturale & mobile, & quodãmodo est ens mathematicũ & imaginabile. Nam, quò ad esse in potẽtia, quod habet extra animã in subiecto proprio, quod est motus, est ens naturale: pro quanto autẽ anima sumit ipsum in ratione formæ numeri, per quem numerat aliq̃m partem primi motus, & per illam mensurat ettã totum tempus & motus alios, sic habet esse abstractũ in anima, sicut numerus, quo anima numerat decem canes & decẽ equos. & aliter non potest intelligi. dicit. n. Alexander, ꝙ abstractio mathematica in quãpluribus locis deseruit scientiæ Naturali. Vnde Arist. vt supra diximus, isto modo manuduxit nos, vt intelligamus idem esse tẽpus præsens in omnibus, sicut est idem numerus æqualis in diuersis speciebus numerabilibus. & supra declarans, qũo sit idem instãs in toto tẽpore, declarauit hoc per similitudinẽ, per quam Geometræ dicunt punctum per sui fluxum causare lineam, & vt diximus, cũ tempus sit mẽsura motus, non potest imaginari, nisi pro quanto cõparatur ad quantitatem motus, quæ fluit ſm dimensionem lineę. etenim non mẽsurat motum, quò ad partes, quas habet simul, sed quò ad partes, quæ in successione longitudinali consistunt & imaginantur. aliter. n. non potest intelligi. Et sic habes, qũo in definitione temporis cadit motus. qa cadit ex parte, qua est ens extra animã naturale & mobile in potẽtia propter subiectum eius: licet forma eius in actu, dum anima facit illã actualem actionẽ sit in anima numerante. & sic patet, quomodo cessante anima in ratione numerantis in actu, tempus nõ esset in actu, sed solum esset in potentia propter subiectum propinquũ, quod aptum est recipere illã actionem. Sed quid si per imaginationem desineret anima, quò ad rõnem numerantis in actu & in aptitudine, an aliquo modo esset tempus? Dico ꝙ non, quia forma temporis cũ consistat in hoc, quod est numerus motus: numerus autem, in eò quòd numerus est, alter est numerat⁹, & alter est numerabilis: vterq; suo modo dicit̃ relatiue ad aĩam. quia numerus numeratus in actu dicitur dependere ab anima

anima numerante in actu, & numerus numerabilis in potentia dependet ab anima numerante in potẽtia, vt patet in tex.cõ.131. Sic enim soluitur argumẽtum Boethi contra Arist. vt dicit Alexan. & Themist. in illo loco. Et sic soluitur obiectio Themistij dubitãtis qũo potest idem nũc esse in pluribus motibus. accideret enim vnum & idem accidẽs esse in pluribus subiectis, & ita vnũ & idem dehisceret in plura, & per consequẽs non remaneret vnum. patet. n. ꝙ tempus prẽsens, quod est passio quędam motus seu accidens, nõ est in pluribus, sicut albedo & nigredo. ga per informationẽ & actualem inhęrentiam vnum accidens impossibile est esse in pluribus subiectis non cõmunicantibus. sed dico ꝙ esse temporis vt sumitur vt habet esse in actu, in ratione, qua est numerus numerans actu, est vnum in actu: &, si sumatur, vt est numerus numerans potentia, etiã est vnum in potentia: & sic habet esse in anima numerante, vel actu, vel potentia, proportionabiliter tñ numerus ꝓ rebus numeratis est multiplicatus, sicut sunt res numeratæ. Et ideo animaduerte bene, & consydera ꝙ numerus numerans non est forma absoluta, quemadmodum aliqui existimauerunt: altioquin falsum esset dictum Philosophi, ꝙ anima dempta, quę est apta numerare, auferretur tẽpus, quod est numerus motus. numerus igitur pro rebus numeratis potest esse res absoluta, tamen numerus vel actu numeratus, vel actu numerabilis importat respectum ad animã, vel actu, vel aptitudine numerantem. dicit enim Cõmẽ. in. 5. meta. cõ. 18. relatio accidit quantitati, & cęteris prædicamentis. sic enim dicit, ꝙ magnum & paruũ vno modo sunt passiones quãti, & alio modo sunt in capĩo relationis, vt vnum refertur ad aliud. Ex quo sequitur, ꝙ Cõmẽ. in via sua habet mirabilem difficultatem. imaginatur enim ꝙ tempus cõparatur ad primum motum in rõne mensuræ mensurantis eo modo, quo mẽsurat forma in re. quia vult ꝙ tempus sit passio primi motus, & non sit passio omnium motuum: alios vero motus respicit, sicut numerus respicit numeratũ. nam dato hoc, sequeretur ꝙ, si essent plures mũdi, essent plures primi motus, & per consequens essent plura tempora simul non cõmunicantia: quod implicat contradictionem. ga multiplicatis subiectis multiplicarentur & passiones. Et tanto magis augetur difficultas in via eius, quia ipse tenet aliquam consequentiã esse necessariam, licet tam antecedens, ꝙ consequens sint impossibilia, vt tenet in casu. 4. phy. cõ. 93. Amplius autem, cũ ſm Philosophum tẽpus simpliciter sit numerus cuiuslibet motus & non vnius, si motus primus mensuratur à tẽpore sicut à forma, & alij motus vt à numero, tunc æquiuoce est ista mensuratio. Etcõfirmatur, quia Cõmen. vult ꝙ in definitione temporis, in qua dicitur ꝙ tempus est numerus motus, ly motus stet pro quolibet motu, & vult ꝙ numerus stet actiuæ, quia tempori per se competit mensurare motũ contra Themistium, motui aũt competit per accidens mensurare tempus. & ita illa definitio esset laborans in æquiuoco. Amplius sequeretur ꝙ primus motus propriæ non diceretur esse in tempore, nec ſm totum, neq; ſm partem. quia motũ est in tempore est sicut mensuratum esse in numero, & est mensurari per tempus, vt dicit Philosophus in. 4. physi. in tex. cõ. 114. & 115. & 117. si igitur tempus ad primum motum non cõparatur vt numerus, sed vt passio et forma. non igit̃ potest dici aliquo modo ille motus in tempore esse, quod est contra Philosophum. quia Philosophus vult in tex. cõ. 114. ꝙ tempus mẽsurat motum in determinãdo quędam motum, qui mẽsurabit totum, sicut longitudinẽ cubitus. in. 133. in spectali dicit hoc de primo motu. nam qñ per aliquã partem tẽporis mensuramus aliquam partem primi motus, per illam mensuramus totum. & etiã totum tempus & alios motus, & loquitur Arist. de mensuratione actiua vniformiter, et sine aliquo discrimine, sicut patet intuẽti. Et per vitam meam sunt difficultates perarduæ, à quibus non nisi solers ingenium potest euadere. Dico igit̃, gloſſando dictum Auer. ꝙ ideo dixit tempus esse passionem primi motus, & esse mensuram eius, sicut forma rei, quæ habet definiri per suũ subiectum. nam prima ratio temporis consistit in numerato esse prioris & posterioris primi motus: & secunda eius ratio est, ꝙ est numerus numerans per se omnes motus. & quia propria passio habet definiri per suũ subiectum, talem habitudinẽ, quæ sibi ex suo primo intellectu competit, non habet, nisi cum primo motu. & quia ille est vnus, sic etiã tempus est vnum. postq̃ autem hæc est sua quiditas, tunc anima vtitur eo in ratione mensuræ mensurantis per motum numeri omnẽ motum & primũ & alios à primo. Vbi animaduerte ꝙ tempus respectu primi motus habet duplicem habitudinẽ, & passionis, & hoc est tẽporis quiditas vt sit primi motus passio quædam: & habet ẽt habitudinẽ numeri numerantis primo & principaliter ipsum, & secundario alios. Et ꝙ istam habitudinem habeat cum primo motu, patet ex his, quæ scribit Cõmen. in cõ. 132. vbi dicit & debes scire ꝙ licet tempus sit numerus cuiuslibet motus, non tñ eodem modo, sed ſm prius & posterius, quia numerat alios motus à motu translationis, quia numerat translationem. & si de modis translationis non esset nisi circularis, esset tempus, & de circularibus ille, qui est velocioris circulationis, s. diurni motus. ecce igitur ꝙ cũ motu diurno, qui est primus motus, habet ẽt istam habitudinem numeri numerantis. & ideo differẽtia illa est intelligenda cum præcisione, quia videlicet cum primo motu habet habitudinẽ passionis, & hoc sibi prius natura competit: & habet ẽt habitudinem mensuræ mensurãtis ipsum principaliter, & alios secundario. sed cum cæteris motibus non habet nisi habitudinẽ numeri ad numerata tãtum. & isto modo potest saluari via Cõmen. qũo tempus mensurat partem primi motus, & per illũ mensurat totum, & totum tẽpus, et reliquos motus. Et ex his soluitur aperta contradictio in dictis Auer. nam in cõ. 132. vult ꝙ tẽpus cum alijs motibus nõ habet comparationem, nisi numeri cũ numerato, quod non assumitur in definitione numeri: sed cũ primo motu habet comparationẽ, sicut passio cũ subiecto, quod ponitur in definitione passionis. Sed tunc contradicit sibi in cõmen. 132. vbi vult ꝙ in definitione temporis, in qua dicit ꝙ est numerus motus, ly motus supponit pro quolibet motu, sicut videtur determinare Philosophus in tex. cõ. 132. Soluitur. nam quãdo dixit ꝙ numeratum non ponitur in definitione numeri, exponẽdum est, sicut subiectum ponitur in definitione passionis: quia numerus numerans non est in numeratis, sicut passio in subiecto, sed est in anima in esse abstractionis. vnde bene numeratum potest sumi in definitione numeri numerantis, sicut correlatiuũ definitur per suum correlatiuum. & sic animaduerte ꝙ in definitione temporis sumitur qlibet motus, sicut numeratũ in definitione numeri, vt correlatiuum per suũ correlatiuum ex parte, qua dicitur ꝙ est numerus motus. ex parte autem prioris & posterioris sumit̃ primus motus, sicut subiectum temporis, quia definitio illa dicit quid, & propter quid ſm viã Cõmen. vt alias declarauit. hoc est igitur, quod facit perplexum intellectũ, quia tẽpus ad diuersa comparatum habet varios & oppositos respectus. Ex prędictis autem poteris intelligere ꝙ Cõmenta. etiam habet dicere ꝙ prima ratio constituens temporis quiditatem sit numerus numeratus prioris & posterioris primi motus, quia, vt ipse cõcedit in cõmen. 132. si nullus motus

Solutio contradictionis in dictis Auer.

Solutio.

motus esset nisi localis, & de localibus circularis tantum, & de circularibus ille, qui est velocioris circulationis, & est ille, qui est motus diurni, adhuc esset tempus. & patet quòd in illo casu nõ esset numerus numerans per se alios motus, ab ipsa igitur veritate cogetur dicere, sicut dicit Themist. ꝙ numerus positus in definitione temporis stat pro numero numerato principaliter, & non pro numero numerante, nisi secundario. quia Philosophus in litera dicit illud, vnde prius naturaliter oporteret tempus esse aliquid formaliter, & deinde ꝙ adueniat sibi ratio mensurandi. sicut vlna prius natura dicit aliqd positiuum in se, & postea dicit rationẽ actiuam, per quam mensurat. cũ igitur tempus sit & in numerato esse, & in numerare, prius natura est ex numerari, q̃ per numerare. & connumerare, aut est passio eius, vt dicit Alexand. aut si est de quiditate eius, hoc non est ex principali, sed secundario, vt videtur velle Cõmen. nec videatur tibi mirum, quia completus tempus intellectus non ex re simplici dependet, ꝓpter sui differentem naturam, sicut sæpe dixi.

Quarto phy. co. cõ. 132.

Solutio.

Vigesimanona contradi. est in cõ. etiam. 132. Commen. dicit tempus non mensurare motum cœli vt numerus, sed bene ad alios motus se habet vt numerus. Huius tamen oppositum dicit in cõ. 133. Soluitur ꝙ dictum suum intelligitur cum præcisione. ga ad motum cœli tempus habet duplicem habitudinem, & passionis per se consequentis subiectum, & habitudinem numeri & mensuræ. sed ad alios motus cõparatur solum in ratione numeri. Et sic sedatur controuersia.

Quarto phy. tex. 133.

Trigesima cõtradi. est in tex. 133. Philosophus dicit ꝙ motus alterationis & augmẽti & generationis non possunt esse regulares. Sed huius oppositũ habetur. 5. physi. tex. cõ. 45. vbi dicitur ꝙ quilibet vnus & continuus indifferenter potest esse regularis, & non. Soluitur per Auer. ibidem, ꝙ sermo ibi est de motu, inquantum motus est, & sic alterationi & augmento nõ repugnat, inquantum motus sunt, ꝙ possint esse regulares. sed vt de facto sunt in rebus sensibilibus secus est, sic dicit Cõmen. in simili dubio in. 6. physi. cõmen. 15.

Solutio.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN' DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS, *super Quinto Physicorum.*

Quinto phy. tex. 7.

Solutio.

Ontradictio est in. 5. phy. super tex. 7. Arist. enim scribit ꝙ transitio de non subiecto in subiectum ſm cõtradictionem generatio est. Sed obuiabam. ga transitio inter cõtradictoria nõ fit per medium, sed transitio de non esse ad esse per medium fieri solet, vt testatur Philosophus i. 5. de generatione animalium cap. p°. Soluitur, inter non esse & esse absolute non est medium, & talia sunt extrema contradictionis & generationis: sed inter non esse simpliciter, & esse in actu secundo, quod est esse perfectum, mediat actus primus. & ita Arist. dicit aliter transiri ex pura priuatione ad actum secundum per actum primũ. qui. 2. de anima est, sicut somnus & scia: actus vero secundus est sicut vigilia, & sicut consyderare. & illo modo Arist. loqtur ibi asserens ꝙ transitio de non esse ad esse per mediũ fieri solet, quæsiuit. n. ibi vtrum in prima animalis generatione somnus præcedat vigiliam, an vigilia somnũ, & asserit, propterea quia somnus talis sua natura esse videtur, vt viuendi & non viuendi interlumiũ est, & neq; omnino sit qui dormit, neq; nõ sit: viuitur enim potissimum propter sensum; sed, si animal habere sensum necesse est, & tũc primum est animal cùm primum cõtingit sensus, primam illam dispositionem non somnum, sed similem somno putandum est, &c. ibi vult actum primũ mediare inter non esse & esse in actu secundo & perfecto.

Secunda contradi. est in cõ. 8. Dicit Cõmen. ꝙ materia non est in loco. Oppositum apparet p° de generatione cõ. 27. vbi dicitur ꝙ illud, ex quo aliquid generatur sit in loco per se, sed dixit ꝙ hoc est aut per se, aut per accidẽs, sicut dicimus de materia. ecce ꝙ vult materiam esse in loco per accidens. sed quando dixit. 5. phy. cõ. 8. ꝙ materia non est in loco, intellexit eam non esse in loco per se. & ista non contradicũt. Aut aliter. non est in loco determinato, est bene in loco indeterminato. Sed prima solutio est magis ad mentem Philosophi, & Cõmen. p° de generatione tex. cõmen. 27. sicut videre poteris.

Quinto phy. co. cõ. 8.

Solutio.

Dubitatur.

Solutio.

Tertia contradi. est in cõ. 9. Dicit Cõ. ꝙ contrarietas, quæ est in loco, latet, & eãdem ſm iam habet. 5. phy. cõ. 16. Huius tñ oppositũ videtur dicere. 5. meta. cõ. 4. & 10. meta. cõ. 11. vbi habet ꝙ contrarietas in rei veritate primo inuenit in eis, quę sunt in loco, ideo accepta est in definitione cõtrariorum distantia, cũ dicitur, contraria sunt, quæ sub eodẽ genere posita maxime distãt. Respondetur, vt dicit Cõmen. 4. cœli cõ. 38. ꝙ contrarietas, quæ est in forma, & qualitate, & in loco, dicitur æquiuoce: quia contraria in qualitate, & in aliis prædicamentis sunt solum duo in forma, & sunt vnũ in subiecto. sed contraria in loco sunt contraria tam ſm subiectum, q̃ ſm formam. Et quia de ratione cõtrariorum est distantia: & plus distant illa, quæ sunt duo in forma, & duo in subiecto, q̃ illa, quę sunt duo in forma & vnum subiecto: ideo contrarietas ex natura rei primo competit contrariis in loco q̃ aliis contrariis. Accedit ad hoc, vt dicit ẽt Cõ. 10. meta. cõ. 11. distãtia in loco est maxima, s. cętri ad circũferentiã: & ista distãtia est causa in cõtrarietate substantiarũ corporis propriorũ istis locis: ideo cõtrarietas p° reperit ex materia rei in loco, q̃ in aliis contrariis aliorũ prædicamentorũ. Et hoc etiam asserunt Cõmen. 4. phy. ii. cõmẽ. 5. dum dicit ꝙ corpora contraria ſm naturam mouentur ad loca contraria se-

Quinto phy. tex. co. 9.

eundum naturam. quia loca non ſolum ſunt extrema vnius lineæ rectæ longiſſimę, ſed & cum hoc ſunt contraria ſm potentiam. res enim, quarum ſubſtantię ſunt ſimiles contrarię, habent ſubſtantias cõtrarias aliquo modo. ecce ꝙ vult contrarietatem in loco eſſe cauſam contrarietatis in ſubſtantia, & in qualitate, eo modo, quò in ſubſtantijs contingit ſubſtantiã ſubſtantiæ contrariam eſſe. Et, licet ita ſit ꝙ contrarietas primo reperiatur in loco, tamen non eſt notum ꝙ omne, quod localiter mouetur, contrarietatem talem habeat, & ſic dixit Cõmen. in hoc quinto, cõ. 19. & 8. phyſic. 16. & 6. phyſi. cõmen. 92. ꝙ contrarietas, quę eſt in loco, latet: non quia illa lateat ꝙ ſit contrarietas, immo eſt prima & cauſa aliarum, & ponitur in diuiſione aliorum tanꝙ notior, ſed latet penes hoc, quòd non eſt notum per ſe eam ineſſe cuilibet mobili, quod mouetur motu locali. & ſic nulla eſt contradictio, ſicut vides. Sed contra determinationem iſtam dubitauit ſubtiliter magnificentia tua. quia tunc non eſſet vera contrariorum deſcriptio, dicens, contraria ſunt, quæ habẽt fieri circa idem ſubiectum non ſimul, ſed ſucceſſiue: modo, ſi contraria in loco ſunt duo in ſubiecto, & duo in forma, nũquam igitur aliquo modo circa idem ſubiectum habent fieri, nec ſimul, nec ſucceſſiue. Et ad hoc dixit quòd argumentum tuum demõſtrat. nam locus ſuperior vniuerſi nunquam fiet inferior. & dixi deſcriptionem illam verificari de contrarijs in qualitate, non de cõtrarijs in loco. & dixi cum Auerroi cõmen. 38. quarti de cœlo cõtrarietatem non dici vniuoce, ſed equiuoce vel analogice de his & de illis. Aut aliter. aliquid conuenit alicui ratione generis, quod tamen repugnat eidem ratione ſpeciei: ſicut patet. 6. phy. cõ. 15. & 7. phy. cõ. 2.

Quinto phyſico. cõ. 19. Quarta contradictio eſt in cõmen. 19. Cõmentator dicit quo I non ſit minus niſi per admixtionem contrarij. Oppoſitum. 2. cœli cõmento. 15. Soluitur, in habentibus contrarium ſecundum vtam Commẽtatoris remiſſio per admixtionem contrarij fit: & per oppoſitum intentio per remotionem à contrario, iuxta illud Philoſophi, illud eſt albius, q̃ eſt nigro impiximtius. in carentibus vero contrario, ſicut eſt lumen, et alia huiusmodi, non eſt ſic. Et ideo Cõ. in. cõ. 15. ſecundi de cœlo tam allegato impꝛeſſo & non expreſſo vt emiſſio ſit semper ex mixtione contrarij, ſicut dicit Alex. in multis locis.

Quinto phyſico. cõ. 21. Quinta contradictio eſt in cõmen. 21. Dicit generationem non eſſe motum, quia forma eſt indiuibilis. Sed oppoſitum videtur tenere de formis elemẽtorum 3. cœli cõmen. 67. vbi tenet quod intenditur & remittuntur. Soluitur, de ratione motus duæ conditiones requiruntur. vna quo I ſubiectum ſit ens in actu, alia ꝙ forma ſit diuiſibilis. vnde. 5. phyſico, probatur ad relationem non eſſe motum, & etiam. 7. phyſico, de prima ſpecie qualitatis. Et Commentator. 7. phyſico. commento. 85. probat quod ad ſtatum non eſt motus, quia eſt relatio, & relatio conſtitit in indiuiſibili. Requitur etiam quòd ſubiectum ſit in actu. 5. phyſic. tex. cõmen. 8. Et propter hoc in formis eductis de potentia materię, quędam ſunt perfectę, non intenduntur nec remittibiles, ſicut ſunt formæ mixtorum. & de iſtis maxime verificatur dictum Commentatoris, quod generatio talis non eſt motus, quia tales ſunt indiuiſibiles, ideſt non ſucceſſiue acquiſibiles, ſed per minima acquirantur. Formæ autem elementorum ſunt mediæ inter ſubſtantiam & accidens ſecũdum Cõmentatorem. 3. cœli cõmen. 67. & tales partibiliter acquiruntur, & ſucceſſiue: tamen earum generatio non eſt motus, quia ſubiectũ non eſt ens in actu. Vide quæ ſcripſi p° phy. cõmen. 62.

Quinto phyſico. cõ. 22. Sexta contradictio eſt in cõmen. 22. Dicit Cõmentator ꝙ vltima non ſunt in loco, niſi per accidens, non eſſentialiter. Sed huius oppoſitum ipſe ſcribit p° de generatione ſcõmento. 29. vbi habet quòd lineæ, ſuperficies, & puncta non ſunt in loco neq; ſecundum ſe, neq; ſecundum accidens. Soluitur, aliquid moueri per accidens contingit dupliciter, pure, & non pure. Appello illud moueri per accidens pure, quod præciſe mouetur ad motum alterius, & nullo modo poteſt per ſe moueri. & iſto modo intelligitur dictum Cõmentatoris hic in cõmen. 22. quando dicit quòd vltima mouentur per accidens, ſcilicet pure, quia præciſe mouentur ad motum illius, cuius ſunt vltima. Alio modo aliquid dicitur non pure per accidens moueri, & eſt illud, quod mouetur ad motum alterius. quod tamẽ, ſi ſeparatum fuerit ab eo, ad cuius motum dicitur moueri, poterit per ſe moueri, ſicut motus partis ad motum totius. quia pars ſeparata à toto poteſt per ſe moueri, ſicut patet. 4. phyſ. co. cõmento. 32. & 5. phyſico. commen. p°, & primo de anima cõmento. 37. Et propter hoc dixit Commentator. 6. phyſico. cõmento. 86. quòd motus partis in toto non eſt motus pure per accidens. Formaliter igitur ſoluentes, dicamus quòd quinto phyſico. cõmen. 22. loquitur de accidente puro, primo de generatione. 29. loquitur de accidẽte non puro. Aut aliter ſolui poteſt, quòd Commentator p° de generatione loqtur ex ſententia Platonis, contra quem arguit ibi Philoſophus. Plato enim poſuit mathematica eẽ ſubiecta corporum naturalium, &, quia ipſe poſuit talia, nedum ſecundum intellectum, verum etiam ſecundum eſſe ſeparata à ſenſibilibus, videtur ſequi ergo talia nullo modo in loco eſſe, neq; per ſe, neq; per accidens, realiter loquendo. in quinto autem phyſico. loquitur ſecundum ſententiam Ariſtote, & dicit quòd talia ſunt in loco per accidens, quia locantur ad locationem ſui ſubiecti, quod eſt per ſe in loco. Et iſta ſolutio non eſt remota à veritate ſm rẽ ipſam. tamen, ſicut dicit Cõmen. p° de anima cõ. 26. vniuerſaliter hodie nõ poſſumus intelligere opiniones Antiquorum, quia non ſunt notæ apud nos.

Quinto phyſico. cõ. 14. Septima contradictio eſt in cõmen. 34. Dicit Commentator tempus conſtituere motum. Huius tamẽ oppoſitum habetur ſupra in hoc quinto cõmento. 3. vbi enumerans ea, quæ conſtituunt eſſentiam motus, non enumerat tempus. Reſpondetur ꝙ refert conſyderare motum in ſua quiditate, & refert conſyderare ipſum, quò ad ſuam vnitatem conſequentem ipſum. Et tũc dicimus ꝙ motus conſyderatus quiditatiue conſtituitur in ſui diuiſione ex tribus: & talia ſunt ſubiectum, terminus ad quem, & terminus à quo. vndę Cõmen. ſic conſyderauit motum, & Philoſophus. 5. phyſic. tex. commen. 3. nam ipſe dicit ibi ꝙ ſubſtantia motus conſtituitur ex iſtis tribus cauſis exiſtentibus in eo non extrinſecis. & ideo non numerauit motorem, aut tempus, vt ipſe habet ibi. Sed conſyderatio motus, quò ad ſui vnitatem numeralẽ, bene concernit vnitatem tẽporis, & motoris. et ſic conſyderat motus ab Auer. & ab Ariſ. 5. phy. 34. quando dixit ꝙ ad vnitatem numeralẽ motus requiritur vnitas temporis. & ſic etiam conſyderauit motum in. 8. phy. tex. cõ. 82. vbi dixit motũ proiectorum non eſſe continuum, ſed videri continuum. Et reddens cauſam dixit, non enim vnũ eſt mouens, vbi expreſſe patet motoris vnitatem requiri ad continuitatem, & vnitatem motus, quæ tamen non ſunt de quiditate motus, ſicut patet conſyderanti.

Quinto phyſico. cõ. 11. Octaua contradi. eſt in. 35. cõ. Ad vnitatem numeralem motus dicit tria requi: & hæc ſunt vnitas ſubiecti, vnitas mobilis, et vnitas termini ad quẽ. Sed huius oppoſitum videtur. 8. phy. te. cõ. 82. vbi habetur ꝙ vltra hæc requiritur vnitas motoris. Ad hoc dicitur ꝙ Ariſto. nõ poſuit hic vnitatẽ motoris requiri ad vnitatem tpis: quia nondum declaratum eſt vtrũ omne motum ab alio ſit motũ, & ideo tacuit illud differens illud vſq ad. 8.

Solutio.

ad. 8. phy. vtrum autem in aliquo caſu poſſit eſſe vnus motus à pluribus motoribus pertinet ad octauũ phyſi co. ſed pro nunc dimittatur.

Quinto phyſico. cõ. 35. Nona contradictio eſt in eodem commento. 35. & commento ſequenti. Quia in hoc commento dicit tria illa requiri ad vnitatem motus, ſcilicet tempus, ſubiectum & terminum. Sed commen. ſequenti ſolum ſubiectum & terminum regni dicit. Niſi eſſet, quòd vnitas motus magis intime dependet ab vnitate ſubiecti, cum ſubiectum motus ponatur in ſua definitione, & ẽt terminus ad quem, qui eſt de ſubſtãtia motus: quia ab ipſo ſumit ſpectem, cùm non differat ab ipſo, niſi ſicut imperfectum à perfecto. 3. phyſic. cõmen. 4. motus autem à tempore dependet tanquam ab aliquo extrinſeco, & non quiditatur per ipſum, ideſt tempus nõ eſt de quiditate eius, ſicut dicit Commentator hic in cõmento. 35. ꝙ accidit naturæ motus, quòd ſit in tẽpore, non quòd motus quiditetur per tempus, ideſt quiditatiue conſtituatur per tempus. & ideo tacuit Commẽtator in cõmento ſequenti tempus, quia ſolum conſyderauit motum, quò ad prædicata, quæ conſtituunt ipſum quiditatiue, licet autem ſubiectum non ſit de quiditate accidentis, ſufficit tamen ꝙ ſit delatiuum quiditatis eius.

Quinto phyſico. cõ. 37. Decima contradictio eſt in commen. 37. Dicit omnem motum continuum eſſe. Huius tamẽ oppoſitum dicit. 3. phyſico. commento. 6. & 8. phyſico. commento. 23. vbi habet motum augmentationis non eſſe continuum. Soluitur, motus, ſub ratione, qua motus, non repugnare continuitatem, ſicut talpæ inquantum animal non repugnat viſio: tamen motui applicato ad materiam aliquam ſenſibilem determinatam ſtat continuitatem ſibi repugnare. ſicut eſt in caſu de motu augmenti, qui non poteſt eſſe continuus, ſicut probat Cõmentator in locis allegatis. nihil autẽ prohibet vnum & idem prædicatum vni & eidem rei non repugnare ſub ratione communi, & ſub ratione generis, quod tamen repugnabit illi ſub ratione ſpeciali. ſicut talpa, vt talpa, non poteſt videre: ſed vt animal non ſibi repugnat. Ariſtot. autem in hoc quinto phyſic. & in. 6. conſyderat motum in communi, nõ applicando ipſum ad aliqua mobilia determinata. Et ideo omnia, quæ verificantur de motu in iſtis locis, verificantur ſecundũ eius cõmunitatem: quæ tamen communitas non repugnat rationibus ſpecialibus aliorum motuũ. Vide pro hac ſolutione in ſimili Auerroim copioſe, 6. phyſico. commento. 15. vide. 7. phyſico. commẽto. 2. in ſimili de cœlo, inquantum cœlum, & inquantum corpus.

Quinto phyſico. cõ. 47. Vndecima contradictio eſt in cõmento quadrageſimo octauo. Dicit Auerro. terminum à quo non eſſe de ſubſtantia motus, ſed eſſe accidens motus. Sed nos oppoſitum inuenimus in dictis eius ſupra in commen. 3. huius quinti. Soluitur, terminus, à quo dupliciter poteſt cõparari motui. Vno modo abſolute: & ſic eſt de quiditate motus, cùm ponatur in eius definitione. motus enim ſit de affirmato in affirmatum. Alio modo reſpectiue, videlicet in comparatione ad terminum, ad quem. Et ſic terminus à quo eſt accidens reſpectu motus in reſpectu termini ad quem. motus enim cum termino ad quem identificantur & reponuntur in ſpecie, non autem per terminum à quo. terminus enim à quo abiicitur. Sumitur igitur hic accidens, prout omne illud, quod non eſt æque intimum, ſicut aliud. & qa terminus à quo non eſt æque intimus motui, ſicut terminus ad quem, ideo nomen accidẽtis accepit. & hoc eſt de mente Commentatoris infra in commento. 49. vbi dicit quòd licet contrarietas in motibus ſit tam ex termino à quo, quàm ex termino ad quem, magis tamen motus ſunt contrarij ex termino ad quem, quàm ex termino à quo.

Solutio.

SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

ſuper Sexto Phyſicorum.

Sexto phyſico. cõ. 16. Solvitur. Contradictio eſt in ſexto phy. in cõ. 16. Dicit Cõmen. ꝙ exempla, quæ adducuntur in literis, adducuntur vt termo ſit manifeſtior. Huius tamen oppoſitum ipſe ſcribit. 4. phyſi. cõ. 71. Soluitur, ꝙ exemplificatio in literis ad duo poteſt comparari, videlicet ad materiã ſubiectam, de qua eſt ſermo. & ſic talis dicitur eſſe manifeſtatiua ſermonis. & iſto modo vtitur Philoſophus plerunq; in libro priorum, & in lib. poſte. Alio modo põt comparari ad exempla cõſimilia in materia determinata, & ſic eſt minus manifeſta. & qñ ſecunda ſequitur primam, ſic ſermo redditur manifeſtior. Et iſto ſecũdo modo loquebatur Cõmen. 4. phy. cõ. 71. inquit enim & cũ dedit exemplum de literis, dedit exemplũ de materia, vt demonſtratio ſit manifeſtior. Primo autem modo loquebat hic. quia dicit ꝙ Ariſt. addixit exemplum in literis, vt ſermo eius ſit manifeſtius. quando enim caſus ponit in terminis, redditur vtiq; clarior.

Sexto phyſico. cõ. 41. Secunda contradictio eſt in cõ. 41. habet Cõmen. ꝙ tranſmutatio in ſubſtantia eſt principaliter tranſmutatio. Huius tamen oppoſitum dixit in hoc ſexto cõ. 32. vbi dixit tranſmutationem in ſubſtantia non eſſe tranſmutationem, ſed finem tranſmutationis. ſicut vniuerſaliter eſt de qualibet tranſmutatione induitibili, ſicut habet etiam ipſe. 4. phyſic. cõmen. 129. vbi habet trãſmutationem dici æquiuoce de tranſmutatione per ſe, & de trãſmutatione, quæ non eſt per ſe, ſed eſt finis trãſmutationis. & conſimilem ſententiam habet ipſe. 6. phyſico. in cõmen. 45. Soluitur, tranſmutatio in ſubſtantia dicitur ſimpliciter & principaliter tranſmutatio terminatiue, quia terminatur ad illud, quod eſt ſimpliciter, et principaliter ens. 7. metaphy. tex. cõ. 4. ſubſtantia præcedit accidens. Et ſic dixit Philoſophus p° de generatione. tex. cõ. 11. & 5. phyſi. tex. cõ. 7. generatio ſubſtantiæ eſt ſimpliciter tranſmutatio, accidẽtium vero nõ eſt ſimpliciter tranſmutatio, ſed eſt aliqua trãſmutatio, & quædam cuiuſdam. tamen in ratione motus formaliter ſumpti tranſmutatio in ſubſtantia nõ dicitur principaliter tranſmutatio, ſed eſt finis trãſmutationis, nec eſt motus, ſed ſequitur motum. Et ſic authoritates contrariæ procedunt vnus ſuis.

Sexto phyſico. cõ. 41. Tertia contradictio eſt in eodem cõ. 41. Dicit inter non ens & ens nihil mediat. Huius tamen oppoſitũ habet p° phy. cõ. 78. & 12. meta. cõ. 11. & 5. phy. cõ. 8. de materia, Soluitur. 12. metaphy. cõmen. 11. Non ens tumitur tripliciter. Primo, pro illo, quod non habet eſſe, nec imaginationẽ. & iſtud eſt vere nihil, & ſolũ iſtud. vnde illud, quod non habet eſſe, nec imaginationẽ, eſt illud, quod implicat contradictionẽ, & tale eſt vere nihil. nam tale non poteſt facere vnum per ſe cõceptum, nec ſicut obiectum cum obiecto, nec ſicut modus cum obiecto, ſicut dicit Subtilis doctor in ſecunda quæſtio. quolibetorum, & Commentator. 4. meteoro. cõmento. 9. qui dicit aliquod itelligibile, ponit hoc fundamentum quòd oppoſita non congregantur inſimul. Alio modo ſumitur pro priuatione exiſtente in prima materia. Tertio modo ſumitur pro illo, quod nõ eſt in actu. Tunc dicitur quòd inter non ens primo modo, & ens nihil cadit medium: quia talia contradictorie opponuntur, quorũ non eſt medium ſm ſe inuenire p° poſite.

Solut. Contrad. Lim. 4 ij cõ. 10.

&.10.metaphyſi.tex.cõ.23. & ſic loquitur Commen. in hoc cõ.41.huius ſexti. Sed inter non ens primo modo, ſ.inter nõ ens ſimpliciter & ens in actu eſt bene dare mediũ.& iſtud eſt ens in potẽtia: talia aũt non opponuntur cõtradictorie. vnde ens in potentia nõ eſt vere nihil neq; eſt ens, ſicut Philoſoph⁹ dicit: ſed mediat inter vtrunq;. & ſic loqtur Cõmẽ. in alijs locis allegatis.

Sexto phyſ. cõ.19.

Quarta contradictio eſt in cõmen.59. Scribit Commen. accidentia carnis induci in materia ante formam ſubſtãtialem carnis. Huius tñ oppoſitum habet p⁹ ca. de ſubſtantia orbis, vbi dicitur q̃ accidentia cõſequentia formã ſequuntur formam. Accedit ad hoc q̃ ſubiectũ accidentium eſt ens in actu.2. de aĩa.cõ.4. & alibi frequenter. Soluti. accidentia ſunt in duplici differẽtia, quædam in fieri,& talia ab Auerroiſtis interminata dici conſueuerunt,& quædã ſunt in facto eſſe,& talia dicta ſunt terminata. Tunc dicimus accidẽtia in fieri præcedere formam in materia,ſed terminata ſunt poſt formam poſterioritate naturæ,non tẽporis: vt ſcribit ipſe p⁹ ca.de ſubſtan.orbis. Replica.p⁹ de generatione et corruptione,generatio eſt trãſmutatio totius in totum nullo ſenſibili remanente: ergo videtur q̃ oĩa accidentia fundentur in cõpoſito, & per conſequẽs non eſt dare accidentia præcedentia formã in materia. Soluitur. ibidẽ dicitur nullo ſenſibili remanente vt ſubiecto,vnde accidẽtia interminata, licet præcedant formã in materia ſm Auer.,ppter hoc tñ non dicimus ea conuenire in rõne ſubiecti,ſed ſunt diſpoſitiões ſubiecti,quod eſt materia. Et hoc aduertens Cõmen. dixit.2. de anima. cõ.4.ſubiectũ formæ ſubſtãtialis,ſm q̃ eſt ſubiectum, eſt ens in pura potentia:dãs intelligere nullã aliam rem habere rõnem ſubiectiuã præter ipſam materiã. Replica.tunc ergo accidẽs remanebit corrupto ſubiecto, & migrabit de ſubiecto in ſubiectũ.Soluitur.licet proximum ſubiectũ alterationis ſit cõpoſitum, radicale aũt eſt ipſa materia, quæ eſt pars eſſentialis cõpoſiti. non enim oportet, vt inquit Cõmen.p⁹ de generatione cõ. p⁹.q̃ ſubiectum tranſmutationis ſubſtantialis ſit aliud à ſubiectis altarũ tranſmutationũ: alioquin ſublato tali ſubiecto remanere poſſent ſubiecta altarũ tranſmutationum: quod eſt merum impoſſibile, & ſic non eſt ibi trãſitus de ſubiecto in ſubiectum,ga manet ſubiectum radicale talium accidentiũ in aduentu formæ,quę inducitur,ſicut manebat in corruptione formæ præexiſtẽtis.

Sexto phyſico text. & cõmen 86.

Quinta contradi.eſt in cõ.86. Dicit Philoſophus & Cõmen.q̃ indiuiſibile mouetur per accidens. Inſtãtia eſt de polis ipſius orbis, qui oĩbus modis ſunt immobiles,ſicut patet.2.cœli cõ.14. Soluit. ibidem dicitur q̃ quies polorũ eſt ges metaphorica, & non eſt vera ges. Sed iſta propoſitio, in qua cõiter dici ſolet polos orbis immobiles eſſe oĩbus modis, verificat ad imaginationem Mathematicorũ,abſtrahentiũ à motu. propõnes enim ipſorum ferè oẽs ſunt vere ad imaginationem.2. phy.cõ.60.Naturaliter tñ loquendo,ipſi poli, ſiue ſint aliq̃d diuiſibile, ſiue indiuiſibile, moueri per accidens ad motũ orbis, in quo ſunt formaliter. Et ex hoc patet q̃ illi,qui tenent intelligentiã eſſe formam cœli, non recte reſpondẽt ad argumentũ, per quod probat q̃ tunc ipſa moueret per accidẽs.quia omne, quod formaliter eſt in re mota,ſicut forma informãs,vel ſicut pars in toto, vel ſicut terminus in terminato,mouet ad motũ rei motæ per accidens. Quidã ſolẽns doctor voluit mihi ſoluere iſtud argumentũ,dando inſtantiã de polis mundi,qui formaliter inexiſtunt orbi,& tñ non ſunt mobiles aliquo pacto,neq; per ſe,neq; per accidens.Sed ego replicaui per authoritatẽ allegatam Auer. in cõ.allegato.2.de cœlo, & in.4.phyſi.cõ.118. vbi habet q̃ quies polorum eſt tranſumptiua,& ſm ſimilitudinem.Et facta replica neſciuit amplius loqui.

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM IN DICTIS AVERROIS,
ſup Septimo Phyſicorum.

Septimo phy. cõ.1.ca.c.4.

Dicit Cõmentator ſuper cõmen. p⁹. & 4.ſeptimi phyſ. q̃ primum motum in animali eſt cor. Huius tamen oppoſitum inuenimus p⁹ de anima.cõmẽ.37. vbi dicit q̃ ſunt pedes. Soluitur.principiũ & fons totius ſenſationis & motus eſt ipſum cor: ſicut probat Philoſophus in.2. de partibus animalium capit.10. & in libro de ſenſu & ſenſi. & in.3. de anima expreſſe habet cor eſſe originale principium omnis motus exiſtentis in animali, ſicut patet in tex.cõmen.55.& in libro de motibus animalium. Et iſta fuit ſententia omnium Antiquorum Peripateticorum, quidquid dicant Moderni miſcentes, & confundentes opinionem Peripateticam cum opinione Medicorum. videant Alexandrum in paraphraſi de anima: videãt Themiſtium, & Simplicium in ſecundo de anima, & videbunt nunquid cerebrum ſit principium motus, vel ſenſus de intentione Ariſtote. Dico igitur cor eſſe principium motus inſtrumentum,& et motus attribuitur vt origini & vt principi: pedibus autem attribuitur ranquam inſtrumento,quò ad extra manifeſtetur, & executioni demãdetur. & ſic teneo cum Ariſtotele & pertiſſimis Peripateticis eſſe de qualibet ſenſatione, ſiue ſit ſenſuum extertorum, ſiue ſit ſenſuum interiorum, quòd quælibet talis ſit à corde, tanquam à radicali principio. & iſta eſt indubitata ſententia Ariſtote.licet Auerro.pro parte, non ex toto attigerit veritatem, ſicut alĳ antiquiores, Moderni autem in hoc aberrant manifeſte, & non eſt curabilis ægritudo eorum: quia ſunt aſſueti in ſermonibus falſis, & non poſſunt aſſentire veris principijs.

Septimo phyſico.cõ.11.

Secunda contradictio eſt in commento.11.Cõmentator habet qualitates ſenſibiles eſſe differentias corporum conſimilium. Et tamen oppoſitum habet ipſe in quinto phyſico,commento.10.&.8.metaphyſi. commen.5.contra Alexandrum. Moderni voluerunt grauitatem & leuitatem eſſe formas ſubſtantiales elementorum,motí forte propter authoritatem allegatam hic ex.11.commento. & ex authoritate ipſius Commentatoris.2.de anima male intellecta, commento.108. vbi habet graue & leue eſſe ſubſtantiam. Sed iſta opinio eſt purus error. quia quod vni eſt accidens alteri non eſt ſubſtantia, in his,quæ vnuoce dicuntur. ſed grauitas & leuitas elementi eſt eiuſdem rationis cum grauitate & leuitate mixtí, quod patet ex operationibus eſſentialibus ipſorum. cùm igitur in mixtis ſint accidentia,quomodo in elementis erunt ſubſtantiæ?ita arguit Commentator contra Alexandrum. 5. phyſico. commento.10. & octauo metaphyſi.commento.5. Sed dicunt quòd rationes Commentatoris ibi procedunt de alĳs qualitatibus, non autem de graui & leui. Contra.Philoſophus ſecundo de generatione.tex.commen tio octaui. enumerat qualitates elementorum, & ſimiliter in ſecundo de Partibus animalium capitulo primo, & ibi ponit grauitatem & leuitatem. Amplius, quomodo ſoluetur ratio facta? æque enim ratio procedit de grauitate & leuitate, ſicut de alĳs qualitatibus.& quomodocũq; ſoluere voluerís, ita ſoluam pro Alexandro rationem Auerrois. Amplius,forma ſubſtãtialis nõ eſt ſenſibilis ſenſu exteriori:ſed grauitas & leuitas ſentiuntur ſenſu tactus,ſicut patet.2.de anima, tex.cõmẽ.108,ergo,&c, Soluũt q̃ forma ſubſtantialis eſt ſenſibilis

Solutio.

Solutio.

eſt ſenſibilis à ſenſibus hominis. Nam ſecundũ Auer. in cõmen. ſuper libro de ſenſu & ſenſi. homo comprehendit differentias rerum,& earũ intentiones ꝓprias, quæ ſunt in re ſenſata,quaſi medullã de fructu: animalia autem bruta comprehendunt ea, quæ ſunt extra, quaſi cortices fructuum.Sed contra.quia ſenſus brutorum ẽt ſentiunt grauitatem & leuitatem. nã aſinus magno pondere oppreſſus dolet:quod nõ eſſet, niſi grauitatem ſenſu tactus ſentiret, igitur grauitas eſt ſimpliciter accidens.ſed quælibet grauitas eſt vnius & eiuſdẽ rationis eſſentialis,ſi igitur quod vere eſt, nulli accidit, ſi grauitas & leuitas in elementis eſſent formæ ſubſtantiales:non igitur eſſent accidentia in mixtis. Multa ẽt alia inconuenientia dimitto breuitatis cauſa,nam tunc ſubſtantia ſubſtãtiæ per ſe primo contrariaretur, & multa huiuſmodi. Dicamus igití differentias vltimas corporum ſimplicium eſſe nobis ignotas,& circũ loquimur eas per ſuas ꝓprietates. & hoc colligitur ex ſententia Philoſophi in.8.phy.in tex. cõ.32. vbi habet q̃ eſſentia grauis eſt vbicatiſerius, & eſſentia leuis eſt vbicati ſuperius, & tamen ſupra. 28. dixit moueri ſurſum & deorſum eſſe actiones grauium & leuium naturales. quod non contigiſſet, niſi eſſet verum, quod diximus. & hoc eſt etiam de intentione Auerro.8.meta phyſi.commen.5. &.7.metaphyſi. commen.41. Grauitas igitur & leuitas ſunt differentiæ circũlocutiuę elementorum, & non ſunt veræ formæ ſubſtantiales illorum,ſicut fingunt Moderni. Quomodo autem authoritas Commenta. in.2. de anima ſoluatur, ſtatim patebit in ſequenti contradictione.

Octauo phyſ.co. cõ.11.

Tertia contradictio eſt in eodem cõmen. Dicit grauitatem & leuitatem eſſe qualitates tangibiles. Oppoſitum habet.2.de anima. cõmen.108. vbi dicit q̃ ſunt ſubſtantiæ.&.5.meta.cõmen.18.dicit q̃ ſunt quantitates. Soluitur. formaliter qualitates ſunt,ſicut dicit Philoſophus. 2. de generatione, &.2. de partibus animalium ſunt ſubſtantiæ, imitatione,& ſimilitudine quò ad modum immutandi ſenſum. Nam ſicut ſubſtantia non immutat ſenſum, niſi mediantibus accidentibus, ſic grauitas & leuitas nõ immutant ſenſum tactus, niſi mediante motu: & ſic aſſimilantur ſubſtantiæ, & non ſunt illę,ſed ſicut illæ.In.5.metaphy.cõmẽ.18. dicit eas eſſe quantitates ſecundaria intentione, ſicut ipſe gloſat ibi. nam diuiduntur eadem diuiſione, qua magnitudo diuiditur, iuxta illud Philoſophi primo cœli in maiori quanto eſt maior virtus. tamen ipſe in ſe ſunt qualitates naturales. Et ſic ſedatur contradictio.

Solutio.

Septimo phyſico.cõ.15.

Quarta cõtradictio eſt in cõmen.15. Dicit rarum & denſum eſſe qualitates. ſed quarto phy.84. dixit quòd ſunt quãtitates. Contradictio iſta in quarto fuit ſoluta, in cõmento.84.ideo recurre illuc.

Septimo phyſico.cõ.20.

Quinta contradictio eſt in commento. 20. Dicit q̃ ſcientia dignius eſt vt ſit ad aliquid. Oppoſitum dicit 10.metaphy.22. & in prædicamentis, vbi habet quòd ſit qualitas. Soluitur.formaliter qualitas eſt, & maxime in noſtro intellectu. ad eam tamen conſequitur relatio ad ſcibile.5.metaphyſi.20. Vtrum autem dictum Philoſophi in ſeptimo phyſico.tex.commen.20. & ſui Commentatoris habeat locum ſecundum mentes eorum, vel ſecundum mentem Platonis, non eſt præſentis ſpeculationis. Alio tamen modo põt declarari ſcientiam eſſe in capitulo relationis, tam ſecũdum mentem Platonis ponẽtis noſtrum ſcire eſſe reminiſci, quàm ſecundum mentem Auerrois ponentis vnitatem intellectus colligari cum intentionibus imaginatis in intelligendo. Sed iſta pertinent ad tertium de anima, nec eſt opus præſentis negocij. nam ſufficit nobis magnifice Domine in iſtis fragmẽtis intellectum tuum excitare, nec opus eſt calcaria ſubdere ſponte currenti.

Solutio.

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,
ſuper Octauo Phyſicorum.



Octauo phyſic.cõmẽ.2.

Octauo phyſic.cõmẽ.4.

Digreſſio de forma corporeitatis Auerroiſtarum opinio.

Octauo phyſico text. cõmen. 2. & cõmen. 4. cõtradictio de opinione Anaxagoræ, & p⁹ phy. cõ.32.Sed quia in p⁹ phyſi.cõ.32. fuit ſoluta, iõ non oportet eã hic repetere.

Secunda contradi.eſt in cõ.4.Dicit Auer. q̃, ſi materia eſſet denudata ab omni forma, non poſſet aliam formam recipere. Huius oppoſitum videtur.5.phy.te.cõ.8.vbi dicitur q̃ materia, ſm q̃ eſt ens in pura potentia, eſt ſubiectũ receptiuum formæ,quę per generationem inducitur. Aliqui ex Antiquis,quos multi Moderni imitantur,tenẽt formam corporeitatis de intentione Auer. & ſic tenendo viam iſtam diceretur q̃ Cõmẽ. dixit hic q̃, ſi materia eſſet denudata ab omni forma, & ꝑcipue à forma iſta corporeitatis de prædicamento ſubſtantiæ, tunc vtiq; non poſſet aliam recipere: quia talis forma eſt neceſſaria,tum quia,vt dicunt,omnes formę educuntur de potentia eius, tum quia eſt diſpoſitio materiæ ad hoc, vt ipſa recipiat formas ſpeciales. Nam,cùm materia maxime ſit à formis remota, oportet materiã neceſſario diſponi per talem formam generatam imperfectam.tum etiam propter pertinacitatem dimenſionum intermixtarum, quæ ſunt materiæ cœternæ.nullum enim accidẽs videtur habere perpetuitatẽ, niſi propter formam: & ideo videt q̃ talis dimenſio fundetur in materia mediante forma corporis de prædicamento ſubſtantiæ ſibi cœterna. Aſtruunt hanc opinionem eſſe Auer. indubitanter.quia.3.cœli cõ.61.vbi Ariſtot.in litera habet.oportet autem fortaſſe ſenſibilium ſenſibilia, ſempiternorum vero ſempiterna, corruptibilium aũt corruptibilia eſſe principia. Cõmenta. gloſans illa verba, inquit q̃ hoc habet veritatem de principijs propinqis, & non remotis rerum ſenſibilium: quia talia non ſunt ſenſibilia,ſicut ſunt prima materia et prima forma.per primam autem formam, vt dicunt, non poteſt intelligi,niſi forma corporis.non.n.dimenſio eſt principium ſubſtantiæ,quia illa eſt accidens.item talis eſt ſenſibile cõmune. Amplius Cõmẽ.2. phy.cõ.10. exponẽs quomodo forma dicitur priuatio, dicit q̃ priuatio exiſtens in prima materia eſt quaſi forma materiæ,& nõ eſt pura priuatio. hoc autẽ non videtur poſſe intelligi niſi de forma corporis ſubſtantialis: quia illa nõ eſt ſimplex priuatio,ſed eſt quędam generalis priuatio,de qua omnes formæ educũtur. Amplius Cõmen.7.meta.cõ.29.reddens cauſam,quare quædã generãtur ab arte tantum, & quædã à natura & arte, dicit q̃ in illis, in quibus eſt pars potẽtiæ naturalis ſimilis artificio, illa poſſunt à natura generari & ab arte:ſed illa, in quibus non eſt pars potentiæ naturalis ſimilis artificio,talia generantur ab arte tantum. videtur igitur generatio rerũ naturalium præſupponere aliquam prõptitudinem in materia, ex qua educuntur. & hæc non poteſt eſſe niſi forma ſubſtantialis corporis. Amplius rõne probatur ſic. dimenſiones ſm Auer. remanent eædem in genito & in corrupto. tunc quæro vel ſm rem eſt iſta remanentia, vel ſm rationem. Si ſm rõnem, tunc nõ erit niſi ſm ſpeciẽ, quod tñ Auer.negat,quia ponit eas remanere eaſdẽ numero. Si aũt ſm rẽ remaneant,tunc oportet ponere formã ſubſtantialem cœternã materiæ, per quã illa ſemper remaneat: vel oportet materiam ſm eſſe reale non dependere à forma,quod eſt cõtra Auer.12.metaphy.

Impugnatio cō.14: Nos autem & ſi meminimus conſtruxiſſe ſpecialem qōnem ſuper additionibus noſtris qōnum metaphyſicalium Ioannis de Gandauo, tñ hic aliqua tangam, quæ ibi prætermiſi contra iſtā viam. Et, quia oīs cōtradictor amore veritatis in primis excuſandus eſt, cum ſupportatione taliter opinantium mihi videtur ꝙ illa nunq̄ fuerit opinio Auer. nec Ariſt. ſicut patet ex diſcurſu Philoſophi in p°phy. & in.2.de Generatione, vbi deteſtatur Antiquos ponentes ſubiectum generationis eſſe aliquid habens formam. ſi.n.hoc eſſet, cùm quālibet formam conſequanī accidentia, per quæ ſentiri poſſit, tunc accideret ſubiectū generationis eſſe ſenſibile: quod eſt cōtra ſenſum. Et iſta via procedens Philoſophus poſuit ſubiectum generationis eſſe ens in pura potentia, non habens aliq̄ formam ſubſtantialē cogternam neq; genericam, neq; ſpecificam, forma.n.generis & forma ſpeciei vna eſt, & eadē apud ipſos: quia tales de vna & eadem re per ſe prædicantur. Ita.n.probatur.4.meta.tex.cō.3.ens & vnum eandem naturā ſignificare, ꝙa de eadem re per ſe prædicātur. Et ideo deſintens generationem p° de generatione. 23. dixit ꝙ generatio eſt trāſmutatio totius in totū, nullo ſenſibili remanente, vt ſubiecto. quod nō dixiſſet, ſi opinatus fuiſſet materiam eſſe corpus. ſmo dānat Antiquos hoc opinantes. Nec aliq̄s locus eſt in Auer. vbi ponat talē formam: ſimo reprehendit Auic. hoc opinātem in p° phy. 63. & p° cap̄. de ſubſtantia orbis, vbi dicit ꝙ Aui. fuit opinatus ꝙ eadē eſt diſpoſitio dimenſionum interminatarum, & terminatarum. quod non dixit, ſicut male gloſauit Ioānes, & ſequaces, quia Auic. poſuerit illam formam in materia ſpecifica, Cōmenta. aūt ponit eam generīcam: ꝙa nullibi Auic. dixit iſtā fatuitatem manifeſti erroris. ſed illud dixit, quia ſm Auice. quantitates interminatę fundabanī in compoſito ex materia et forma corporeitatis, ſicut fundantur quātitates terminatæ, & in hoc diſcrepat Cōmen. ab ipſo, quia ſm ipſum fundantur in prima materia ſine aliqua forma ibi præexiſtente. Mirum, proiecto mirum, qūo Auer. ponat iſtam formam, & tñ in libro de ſubſtantia orbis, & præcipue in p°cap̄. vbi inueſtigat omnes diſpoſitiones materiæ, nullam facīat mentionem de tali forma ſubſtantiali. vbi, poſtq̄ cōcluſit materiam eſſe ens in potentia ad oēs formas, ſtatim ſubdit ꝙ primum, quod accidit materiæ, eſt trina dimenſio: qūo igitur prætermiſit formam ſubſtantialem præexiſtentem, nullā de ea mentionem faciens? Authoritates autem adductæ non ſonant hoc. qñ enim.3.cœli cō.61. dixit principia rerum ſenſibilium eſſe ſenſibilia, loquēdo de propinquis et non de remotis, ſicut eſt prima materia & prima forma, dico ꝙ hoc eſt verum: ſed per primā formam non intellexit formā corporis ſubſtantiæ: ꝙa vtiq; illa ſenſibilis eſſet, cùm ſit dimenſionata quantitatibus. Vnde mirum eſt qūo iſti, ad pauca reſpicientes, dicant Cōmen. non poſſe intelligere dimenſiones, ꝙa illæ ſunt ſenſibile cōmune, cùm tñ hoc idem retorqueri poſſit cōtra eos de forma corporis: ꝙa ſaltim erit ſenſibilis rattione dimenſionum, quę in ea fundantur ſm ipſos. & ideo, ſi dimēſiones iſtæ ſunt ſenſibiles, vt dicunt, contingeret formam corporeitatis eſſe ſenſibilem rōne ipſarū: quod ipſi negant. Accedit ad hoc, ꝙ, cū forma generis non ſit re diſtincta à forma ſpeciei: & cū formæ ſpeciales ſint ſenſibiles merito ſuorum accidentiū: vtiq; & forma illa ſenſibilis appareret. Dicamus igitur primā materiā eſſe inſenſibilem, ꝙa ſm ſe nullam formā habet, per quam ſentiri poſſit, quia illud, quod ſentitur, eſt in actu. quia aūt materia nō eſt in actu per aliquā formā, non eſt ſenſibilis: quātitas ēt interminata, quatenus interminata, eſt ens potentiale, & vtiq; ipſa ſentiri non pōt. Et ideo dicit Cōmē. ꝙ materia, vt eſt denudata ab omni actu, eſt ens rationis: quia ſolus intellectus ſic poteſt intelligere eam in actu ſecundo, ꝙ non ſit forma nec formam habens. per primā autem formam Cōmenta. intellexit Deum gloriosum, qui ēt ſenſibilis non eſt. dicitur enim eſſe principium remotum ſenſibiliū, & prima materia, iuxta illud Auer.12.meta. cō.18. omnes proportiones & formæ ſunt in potentia in prima materia, & ſunt in actu in primo motore. Et hoc confirmatur authoritate eiuſdem.12.meta.cō.6. vbi gloſans dictum Alexandri dicētis Naturalem ſumere à Diuino principia ſubſtantiæ, quæ eſt in motu, dicebat ꝙ illud habet veritatem de cauſa formali & finali, non de cauſa materiali & mouente. Vnde dicimus nos ꝙ prima principia remota rerum ſenſibilium ſunt prima forma et prima materia: tamen prima materia à Philoſopho Naturali conſyderatur, ſed prima forma conſyderatur à Diuino. & hoc etiam eſt de intentione ipſius Auer. p° phy.cō.69. vbi gloſans dictum Philoſophi, enumerantis ibi tria principia rerum naturalium, ſ. materiam, formam, & priuationem, ponens differentiā inter materiam et formam, inquit. entia habent aliud principium à ſubiecto, & eſt forma. ſed primū principium in hoc genere, ſ.in genere cauſæ formalis nō potuit ſciri in hac ſcięntia, ſicut primum ſubiectum. Et hoc idem dixit Philoſophus ante ipſum in p° phy. ad finem, vbi poſtq̄ egit de prima materia dicit. De principio autē ſm formam, vtrū vnum aut plura aut quot, aut quæ ſunt cum diligentia Philoſophię primæ eſt determinare. Sic igitur entia naturalia haberent formā corporeitatis tanq̄ primam, illa vtiq; à Naturali conſyderaretur. Nō aduertunt Moderni ꝙ aliud eſt Naturalē conſyderare quatuor genera cauſarū, & aliud eſt ipſum quatuor prima genera cauſarum cōſyderare. prima enim vera eſt, & ſecunda falſa. nam duo prima cauſarum genera cōſyderat Diuinus, ſ. primam formā & primum finem. & duo prima conſyderat Naturalis, ſ. primā materiam & primum mouens. ipſa aūt prima forma, quę à Diuino conſyderatur, non eſt forma corporeitatis. nā ſm Auer. prima forma eſt idem ſubiecto cū primo fine et primo mouente. Et hoc eſt, quod dixit egregie Cōmen. noſter.7.meta.cō.5. ꝙ prima quęſtio, quā incepit in ſcientia Diuina, perducit ad cognitionē primæ formæ & vltimi finis: ſed prima quæſtio, quā incepit in ſcia Naturali perducit ad ſciendum primam materiā, & formas naturales, et primum motorem. Idē confirmat in eodē.7.meta.cō.9. vbi expreſſe habet ꝙ Naturalis poteſt deuenire ad cognitionem primæ materiæ, non aūt ad cognitionem primæ formæ. & ibi dat rōnē iſtius, ſicut poteris videre. Idem habet ipſe.3.meta.cō.3.&.4.meta.cō.p°, vbi habet ꝙ hæc ſcia conſyderat de nobiliſſima cauſarum, ſ. de prima forma & de primo fine. Nunc̄ igitur primam formam appellauit Cōmen. corporeitatis formam. imo vbiq; locoꝝ, vbi loquitur de prima forma, dicit eam à Diuino conſyderari, & dicit illam eſſe eandem ſubiecto cum primo fine & primo mouente: quæ de forma corporis minime verificari poſſunt. Ad aliā authoritatem Cōmen.2.phy.cō.15. dico ꝙ per priuationē ibi nō intellexit formā corporeitatis. ſi.n. illa dareī, non diceret Cōmen. ꝙ eſt ſicut forma materię, ſed dixiſſet ꝙ eſt forma materiæ. ſed per priuationē intellexit ipſammet priuationem materiæ, quæ cōnotat aptitudinem: quæ aptitudo eſt ſuamet potētia, per quā omnium formarum eſt capax: & merito illius aptitudinis, quæ eſt aliquid ex natura rei, priuatio materię non eſt ſimplex priuatio, ita ꝙ ſit pur ū nihil. & talis priuatio eſt quaſi forma materiæ. quia, vt dicit Commentator, 7. metaphyſi. cōmento.60. exponens dictum Philoſophi aſſerentis quādoq; fieri qōnes per quare, quęrētes de materia, iſta natura eſt illa, cuius q̄ditas, & forma eſt recipere

Opinio propria.

ſere om tem formā, quid clarius potuit inueniri, bone Deus, in Auer. per quod poſſemus ipſummet per ipſummet exponere? Iſta igit eſt forma materiæ, ipſam nullā habere formam, et ipſam eſſe rece ptuā omnium. Et hoc voluit ēt dicere p° cap̄. de ſubſtan. orbis, dum dixit ꝙ natura materiæ ſubſtantiaī per poſſe, & ꝙ potentia eſt differentia ſubſtātialis materię. ecce qūo verum vero conſonat ex omni parte. Ad aliā authoritatem Cōmen.7.meta.cō.29. dico ꝙ ibi ponit differentiā inter res artificiales & naturales in hoc, ꝙa formæ artificiales non ſunt in potentia materiæ ſm Auer. nō enim materia habet inclinationē naturalem ad tales formas: ſed tales inducuī ab extrinſeco motore, vt teſtat ipſe 3. de aīa cō.18. Et iſta eſt ratio, propter quam ipſe dixit in.8.meta.cō.11. ꝙ ſolum in artificialibus eſt poſſibile, ꝙ ſtante vnitate materię pōt eſſe diuerſitas formarum propter diuerſitatē materierum. ſed in rebus naturalibus non eſt hoc poſſibile: quia dātur materiæ propriæ proprijs formis, & ideo res illæ, in quibus eſt pars potentiæ naturalis ſimilis artificio, poſſunt induci à natura & ab arte ſimul. ſicut eſt de Medico qui eſt miniſter naturæ, vt teſtat Galenus.1.tecbnis.tex. cō.29. vbi dicit. Omnium aūt eorum natura opatrix, medicus vero miniſter. & Auic. prima ſen quarti.tracta.2.cap̄.8. Curans, ſicut ſcuriſt, eſt virtus, nō medicus: qm̄ medicus facit peruenire inſtrumenta ad virtutem. Dicamus igit ꝙ ad hoc ꝙ aliqua forma inducatur à natura, vel à natura & ab arte ſimul, eſt neceſſarium in ſubiecto eſſe aptitudinem naturalē ad talem formā: & non oportet aliquā formā corporeitatis ponere, ſed ſola potētia materiæ ad hoc ſufficit, ex qua oēs formæ educūtur ad actum. in quibus aūt iſta promptitudo deficit, illa bene ab arte tm̄ induci poſſunt, ſed à natura mmime. Et huic teſtat experientia. dicūt nanq̄ Medici, ꝙ Ethica tertiæ ſpeciei eſt incurabilis. et ꝙ, ſi ad eā eſſet ingeniū, eſſet īgenīū ad mortē: vt dicit Auic. in p° quarti. in cap̄. proprio. Et propter qd eſt: non eſt pp aliud, niſi qa in tali corpore eſt corrupta oīs potentia, & oīs virtus, et cōplexio, per quā corpus ſcimabatur ad ſanitatē: ſicut dicit pluſq̄ Cōmen. cō.38. tertij techtnis. et, quia inductio ſanitatis neceſſario reqrit talem naturæ prōptitudinem, hinc eſt ꝙ ad eā nullum valet artis ingeniū. Formæ vero mere artificiales non reqrunt in ſubiecto talem inclinationem. ſubiectū.n. potius inclinat ad oppoſitum, cū vt in pluribus tales formæ inducanī cum diuturnione, & inciſione et remotione partiū ſubiecti. quę oīa atteſtanī corruptioni, aut ſaltē eſt in potentia neutra reſpectu talium: ſicut dicit Subtilis doctor in.2.ſenten. diſtinctione.18. quęſt. vnica, & hoc in caſu, quo tales formæ non inducuntur contra inclinationē naturalē principij paſſiui. Ad rōnem aūt eorum, quam reputāt demonſtrare, reſpondetur, cū quæritur an dimenſio interminata remanet ſm rē, vel ſm rationē, dico ꝙ remanet vna numero, eo modo, quo materia ſecluſa omni forma dicit vna numero: & vt ſic eſt ens rōnis.12. meta. cō.14. iſta aūt vnitas numeralis eſt priuattiua, ſicut eſt vnitas materiæ. nā ſicut materia dicit vna numero, quia non habet aliquā vnā formā numero, per quā ſit hæc, ſed eſt in potentia ad oēs formas: ita pariformiter dicendū puto dimenſionē interminatam eſſe vnam numero, pro quanto non habet aliquē vnum terminum, per quē ſit terminata, ſed ſm ſe eſt indifferēs ad omnes terminos. Et, qñ dicitur ꝙ perpetuitas iſta requirit aliquam formā ſubſtantialem in materia, per quā ipſa materia perpetuo ſit ſub tali dimenſione, nego argumentum. quia alia eſt diſpoſitio accidentiū terminatorum, & alia eſt interminatoꝝ. accidētia terminata bene prę ſupponunt formam in materia, non autē interminata. Vnde in hoc diſcrepat Cōmen, vt ſupra dixi ab Auic. quia Auic. credidit vnam, & eandem diſpoſitionem eſſe vtrorūq; accidentium, ꝙ videlicet talia in cōpoſito ex materia & forma fundareni. & ideo potuit in materia ante dimenſiones interminatas formā corporeitatis ſubſtantiæ. Et, ſi hoc eſſet, vt inqt Cōmen, tunc forma illa eſſet indiuiſibilis, & non haberet diuiſionē per ſuum ſubiectū, & ipſam eſſe æternam, & ipſam non habere contrariū ſibi ſuccedens in eodē ſubiecto. Et, ſi ita eſſet, tūc nullā aliam formā ſibi reciperet, præter iſtam ſibi primā. Et neqs credat me ſomniare iſta, decreuit adducere verba eius formaliter, in p° cap̄. de ſubſtan. orbis. inqt. n. ſic. Vnde putauit Auic. ꝙ diſpoſitio trium dimenſionum exiſtentiū in materia ſimpliciter, ſ. non terminatarū eſt diſpoſitio dimenſionū terminatarum in ea. & declarās hoc ſubdit, quapropter dixit, neceſſe eſt primam formā exiſtere in prima materia, anteqū dimenſiones exiſtāt in ea. ecce ꝙ non dicit, vt dicūt Moderni ꝙ Aui. poſuerit illā formam ſpecificā, & ideo reputauit ꝙ eadem eſt diſpoſitio vtrorūq;. ſed quia putauit ꝙ dimēſio interminata fundaī in compoſito ex materia et forma corporis, in hoc dicit eſſe conuenientiam. Vnde etiam ipſe Auic. in.2. ſuæ meta. cap̄.4. de priori tate formæ ad materiā, dicit materiam non dependere à forma, inquantū eſt forma ſpecie deſignata in ſuo eſſe, ſed tolū à forma inquantum eſt forma. cū igitur forma corporis ſit illa, à qua dependet in ſuo eſſe, ſicut patet per ipſum cap̄.2. illius tecūdi, ſequitur ꝙ materia generata. Et hoc idē habet ipſe in illo loco, ſi pōderentur bene verba eius. Mirū, profecto mirum, ꝙ Auic. qui fuit adeo perfectus Logicus teſte ſuo aduerſario, in.2. de aīa. cō.20. ignorauerit corpus de p̄dicamento ſubſtātię eſſe genus, & nō ſpeciem ſpecialiſſimā, cùm tñ omnes Sorticuli hoc ſcīant, & videāt Aui. p° ſufficientiæ ſuę ca.2. & videbunt errorē ſuum. Auer. poſtea in illo loco impugnat Aui. & ſua verba ſunt iſta. Ex quo accidunt ei multa impoſſibilia, quorum vnū eſt, formam non diuidi per diuiſionē materiæ, quapropter non recipit diuiſionem: & ipſam eſſe æternā non diuiſibilem per diuiſionem ſui ſubiecti, & ipſam nō habere contrarium ſibi ſuccedens in eodē ſubiecto. ꝙ ſi ita eſſet, tunc materia nullā recipet formam præter iſtā ſibi primam. hæc ille. Patet aūt omnia iſta inconuenientia ſequi contra Auer. ſi ipſe ponat talē formam, vel ſub rōne generis, vel ſub ratione ſpeciei. & ideo erubeſcā. Moderni imponere iſtum errorē tanto Philoſopho, cūp̄ oppoſitum ſentiat vbiq;. vnde & p° phy. cō.63. & p° cap̄. de ſubſtantia orbis, &.12.meta. cō.14. oppoſitum tenet.

Reuertamur igitur eò, vnde diuertimus, & dicamus Auer. non ſibi cōtradicere. vnde dicta ſua vera ſunt in hac materia. nam qū dicit ꝙ, ſi materia eſſet denudata ab omni forma, nō poſſet aliā recipere, hoc verum eſt. nā ſm ipſum & Ariſt. alteratio eſt neceſſaria ad generationē. &, quia ſubiectū alterationis próximū eſt ens in actu, tūc materia nuda nō poſſet alterari. modo, ſi alteratio eſſet impoſſibilis, vtiq; & ipoſſibilis eſt generatio, & ecōtra p° de generatione tex. cō. primi. in. c. aūt phy. dicit materiā non recipere in rōne ſubiecti formā, vt eſt ens actu, ſed vt eſt ens in potētia. bene tñma certa alterabilis eſt, vt ens actu. & ſi nō eſſet alterabilis vt ens actu, neqi ēt ſuſcipere poſſet formā vt ens in potentia, propter eſſentialē ordinē & concomitantiā exiſtentem inter iſta. & ſic ſedaī contradictio. Reſpondeo aūt Modernoꝝ nulla eſt, ꝙa, vt dictū eſt, materia dependet à forma ſubſtātali, quo ad eſſe accidētiū in ipſa, putta terminata ſunt, terminus.n. eſt a forma, ſed non dependet à forma in eſſe accidētium interminatorum in ipſa, prout talia interminata ſunt à forma. ꝙa vt ſic materia per ſuammet quiditatem, ſeu naturam ſubſtinet talibus accidentibus, quatenus ſunt interminata,

Soluto pro poſitiua doctrina.

ædm interminatio ſit à materia. Et ideo materia nõ indiget forma pro inhærentia accidentiũ interminatorum, inquantum interminata ſunt, niſi per accidẽs, inquantũ identificantur terminatis, non autem vt rõne diſtinguuntur ab illis. & hoc non viderunt Moderni.

Octauo phyſic. text. 10. Tertia contradi. eſt in tex. 10. Dicit Philoſophus q̃ ſolus Plato generat tempus. Huius tamen oppoſitum manifeſte deducitur ex his, quæ ſcribuntur in. 12. primæ philoſophiæ in tex cõ. 30. vbi dicit q̃ Leucippus, & Plato ſemper dicũt motum extitiſſe. ſed tẽpus apud Platonem nihil aliud eſt, niſi motus & reuolutio totius completa, vt dicit in. 4. phy. in tex. cõ. 93. patet aũt q̃, ſi poſuit motum eſſe æternum, q̃ poſuerit etiã tempus eſſe ęternũ. Propter quod q̃dam defendẽtes Platonem dicunt non diſſentire in ſenſu ab Ariſt. vnde dicũt Platonem tenuiſſe mundum & motum eſſe æternum. ſed ideo dixit mundum generatũ, quia partes mundi præcedunt natura ipſum non tempore, vt ſcribit Cõmen. in p° cœli cõ. 105. & 106. &, ſi ita eſſet, Ariſt. non diſſentiret à Platone in hoc. Alexander autẽ, vt recitat Simplicius in ſecũdo de cœlo & mundo, eſt alterius opinionis, & etiã Cõmen. quod fuit diſcordia vera in hoc inter Platonem & Ariſto. & q̃ rationes Ariſt. procedũt cõtra Platonem in hoc ſenſu, q̃ Plato opinabatur tempus eſſe vere generatum, & etiam mundum. Vnde ad propoſitam cõtradictionem ſm viam iſtorum iſto modo eſt reſpondendum. nam Plato bene poſuit motũ inordinatum fuiſſe ab æterno. elementa enim ſm Platonem ante mundi generationem mouebantur motu inordinato, ſed Deus deduxit illũ motum ad ordinem. vnde in generatiõe mundi ex elemẽtis, ſimul dixit cœlum factum fuiſſe, & ipſum tempus, vt dicitur in præſenti tex. Accidit autem Platoni, vt deducit bene Philoſophus & Cõmen. 12. meta. cõ. 30. vt motus violentus ſit prior naturaliter motu natura, & ſequitur vt priuatio ſit natura prior habitu, quia poſuit motum inordinatum æternum eſſe, ſed motum ordinatum poſuit eſſe factum, inordinatio autem eſt priuatio ordinationis. & ex hoc ſequi in via Platonis motũ & mundum vere fuiſſe genitum in tempore. nam quod deducitur de priuatione ad habitum nõ poteſt deduci niſi per veram tranſmutationem & generationem temporalem. & hoc eſt, quod pulchre notauit Cõmẽ. aduerſus illos, qui vo'unt defendere Platonem illo modo prædicto. inquit enim in cõmen. 105. in p° cœli q̃ Plato male ſecit in ponendo mundum eſſe generatum, ſed non corruptibilem. hoc enim cũ difficultate intelligitur de generatione, & maxime cũ dixit q̃ efficitur ex non ordine in ordinẽ. & ideo ibidem cõ. 106. dicit q̃ illud, quod innatum eſt reperiri in tempore, nõ inuenitur ſine tempore: & quod non eſt natum inueniri in tempore, non habet prius & poſterius, niſi ſm eſſe. quod eſt de lineis cum figura, & magis de rebus abſtractis. quoniam, ſi aliqua generatio fuerit ex rebus nõ temporalibus, tũc illæ res non erunt priores, niſi in eſſe tãtum. ſi igitur intendebãt, cum dicebant mundum eſſe generatum, q̃ a eſt ex cauſis prioribus in eſſe, erit verum. ſed verba eorum non compatiuntur hoc. aut ergo peccant, aut hoc deuiat à veritate, aut male docent. Et ſi cupis late videre impugnationem iſtius opinionis, vide Auer. in. 3. cœli in cõ. 25. contra Themiſtium, qui nõ modo conabatur defendere Platonem. ſat mihi fuerit oſtendere tibi locũ. cupio enim quò ad eius fieri poteſt breuis eſſe.

Solutio.

Octauo phyſic. cõ. 20. Quarta contradi. eſt in cõ. 20. Dicit Cõmen. q̃ non inuenitur aliquid mouri ex ſe, niſi in motu locali. Huius tamẽ oppoſitum dicit. 2. de anima. cõ. 50. de animalibus, & plantis, quò ad nutritionis motum. Soluitur. in ſimplicibus habet locum dictum ſuum, ſicut ipſe gloſat ſeipſum. 2. phy. cõ. p°. fallit autem in mixtis, præcipue perfectis, ſicut ſunt **plantæ & animalia**, talia enim ab intrinſeco poſſunt alterari.

Octauo phyſic. tex. 23. Quinta contradi. eſt in tex. 23. Scribit Philoſophus & Cõmẽ. q̃ **non eſt** neceſſe ſi vna collectio guttarum operatur in lapide primam operationem, quæ apparet in actu in alio tempore, vt illæ guttæ faciant medietatem illius operationis in medietate temporis, aut partes illarum faciant partem illius operationis. **Huius tamen oppoſitum** inuenimus in. 7. phy. in tex. cõ. 36. **vbi** oſtenditur q̃ ſi aliqua potentia mouet aliquod **mobile**, per aliquod ſpacium in aliquo tẽpore, q̃ dimidiata potentia mouet medietatem mobilis per medietatẽ temporis. Niſi eſſet q̃, vt ſcribit Alexander, modus conſyderãdi mathematicus in multis deſeruit Philoſopho Naturali, quia igitur Ariſt. in. 7. phyſi. loquitur de motu ſm generalem ſui conſyderationẽ, ſic multa ſm imaginationem ſibi competere poſſunt, quæ tñ non competunt ſibi applicato ad determinatum ſubiectum per formam naturalẽ, quę eſt ratio fortitudinis & terminationis. Ita in ſimili ſcribit Cõmen. in. 6. phy. cõ. 15. & 5. phyſi. cõ. 45. & hoc concordat dicto Cõmẽ. ibidem in cõ. 36. cùm dicit. & cũ diuertimus motum in duas medietates, & ſimiliter motorem, tũc proportio motoris, quę eſt medietas, ad motum, quod eſt medietas, erit ſicut proportio totius motoris ad totum motum, vt vniuerſaliter declarauerunt Geometræ. & conſimilem dicendi modum de illis proportionibus dicit in cõ. 38. Soluitur igitur cõtradictionis in hoc cõſiſtit, q̃ termo etus in. 7. phyſi. verificatur ſm vniuerſalem conſyderationem motus, quæ eſt ſm imaginationem, vt eſt in corpore mobili abſolute. ſed in. 8. phyſi. loquitur de motu augmenti, & de motu alterationis, & de cauatione lapidis, qui ſunt motus applicati ad determinatum ſubiectum determinatum per formã. & ſic in talibus eſt deuenire ad vnum in actu, quod totum ſimul acquiritur. vnde ẽt ibi conſyderatur motus, & tranſmutatio, non vt ſunt in tempore abſolute, quia talis diuiſio eſt in potentia, & vadit in infinitum. & ſic de hoc fuit conſyderatum in. 6. phy. vbi fuit dictum q̃ in motu & trãſmutatione non eſt dare primum. ſed in. 8. phy. in loco allegato loqtur de motu & trãſmutatione, vt ſunt in quanto & quali, & vbi. & iſta diuiſio eſt in actu, & eſt finita, & ſic eſt dare primum in actu. ſimiliter ibi conſyderantur tales motus, vt prouenient à motore naturali, qui eſt finitæ virtutis, vnde Cõmen. ibidem dicit. non enim ſequtur in alteratione, ſi diuiditur alteratũ in infinitum, vt propter hoc ẽt alteratio diuidatur in infinitum, ſ. inquantum fit ab alterante. quod ideo, vt mihi videtur, appoſuit Cõmen. quia aliud eſt conſyderare alterationem, inquantum alteratio, & aliud inquãtum prouenit ab alterante. nam alterãs agit per formam & virtutem naturalem, quę ſunt terminatę neceſſario, vt patet. 2. de anima contra Empedoclem de motu augmenti **tex.** cõ. 41. omnium natura conſtantium, &c. Et ideo ſubdit Cõmen. **ibidem**, q̃ prima pars, quæ fit ex alteratione, eſt determinata neceſſario, & alterãs agẽs ipſam eſt determinatũ. & ſi prima pars, quæ fit ex trãſmutatione, nõ eſſet determinata, & agens tranſmutãs ipſum non eſſet determinatæ virtutis, tũc omnia, ſicut alii fingunt, eſſent in continua tranſmutatione, & contingeret vt inter duas tranſmutationes ſenſibiles non eſſet quies media.

Octauo phyſic. cõ. 24. Sexta contradi. eſt in cõ. 24. Dicit plures qualitates tranſmutabiles nõ recipere magis & minus. Huius tamen oppoſitum habet. 5. phyſi. cõ. 19. & 22. & 10. meta. cõ. 23. Niſi eſſet q̃ illud intelligitur ſm actum. aut forte loquitur de qualitatibus trãſmutabilibus per accidens. qualitates enim, quæ per tranſmutationẽ per accidens acquiruntur, **non oportet q̃ recipiant magis & minus,**

Solutio.

minus, ſicut eſt de ſecunda ſpecie qualitatis. 7. phyſic. cõ. 20. & 5. metaphyſi. cõmen. 19. ſimiliter qualitates quartæ ſpeciei non recipiunt magis & minus, ſicut patet. 7. phyſi. commen. 15. & 16.

Octauo phyſic. tex. 27. Septima contradi. eſt in tex. 27. Ariſtot. diuidit motum **per ſe** in illud, quod mouet ex ſe, i. per principium **intrinſecum** exiſtens in eo, vt habentia animas, & in illud **quod** mouetur ab alio, i. à principio extrinſeco, vt **ſunt** inanimata. et talia, vt inquit Philoſophus, quę mouentur ab alio, dupliciter moueri poſſunt, natura videlicet, & extra naturam. extra naturam mouẽtur vt terra ſurſum, & ignis deorſum: natura vero vt ignis ſurſum, & terra deorſum. vbi patet de intentione Ariſto. et Cõmen. futile, grauia & leuia moueri ab extrinſeco. Cuius tamen oppoſitum ſcribit Cõmen. in infinitis locis, vt. 2. phy. cõ. p°. &. 3. &. 7. phy. cõ. 2. &. 3. cœli cõmen. 28. & alibi infinites. Dicimus nos iſtam fuiſſe Ariſt. indubitatam ſententiã, qui in quæſtionibus arduis, & difficilibus, vt inquit Themi. in p° de anima loquitur ſm proprietatem ſermonis, & nõ per metaphoras. in hoc. n. ipſe in pleriſq; redarguit Platonem. Dico igitur, q̃ proprie illud dicitur motum per ſe ex ſe, quod apparet moueri ab aliquo ꝓncipio intrinſeco, nullo motore extrinſeco ſenſibiliter mouente, & ſenſibiliter concurrente ad talem motũ. hoc autem eſt animalibus proprium, quia videntur poſt perfectam quietem à principio intrinſeco moueri, non apparente aliquo extrinſeco motore ſenſibiliter excitante, aut mouẽte illa. et hoc proprie apud Græcos dicitur motum ex ſe per ſe. tale autem nõ videmus accidere in aliquo inanimatorum, ſed ſemper videmus q̃ aliquod exterorum mouet ipſa. ſi enim moueantur de potentia accidentali, concurrit remouens prohibens. &, ſi mouentur de potentia eſſentiali, concurrit generans. Et ideo cũ hoc fundamento procedens Ariſt. concluſit grauia & leuia in. 8. phy. & etiam in. 4. cœli & mun. eſſe de numero eorum, quæ mouẽtur ab extrinſeco motore. Vnde Cõmẽ. in. 4. cœli & mun. in cõ. 25. inquit. In hoc capitulo vult perficere ſermonem de modo motus elementorum, & oſtendere qũo mouentur, & determinare q̃ non mouentur ex ſe in rei veritate, ſed ex extrinſeco. Et hoc clare elicitur ex verbis tex. ibi. vbi Ariſt. poſt longã perſcrutationem finaliter concludit. & mouet ẽt & quod à principio fecit, & id quod ſubtraxit, aut vnde reſiliit, quẽadmodum dictum eſt in primis ſermonibus, in quibus determinauimus q̃ nihil horum ipſum ſeipſum mouet, vbi expreſſe & clare patet vtrobiq;, & in. 8. phy. & etiam in. 4. cœli iſtam ſine dubio fuiſſe Ariſt. ſententiã, q̃ grauia & leuia, & vniuerſaliter omnia inanimata ſunt de numero motorum per ſe, quæ mouentur ab alio, i. ab extrinſeco. Et cauſa (vt bene notat Auerro. in cõ. 27. vbi vidit hmõi difficultatem & contradictionem) fuit, quia talia non mouentur ex ſe, niſi prius moueãtur ex aliis. vnde dicit & poſuit illa moueri ex aliis, quia iſta non mouentur ex ſe, donec moueant ex aliis, vt poſt declarabitur. Non igitur negat Ariſt. q̃ grauia & leuia habeãt principium intrinſecũ ſui motus, ſicut tenet Cõmen. in pluribus locis, et ipſemet Philoſophus: ſed cauſa, propter quam placuit ſibi collocare in numero eorum, quæ mouẽtur ab extrinſeco, dicta eſt. Et iſta eſt ſententia Philoſophi ſine dubio in. 8. phyſic. in tex. cõ. 17. quam repetit etiam in tex. cõ. 27. ſicut videre potes reſolute. Confirmatur. quia in tex. 20. aũt q̃ corpora ſimplicia ipſa à ſeipſis moueri impoſſibile eſt. vitale **enim eſt** hoc, & animatorum proprium. Et iſtere poſſent ipſa ſm ſeipſa. Idem clariſſime legitur. 8. phyſico. **tex.** cõ. 77. vbi habet quòd motum ex ſe proprie eſt in motu locali tantum, & in animatis.

Octauo phyſic. cõ. 27. ◂ Octaua contradi. eſt in cõ. 27. Habet Cõmenta, mo

Solutio.

tum cœli eſſe naturalem ex parte animæ, & ex pte corporis. Huius tñ oppoſitum videtur dicere. 2. cœli. cõ. 3. vbi dicit motum cœli non eſſe naturalem. Reſpondetur, non dixit motum cœli Cõmen. ibi non eſſe naturalem abſolute, ſed dixit q̃ non eſt naturalis, ſicu. eſt motus elementorũ. Sed dices. tu dixiſti ſupertius in. 2. phy. in contradictione ſecunda, q̃ motus cœli non eſt naturalis ex parte ſuæ formæ, quæ eſt anima eius, ſed ſolum ex parte corporis, modo Cõmen. hic dicit oppoſitum, ſicut vides. Dico q̃ non eſt contradictio. quia ibi negauimus cœli eſſe naturalem ex parte intelligẽtiæ, ita q̃ ipſa ſit natura: ſed vt dixi, vt ſic motus cœli eſt ſupra naturam, pro quanto eſt ab aliquo principio altiori, q̃ ſit natura. vnde Commentator diſputatione. 11. in ſolutione primi dubij contra Algazelem inquit. * Peripatheticꝰ ſm veritatem loquentes dicunt q̃ entia procedunt ab eo modo altiori q̃ ſit natura, & q̃ ſic humana voluntas. Et ideo illud, quod ipſe dixit nomine Philoſophorum, q̃ id, quod procedit ab ipſo Deo, procedit modo naturę, falſum eſt. hic autem cõcedo motum cœli eſſe naturalem ex parte animæ. quia motus circularis eſt motus animæ, ſicut patet. 2. cap. de ſubſtan. orbis: non tamen anima cœli eſt natura, ſed eſt ſupra naturam. ſed tenentes illam animam dare eſſe, ſequitur illam eſſe vere naturam: quod eſt abſurdum.

* A.l. & qui cum ſecundum veritatem loquuntur, ſ. peripatheticꝰ de his ſtoici modo, q̃ ponunt deum eſſe voluntatem humanã.

Octauo phyſic. tex. 10. Nona contradi. eſt in cõ. 30. Dicit q̃ impoſſibile eſt elementum eſſe mouẽs, & motum ſm formam eodem modo. Huius oppoſitũ dicit. 4. cœli. cõ. 22. vbi habet q̃ in motu elementi forma eſt mouens & motum. Soluitur. quia dicit eodem modo. Pro quo debes ſcire, q̃ forma mouet inquantum forma. ſed vt ſic non poteſt moueri, ſed forma vt in materia moueri poteſt. rõ eſt iſta. quia omnis paſſibilitas & potentialitas, & vniuerſaliter imperfectio, quæ attribuitur formæ, eſt merito materię ſm Philoſophos. et ideo. 4. cœli dicit forma elementi mouet: ſed vt eſt forma in materia mouetur. Et propter hoc ſm ipſum. 9. meta. cõ. 2. formæ abſtractæ à materia ſunt tantum agentes, nullo modo patientes, neq; eſſentialiter, neq; accidentaliter, & hoc eſt conueniẽs principijs Philoſophi. nam ratio eſſentialis patiendi eſt à materia & à potẽtia. ſecũdo de generatione. 61. materiæ eſt moueri. & ideo nulla forma per ſe eſt paſſibilis, ſiue abſtracta, ſiue materialis fuerit, quia forma eſſentialiter eſt actio, ſecũdo de generatiõe, vbi ſupra, & 3. phy. 17. & 9. meta. 20. tamen materiales ſunt paſſibiles per accidens, quia ratione materiæ, à qua inficiuntur. cùm autem in abſtractis à materia non ſit ratio paſſibilitatis aliquo modo: quia nec vt formæ, nec vt in materia, quia ibi materia non eſt: ſequitur illas eſſe actiones tantum. ſed iſtæ, quæ ſunt hic, ſunt actio & paſſio, ſicut noſti.

Octauo phyſic. tex. 40. Decima contradi. eſt in cõ. 34. D. q̃ omne motũ habet motorem alium à ſe in eſſe. Oppoſitum patet. 4. cœli cõ. 22. ad finem, vbi dicit q̃ in motu elementi motor & motum ſunt idem ſm ſubiectum, & differũt ſm modum. Soluitur. in per ſe mouẽtibus, & per ſe motis motor, & motum debẽt diſtingui ſm eſſe. ſed in per ſe mouentibus, & per accidens motis, ſicut eſt de forma elementi, non oportet hoc: ſed ſufficit q̃ illud, ratione cuius dicitur eſſe mota, forma per accidẽs ſit diſtinctum ſm eſſe ab ipſa forma, & illud eſt ipſa materia. Et ideo Philoſophi dixerũt nullum omnino ſimplex poſſe eſſe mouens & motũ aliquo modo, ſicut ſupra tã diximus.

Soluto.

Octauo phyſic. cõ. 44. Vndecima contradictio eſt in cõ. 44. Dicit **motum** ferri ad magnetem eſſe ab extrinſeco. Oppoſitum dicit 7. meta. 10. cõ. Soluitur. eſt ab extrinſeco, quia nõ mouetur à ſua forma intrinſeca. eſt ab intrinſeco, pro quãto mouetur vt alteratum, et informatum tali qualitate impreſſa ſibi ab ipſa magnete: cũ in omni motu mouens, & motum

Soluto.

& motum debeant esse simul. & sic debemus imagina
ri de vaporibus eleuatis virtute Solis ad mediã regio-
nem aeris, & de motu attractionis nutrimenti ad mem
bra. Sed tunc est difficultas, quia forma existẽs in sub-
iecto non agit in suum subiectum. Nisi esset ꝙ hoc fal-
lit in motu locali. Alias ẽt limitationes habet ista ꝓpo-
sitio, sicut poteris videre in limitationibus nostris.

Octauo phy
lic. co. 35. Duodecima cõtradi. est in eodem cõ. Dicit calorem
naturalem esse primum mouens, vt poteris videre in fi
ne cõ. 53. in cõ. isto circa principiũ. & in cõ. 37. infertius
dicit ꝙ mouet vt instrumentum, & per consequẽs non
est primus motor, sed est medius compositus ex moto
& motore. Nisi esset ꝙ exemplorum non requiritur
verificatio, sed manifestatio. 2. de anima cõ. 67. Vnde
calor naturalis comparatus ad animam est instrumen-
tum eius. tamen calor naturalis cõparatus ad lapidem,
& bacu'um, de quibus Cõmẽ. exemplificat ibi, habet
rationem primi motoris. quia lapis est vltimũ motum
in illo exemplo: baculus est medius motor vel manus:
& calor naturalis ibi supponit pro primo motore, licet
absolute comparatus ad animam sit motor instrumen
talis, &. sic cessat omnis contradictio.

Octauo phy
sico. co. 48. Decimatertia contradi. est in cõ. 48. Scribit Cõmẽ.
ꝙ consyderatio de pluralitate æternorum est propria
meta. & hoc idẽ dicit supertus in cõ. 45. hoc idem vide
tur de intentione Philosophi pº phy. ad mem, vbi ha-
bet. De principio autẽ fm formã, vtrum vnũ, aut plu
ra, & quot, aut ꝙ sunt, cũ diligentia primæ Philosophię
opus est determinare. Huius tñ oppositum videt pº de
aia cõ. 2. vbi declarans vtilitatem scientię de aia, prout
dat pluribus scientijs plura principia, dicit ꝙ Diuinus
suscipit substantiam sui subiecti, & multa alia de dispo
sitionibus consequentibus intelligentiam, inquantum
intelligentia, & intellectus. &. 3. de anima cõ. 5. in solu
tione. 3. quæstionis, & in cõ. 14. ibidem dicit ꝙ, si nõ es
set ista natura, quæ est intellectus possibilis, non esset
multitudo in abstractis. & ideo scientia de anima est ne-
cessaria in sciendo primam Philosophiam. Dicũt ali-
qui ꝙ numerus substãtiarum abstractarũ, & si in Me
taphysica per motum & per medium astrologicum sit
demonstratus, tñ ex natura scibilium est conclusio me
taphysica, & est medium metaphysicum ad probandum talem numerum. sed ꝙ non demonstretur, dicunt
ꝙ hoc est merito defectus cognitionis nostræ, quæ sa-
tis obscura est. & non potest attingere tale medium.
& ita etiam dicunt ꝙ substantias abstractas esse intel-
ligentes est cõclusio in Metaphysica, sed ꝙ non cõclu
datur, est quia ignoramus tale medium. & sic dicũt nu
merum abstractorum concludi posse à Diuino, & non
à Philosopho Naturali. Ego aũt nunquam potui intel
ligere istam opinionem, & diu fui in speculatione istius
difficultatis. Nam fm Auer. videtur ꝙ ista positio isto
rum non possit stare. & ratio est ista, quia à parte ego di
cam sibi ꝙ esse abstractorum est conclusio diuina, tñ
medium est ignotum. Soluunt dicentes esse rationẽ di-
uersitatis, quia illa sunt principium in scientia Diuina,
cùm sint subiectũ **eius:** sed numerus substantiarum est
conclusio, & **nullo** modo principium. Sed contra istud
arguo sic. ens & vnum significant eandẽ naturam per
Auer. cùm autem numerus iste substantiarum separa-
tarum causatus sit non ex diuisione cõtinui, sed ex con
tradictione propter imperfectionem & possibilitatem
in eis repertam: sequitur si Diuinus demonstraret nu-
merum, demonstraret vtique & esse. Sed dicunt ꝙ ens
& vnum significant eandem naturam, sed non eodem
modo. & ideo potest Diuinus demonstrare aliqd esse
vnum, licet non possit demonstrare illud esse propter
distinctionem rationis inter esse & vnum esse: sicut est
de pº motore, qui &. ii. idẽ sit cum primo fine, & prima
forma, tñ ratione distinguuntur. & **ista distinctio** suffi-
cit vt de **eo** diuersæ sciæ consyderent. Naturalis. n. con
syderat primum motorẽ: Diuina primam formã. Sed
contra, ꝙa propter hoc non euadunt argumentũ. nam
vnum, vt rõue distinguitur ab ente, nil aliud dicit fm
Auer. cõ. 3. quarti meta. nisi indiuisionẽ in esse funda-
tam: quia nõ importat aliquem conceptũ **positiuum**,
vt voluit Auice. Sitigitur Diuinus demonstrat aliquid
vnum esse, hoc non est, nisi inquantum illud est indiui
sum in esse. sed qui demonstrat indiuisionem in esse, ip
sum esse demõstrat. esse. n. & indiuisum esse idem sunt
omnibus modis, & non differunt nisi ex modo signifi-
candi. & ideo quicunq; demonstrat vnum esse, vtiq;
& esse demõstrat. Confirmat per Philosophum. 4. me
ta. tex. cõ. 3. idem. n. homo & vnus homo, & non di-
uersum aliqd ostẽdit fm dictionem repetitam homo,
& eius homo, et vnus homo. Nec instãtia de primo mo
tore valet, ꝙa primus motor & prima forma, licet dicãt
vnam naturam, tñ dicunt duos conceptus positiuos di
stinctos, qui sunt sufficientes ad causandũ diuersos ha-
bitus in actu, saltẽ partialiter. Sed ista, quæ differunt, si
cut positiuũ & priuatiuũ, minime possunt hoc facere.
quia priuatio nõ habet aliquã formalitatem vel conce
ptum positiuum distinctum à conceptu sui fundamen-
ti, per quẽ possit intelligi. & ideo dicit Philosophus ꝙ
intelliguntur priuationes per suos habitus. 3. de anima. 25.
Sitigitur Diuinus numerũ abstractorum demonstrare
posset, tunc vnitates eorum demõstraret esse. & si vni
tates, ergo & entitates. Et ideo mihi videt pº de
Auer. dicendum esse ꝙ nulla scientia nec; vniuersa-
lis nec; particularis põt demonstrare numerũ sui subie
ctũ: sicut fm ipsum nec esse potest demonstrari. Et con
firmatur per ipsum in. 2. de anima cõ. 27. vbi Arist. enu
merat potentias animæ sine aliqua probatione, et Cõ-
men. ibi in cõ. reddens causam inquit in principio cõ.
Cùm voluit incipere loq; de vnaquaq; virtutũ animæ,
incepit primo numerare eas esse. & ꝙ quædã animalia
habent quasdã earum proprie, fm quòd artifex ponit
subiectũ suæ artis. Artifex. n. necesse est vt ponat sub-
iectũ, de quo loquitur, & diuidat genera eius, quasi ma-
nifesta in esse. Artifex. n. non potest demonstrare sub-
iectũ suæ artis, nec; species eius. & in principio cõ. 29.
illius secundi dicit. quia vult ponere hic numerum ista-
rum virtutum, fm quòd artifex ponit subiecta suæ ar-
tis, & quilibet igit artifex, qui sumit subiectum suæ ar-
tis, vt concessum, habet accipere & numerum. Vnde
Auic. prima sen. primi, vbi agit de subiectis Medicinę,
dicit ꝙ Medicina nõ habet declarare, quæ sunt elemen
ta, & quid sunt, aut quot sunt: nec humores, comple-
xiones, virtutes, quæ sunt, quid sunt, aut quot sunt,
sed in his Physico credere debet. Licet igitur numerus
abstractorum sit in Metaphysica demonstratus, non
tamen est metaphysicalis conclusio, sed est principium
in ea: sicut eas esse, & eas esse intelligentes sunt princi
pia, & non conclusiones, pº de anima cõmen. 2. &. 12.
meta. cõ. 36. &. 2. cœli cõ. 61. &. 5. capi. de substantia or
bis. Vnde mirum est de istis dicentibus tales proposi-
tiones esse diuinas conclusiones, cũ tamen Cõmen. di-
cat ꝙ sunt principia diuina, & conclusiones naturales.
donec igitur isti non inuenient media diuina, per quæ
istas conclusiones demonstrent, nunq; concedam illas
diuinas cõclusiones esse, licet Arist. eas in Diuina scien
tia concludat. propter hoc tñ non sunt cõclusiones Di
uinæ, quia cõclusiones specificantur à mediis. Et Arist.
multas demonstrationes naturales adduxit in sua Me
taphysica, sicut patet. Dicamus igitur ꝙ numerus ab-
stractorum est conclusio demonstrabilis medio astro-
logico, & naturali, sicut patet intuenti demonstratio-
nem illam Philosophi, ibi, n. ingressum habet ratio na-

turalis,

turalis, & ibi etiam est astrologicum medium. Simili-
ter Naturalis potest demonstrare multitudinem in ab-
stractis, ꝓpter intellectum possibilem repertum in eis,
sicut dicit cõ. 3. de aia. 5. &. 14. cõ. ꝙ cũ sit intelligen-
dum non est ꝓsentis negocij. Sed quid dicemus ad au
thoritates Cõmen. & Arist. Dico ꝙ omnes glosari de-
bent ista glosa, ꝙ determinatio de abstractorũ nume-
ro est Diuinæ sciæ proprie, non ratione medij, sed ra-
tione subiecti & prædicati, quæ bene sunt diuinæ con-
syderationis. vnitas. n. & multitudo sunt de cõsequen-
tibus ens inquantũ ens. similiter dicitur propria Meta
physicę illa determinatio, quia in Metaphysica pertra
ctatur. Nam, si bene aduertas, in illa demõstratione su-
mũtur multæ propositiones declaratę in Naturali phi
losophia, sicut illa ꝙ vnus motus habet vnum moto-
rem, & ꝙ omne motum habet motorem, & ꝙ motus
æternus habet motorẽ æternum, sicut patet per Auer.
& Philosophum ibi. in tex. cõ. 43. similiter. quia ibi su-
mit pro constanti numerũ motuum ab Astrologis, si-
cut patet infra ibidẽ tex. cõ. 45. Hinc est ꝙ placuit Ari-
sto. illã materiã pertractare in Metaphysica non in Na
turali philosophia, nec in Astrologia. Sed, ꝙa iste duę
scientiæ ministræ sunt in hoc casu Metaphysicæ, ideo
Metaphysicus ab vtroq; partem aliquã accipiens ere
xit ibi demõstrationẽ. & sic sibi illã consyderationem
appropriauit, præsertim cũ substantiæ abstractæ sint
subiectum eius ibi, & Metaphysica indiget cognitio-
ne numeri specierũ subiecti sui. &, quia declaratio nu
meri earum in istis scientijs specialibus non fuit facta,
cũ neutra sine alia sufficiat, hinc est ꝙ cõuocauit eas in
scientia cõmuni, sic igitur est propria scientiæ cõmuni
talis determinatio. Si. n. Naturalis istum numerum vel
ler demõstrare via motus, oporteret ipsum sumere nu
merum motuũ ab Astrologo. sed ad quã vtilitatẽ non
ad vtilitatem propriã, quid. n. Naturalis vult facere de
numero, aut in quo sibi deseruit talis numerus abstra-
ctorum? si igitur hoc faceret Naturalis, hoc esset ad vti
litatem Metaphysicæ, quæ sumit subiectũ suum esse à
Naturali philosophia. Et ꝙa scientia debet cognoscere
numerũ sui subiecti, noluit Aristot. demõstrare nume-
rum in Naturali philosophia, sed solũ esse. quia esse ab
stractorum Naturalis per mediũ proprium nullo indi-
gens auxilio alicuius alterius artificis potest demõstra
re. Numerum aũt non potest efficaciter demonstrare
per solum motũ, sed indiget alio artifice: ideo numerũ
voluit demonstrare in Metaphysica, induẽs habitum
vtriusq; scientia. n. spectalis debet adiuuare specialem
scientiam in his, quę sunt sibi propria. sicut plerũq; Ma
thematicus adiuuat Naturalẽ in naturalibus: vt est vi-
dere. 8. phy. cõ. 76. sed velle Mathematicũ seruire na-
turali non propter se, sed propter Diuinũ, esset multo
tedio afficere ipsum. Et ideo, sicut mihi videi, ista fuit
causa, ꝙ Arist. voluit istam determinationẽ de nume-
ro abstractorũ in scientia Diuina fieri. ꝙa Diuinus indi
get cognitione sui subiecti & numeri eius: esse aũt sub-
iecti à solo Naturali potuit accipere. non potuit autem
numerũ accipere à solo Naturali aliquo manifesto me-
diõ: ideo ipse Diuinus numerũ in Metaphysica à duo-
busartificibus probatũ sumit. Dixi aũt notabiliter ma
nifesto medio, quia Cõmen. bene vult Naturalẽ posse
ostendere multitudinẽ abstractorum, quia in eis est na
tura intellectus possibilis. sed mediũ istud non est sensa
tum, sed satis obscurũ, sicut vides. Et ideo primus ma-
gister nihil vnq; dixit sine forti ratione, sicut dicit Cõ-
men. pº de generatione. 38. cõ. Ne aũt videamur dixis-
se ista gratis, volo confirmare istã sententiam author
tate Auer. pº cœli cõ. 90. vbi dicit ꝙ vnitas mundi po
test demonstrari ex duabus scientijs, s. Naturali & Diui
na, & Arist. in illo tex. vult hoc declarare. Et ibi Com-
men. dicit ꝙ Philosophus dicit illã rationem Diuinam
esse, ad probandũ mundum vnum esse, quia sumit quę-
dam, quæ sunt principia in Diuina scia, & nõ sunt pro-
bata in scientia Diuina, sed in scientia Naturali: sicut ꝙ
omne, quod non est in materia, est vnum: & ꝙ motus
circularis est sine principio & fine: & ꝙ ab vno mouen-
te nõ est nisi vnũ motum, quę ofa probata sunt in Phi
losophia Naturali, licet sint ẽt scripta in Metaphysica,
sicut patet, 12. meta. à. 29. vsq; ad. 49. Ecce igitur quo
fm Auer. Arist. quãdoq; appellat aliquã consyderatio
nem diuinam, non quia à medio diuino procedat, sed
quia in Diuina scia pertractat, & scribitur. Et sic patet
ꝙ fm Auer. sententiã, tenentis substantias abstractas
esse à Diuino non posse demonstrari, habemus conse-
quenter dicere ꝙ nec eas esse in tali numero est demon
strabile ab ipso. Dicere aũt illam esse conclusionem di
uinam, & ꝙ est mediũ diuinum ad eã, ignotum tñ no-
bis, est loqui sine ratione, quia, vt dicit Cõmẽ. in proœ
mio primi phy. Arist. inuenit istas tres scięẽtias, & cõ-
pleuit. Contradictionis autem sedatio ex dictis liquet:
& mihi hoc non fuit declaratum, nisi cum maximo la-
bore, & ab alijs nihil inuentum.

Octauo phy
sico. tex. 55. Decimaquarta contradi. est in tex. 55. Arist. osten-
dit motum localẽ priorem esse natura tempore & per-
fectione respectu aliorũ. Sed quòd nõ sit natura prior,
elicitur ex sententia eius, pº phy. tex. cõ. 24. vbi cõtra
Melissum, ponentẽ vnum principium & infinitum, &
propterea imobile, arguit Philosophus, ꝙ licet nõ pos
set moueri motu locali, quid prohibet vt possit altera-
ri. igit alteratio potest esse sine motu locali. Et confir
matur per Themistiũ ibidem, dicentem ꝙ nec; calefa-
ciendis rebus, nec; frigefaciendis opus est loco. modo
non est ista cõditio prioris fm naturam, vt possit prior a
possint esse sine eo: vt patet. 5. meta. ca. de priori. Nisi Soluitio.
esset ꝙ argumentum est ad hominẽ. quia positio ꝙ cor
pus aliquod esset infinitũ occupans totum, & non pos-
set localiter moueri de vno loco ad alium locũ, nihil ve
taret illud posse alterari. quia non est necesse, vt quod
alteratur transferatur fm locum, vt dicitur pº de gene
ratione & corrup. tex. cõ. 25. quia aliquid in eodem lo
co existens alterari potest. & sic habet Philosophus in-
tentũ suũ contra Antiquos. Nec hoc contradicit Arist.
nam, si nõ esset motus localis corporis cœlestis nulla al
teratio esset. ipse enim est tãquam vna omnium natu-
ra constantium. 8. phy. i. tex. cõmen. 1.

Octauo phy
sico. tex. 60. Decimanona contradi. est super eodem tex. Aristo.
habet ꝙ raritas & densitas principia sunt oium passio-
num. nã graue & leue, molle & durũ, calidum & trigi-
dum raritates & densitates quædã esse videntur. Hu-
ius tñ oppositum habet in. 2. de generatione & corru.
tex. cõ. 15. &. 7. phy. tex. cõ. 11. vbi dicitur ꝙ raritas &
densitas sunt rerũ qualitates insequẽtes calidum & tri-
gidum. Soluit. loquitur Aristo. in. 8. phys. fm opinio Soluitio.
nem Antiquoꝝ, non fm propriã opinionem, vt osten
dat conclusionem, quã intendit ibi probare fm vtrãq;
opinionem habere veritatem. Nã opinio Arist. fuit ꝙ
principia transmutationis sunt quatuor qualitates pri
mæ, vt patet in principio secundi de generatione & cor-
rup. Opinio vero Antiquoꝝ fuit ꝙ principia trãsmuta
tionis sunt raritas & densitas, vnde fm istos oẽs passio
nes causant alteritis, & qũocunq; sit semp, vt deducit,
sequitur ꝙ motus localis præcedat alios motus. non cu
rat aũt ibi Arist. qũo se habeat veritas circa illud, an vi
delicet generatio fiat vt Antiq asserebãt, an per viã al
terationis per quatuor primas qualitates, quia illa spe-
culatio pertinet ad librũ de generatione & corrup. vn-
de Arist. pº phy. te. cõ. 40. dixit ꝙ magnũ & parum
sunt fm rõnem, rarũ aũt & dẽsum fm sensum. ꝺd nõ di
xisset, nisi credidisset raritatẽ & densitatẽ inseq qualita-

tates

tates primas in ſolis ſenſibilibus gñabilibus inuentas.

Octauo phy ſic.cō.73. Decimaſexta contradi.eſt in cōmen.73.dicit Auer. q̄ in linea recta eſt maxima diſtantia. Oppoſitum.5. phy.23.& p° cœli.cōmen.28. Soluitur.eſt breuiſſima, quę poſſit cadere inter duo extrema in actu.inter enim duo puncta diſtantia nulla breuior linea poteſt cadere q̄ linea recta,tñ eſt longiſſima, quia maxima remotio non inuenitur,niſi in recto inquantum rectum. vnde linea imaginata à centro terræ vſq̄ ad conuexum ſupremæ ſphæræ eſt lōgiſſimæ diſtātię poſſibilis in natura.

Solutio.

Octauo phy ſic.tex.74. Decimaſeptima cōtradi.eſt in tex.74.Habeť ibi q̄, cū motus augmenti & diminutionis ſint oppoſiti,non poſſunt eſſe continui,ſed de neceſſitate inter eos eſt tēpus quietis. & ita videť poni tempus ſtatus inter motum augmēti & diminutionis.Huius tñ oppoſitū colligitur ex.2.de generatione & corru.in tex.cō.57.vbi dicitur q̄ in æquali tpe eſt generatio & corruptio ſm naturā.& Cōmē.ibi in cō. expreſſe dicit q̄ tēpus ſenectutis eſt æquale tēporituuentutis. ex q̄bus vī non datur tps ſtatus mediū. Dicamus nos q̄ Ariſt. & Auer.ibi per tēpus gñationis naturalis aut iuuentutis intelligūt totū tempus profectus, in quo videlicet res habet ſe in naturali diſpoſitione.& ſic in tali conſyderatione includit tam tēpus augmenti, q̄ et tempus ſtatus,nā propter quod vnūquodq̄ tale & illud magis. nō.n.motus augmenti dicit naturalis,niſi pro quāto tendit ad finē naturaliter intentū, & quęſitum per naturā. natura.n.agit propter finē.& ideo tēpus ſtatus eſt longe perfectius q̄ tēpus augmenti. Vnde Auic.in ca.de ætatibus vult q̄ illa ætas ſit ętas pulchritudinis & pfectionis. qa in ętate conſiſtentię ſolū poteſt homo habere opationes ſimpliciter naturales & pfectas, in qua ætate fuit crucifixus Redēptor noſter. Actatē vero corruptiōis & ſenij appellauit tps,in quo res tēdit ad diminutionē, quę eſt via ad nihil,vt d.Cō.3. phy.c.69. Vnde Arii.ibi reſpiciendo ad vſum cauſam,q̄ eſt motus Solis,q̄ per ſex ſigna appropinquat, et p ſex ſigna recedit, & hic ē cauſa contrariorū,illo modo venatus eſt q̄litatē illā in tēporibus gñationis iuuentutis, & pfectus, & tpa corruptionis ſenij & defectus. ſed per iuuentutē, vt dixi, intelligit totū aggregatū ex tēpore, in quo res vere augetur, & ex tpe ſtatus:qa totum iſtud tēpus atteſtatur perfectioni.& ſic inter iuuentutē & ſenectutē non datur medium.ſed in.8.phy.& alibi aliter loquiť,& magis in particulari in ordine ad actus aiæ. Vnde tēpus,i quo plus reparatur q̄p depditur ex actione aiæ,& caloris innati, tale dicitur tēpus augmenti. tēpus vero, in quo æqualiter reparatur,ſicut depditur,eſt tēpus ſtatus.qñ vero minus reparať, q̄p deperdať, eſt tēpus diminutionis. & ſic inter augmentum & diminutionē datur quies media,impoſſibile.n.eſt motus contrarios continuari.

Octauo phyſ. tex.77. Decimaoctaua contradictio eſt in.77.cō.Dixit denſari, & rarefieri motus locales.Oppoſitum.7.phy. cōmen.15.vbi habet q̄ ſunt quales, & per conſequens alterationes.Ibi ſoluť quia loquitur ſm Antiquos.vide in.4.phyſi.ſuper cō.84.quia ibi dixi ſatis diffuſe.

Solutio.

Octauo phyſ. cō.78. Decimanona contradi.eſt in cō.78. Dicit finitatem eſſe ex parte materiæ,nō ex parte formæ.Oppoſitum dicit.3.phy.cō.60.Soluitur,hic loquiť de finitate actionis et durationis,ibi loquiť de finitate, quę eſt rei actualitas,& intrinſeca pfectio ac terminatio. Vnde Cōmē. 8.phy. cō.83. dicit q̄ cauſa,pp quā motores mott fatigantur,eſt,qa ſunt in materia.finitas igitur actionis eſt materia. Et ideo qui tenēt in aīali à principio vitę vſq̄ ad vltimū ineſſe aliquā vnā actionē numero continuā, ſatis errant. Nā,ſi quę eſſet,maxime eſſet actio vitalis, quæ eſt motus cordis.& manifeſtū eſt q̄ illa nō eſt continua,qa ſit oppoſitos motus neceſſario cadit ges media,ſicut demōſtrauit Ari.I.8.phy. Deo laus, et Virgini.

MARCIANTONII ZIMARAE SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

Super Primo de Cælo.



Primo cœli in procem.

Ontradictio eſt ſuper procemio libri de cœlo. Dicit Cōmen.in procemio libri primi de cœlo, q̄ Ariſto. poſuit in principio definitionē corporis naturalis, eò q̄ ipſum ſolum eſt completum inter alia corpora. ex quo videtur q̄ vltra corpus naturale ſint plura corpora,cū loquatur in numero plurali.hoc autē falſum eſt,& cōtra Ariſto.quia omne corpus aut eſt phyſicum,aut mathematicum. Vnde ipſemet contradicit ſibi ipſi in.3.meta.in cō.17. vbi dicit exp̄ſſe q̄ nullum corpus eſt niſi mathematicum,aut ſenſibile. Et iſta eſt ſnīa Alexan.in.4.meteo,& omnium Peripateticorū. Soluitur,& forte iſte locus deduxit Albertum in principio libri phy. ad ponendū tertium corpus,ſ.metaphyſicum.ſed in rei veritate nulla nos cogit neceſſitas, quidquid ſit de opinione Alberti, de qua alias habui alibi prolixum ſermonem. Dico q̄ forte littera eſt corrupta,quod poteſt elici ex ēs, quæ habentur in Paraphraſi Auer. in conſimili procemio, vbi dicit q̄ corpus naturale definit Philoſophus,& oſtendit ipſum eſſe perfectius aliꝭ magnitudinibus. Et iſta eſt veritas. Nam Ariſt. in principio libri de cœlo oſtendit q̄ nulla magnitudo eſt perfecta, niſi corpus. Et ideo fuit vitium translatoris.quia, vbi ſcripſit,inter alia corpora, debuit dicere,inter alias magnitudines. & hanc credo eſſe veram ſententiam, & aſſero locum illum debere emendari. Siquis autem vellet proteruiendo ſaluare literam, cùm ſic cōmuniter inueniatur, dicas q̄ hoc refertur ad corpora mathematica, quæ ideo dicuntur diminuta,quia non conſyderantur, niſi inquantum ſunt dimenſiones præciſe: ſed corpora naturalia conſyderantur, vt ſunt coniuncta cum omnibus accidentibus cæterorum prædicamētorum.et iſta eſt ſententia Auer.in.3.cœli in cō.6.vbi ponit differentiam inter corpus naturale, & corpus mathematicum penes diminutionem,& complementum.

Primo cœli tex.2.

Secunda contradi.eſt in tex.2.Dicit Philoſophus lineam eſſe magnitudinem ad vnum diuiſibilē, ſuperficiem vero ad duo,corpus vero ad tria.Sed huius oppoſitum inuenitur in p° de anima authoritate Platonis,aſſerentis primam longitudinem eſſe compoſitam ex prima dualitate, & latitudinem eſſe compoſitā ex prima trinitate,& profundum eſſe compoſitū ex prima quaternitate:& qa omne eſt diuiſibile in ea,ex q̄bus compoſitum eſt,ſequitur lineam, cū ſit compoſita ex duobus,in duo eſſe diuiſibilem : & ita de plano & profundo ſuo modo . Niſi eſſet q̄ veritas eſt , lineam ſolum ſm dimēſionem vnam recipere diuiſionem , & ſuperficiē ſm duas, & corpus ſm tres , & per conſequens ſm omnem,quia non datur in continua quantitate quarta dimenſio . ſed dictum Platonis procedebat ſm imaginationem Pythagoricorum aſſerentium numeros eſſe principia omnium . & ſic quantitas continua cùm habeat reduci in numerū,linea reducebatur in binarium, tāquam in principium,quia conſtat ex duobus pūctis: ſuperficies vero in primum terminum,et corpus in primum quaternarium . & ita ſm varias imaginationes procedunt dicta iſta,quæ apparent longe diuerſa.

Solutio.

Tertia

Primo cœli cōmen.2. Solutio.

Tertiā contradi.eſt ſuper cō.2.Cōmē. habet q̄ Ariſtot.conſueuit poſt rationes certas adducere famoſas. Oppoſitum huius inuenimus.3.meta.cō.p°. Soluitur. vtrum q̄ eſt verum in diuerſis caſibus. Pro quo debes ſcire q̄ ſermones ꝓbabiles dupliciter poſſunt vſtari, vel ad exercitandū intellectum,vel ad cōfirmandum . Quando aūt vſitantur propter primam intentionē, debent præmitti ſermones dialectici demonſtratiuis. Et hoc adiuuat optimonem Ioan. grammatici, volentis librum topicoꝝ via doctrinæ præcedere librum poſteriorum analyticoꝝ, ſicut præexercitamentum intellectus,ad hoc q̄ intellectus facilius aſſueſcat demonſtrativis propoſitionibus, & neceſſarijs . Qñ autem dialectici ſermones inducuntur ad confirmandum, tunc debent ſequi ſermones demonſtratiuos . Iſtā ſolutionem nos docuit Auer.primo cœli.cōmen.85.& tu vide ibi.

Primo cœli cōmen.5.

Quarta contradi.eſt in digreſſione ardua de naturalitate motus cœli in cō.5.Auer. videtur ſibi contradicere.nam ibi videtur dicere in ſecūda ſolutione q̄ motus cœli eſt naturalis ex parte formæ, quæ eſt intelligentia abſtracta . vnde concedit q̄ ſm illum modum dicendi natura dicitur eodē modo de forma corporis cœleſtis, ſicut dicitur de formis aliorum elementorum: igitur ſequitur q̄ eodem modo eſt naturalis motus cœli, ſicut motus elementoꝝ . Sed huius oppoſitū ipſe habet expreſſe in cō.3.ſup.2.cœli, vbi habet q̄ motus cœli non eſt naturalis , ſicut motus elementorum.Amplius aūt impoſſibile eſt aliquod prędicatū eodem modo cōpetere formæ corporis gñabilis , & formæ corporis eterni, ſicut ipſe dicit in lib.de ſubſtantia orbis , & eſt propoſitio Philoſophi in.10. meta.in tex. commē. vltimi. Amplius autem contradicit ſibi in alio.quia in.8.phy. 73.dicit motum cœli eſſe naturalem ex parte animę,& ex parte corporis, hic autem ſub diſiūctione loquitur.

Solutio.

Niſi eſſet q̄ verum eſt fundamētum Peripateticorum, q̄ corruptibili, & æterno nihil eſt cōmune vniuocum, & ideo in hac ſecunda ſolutione, in qua tenet cœli motum poſſe dici naturalem ex parte formæ,q̄ natura dicatur ſicut de alijs formis corporum ſimplicium, ly ſicut non dicit ſimilitudinem vniuocationis,ſed proportionis tantum.nam,ſicut formæ aliorum corporū ſimplicium requirunt propriam materiā, ſic & intelligentia,vt mouere habet, requirit aliquod ſubiectū, quod non ſit neq; graue, neq; leue . ſi enim in generabilibus materiæ ſunt propter formas , multo magis eſt hoc in cœleſtibus, cùm non fuit intellectus Auer. dicere motum cœli eſſe naturalem à ſua forma, quia ſit forma illa natura , imo eſt ſupra naturā , ſicut eſt ſupra animam . Ariſt.autem dicit in p°de partibus animalium cap.p°, q̄ non omnis anima eſt natura,propter intellectiuam , & ipſam intelligentiam, quæ dicitur anima cœli,ſed aſſimilatur formæ naturali , vt ipſe declarat.2.cœli cō.3. inquantum dat ſibi motum , & aſſimilatur formæ abſtractæ inquantum nō diuiditur per diuiſionem eius . vnde intelligentia,non in ſe conſyderata,ſed vt tangit orbem,i.vt eſt orbi applicata,quodāmodo eſt natura. quia ſic anima cœli dici poteſt.cœlum enim eſt animatum , vt dicit Philoſophus in.2.cœli tex. cō.60. anima autem reſpicit corpus. Vnde Ariſto.laudat Antiquos in.2.de anima aſſerentes animam non eſſe corpus, nec ſine corpore eſſe,vt patet in tex.cō.26.vnde intelligentia illo modo,vt eſt motor,neceſſario requirit mobile, & ſic quodāmodo aſſimilatur formæ naturali. ſicut.n. determinata forma naturalis requirit determinatā materiam,ſic intelligentia,vt motrix,requirit determinatum mobile,quod videlicet eſt tale,q̄ non ſit graue,neque leue. ſic iſta naturalitas eſt per viam ſimilitudinis, & proportionis. inquantum vero talis forma non eſt dans eſſe formaliter orbi , nec conſtituta in eſſe per orbem,ſic aſſimilatur formæ abſtractę:licet in ſua prima nottone ſit vere ens abſtractum , & non aſſimiletur enti abſtracto, cū ſit vere illud . & hoc non intellexerunt qui fingunt intelligentiam eſſe formam cœlo inhærentem per informationem . Dic igitur reſolute cœli motum eſſe naturalem ex parte orbis,qui eſt vere natura, & eſt natura,quæ eſt materia in actu.vnde natura analogice dicitur de corpore cœleſti,& de alijs,vt patet in 2.phy.cō.3.& ſic eſt naturalis, ſed non ſicut motus elementorum . quia elementa ſunt corpora compoſita ex materia & forma:ſecus eſt de orbe.et hoc dicit Cōmē. ibi in cōmen.3. ſecundi cœli. Etiam non eſt naturalis, ſicut motus elementorum. quia cœli motus naturalis , quem habet,non eſt alius à voluntario,ſed eſt vnus,et idem diuerſimode conyderatus. 2.cœli,cō.3. quia eſt motus deſyderij,& cognitionis.12.meta.36.ſed eſt naturalis analogice, non vniuoce . Etiam eſt naturalis ex parte formæ, vt eſt coniuncta ſibi. vnde ſic aſſimilatur formæ naturali inquantum dat ſibi motū, vt d. Commen. & inquātum eſt in eo,quia ſic eſt appropriata ei: quia quilibet motor ibi dicitur habere proprium mobile, iſta autē naturalitas eſt per viam ſimilitudinis, & proportionis. Et ſic ſaluatur dictum eius in.8.phyſi.in cō.27. vbi dicit motum cœli eſſe naturalē ſimpliciter,i. omnibus modis , videlicet tam ex parte animæ , q̄ ex parte corporis,ſed hoc debet intelligi,ſicut diximus.

Primo cœli tex.14.

Quinta cōtradi.eſt ſuper tex.14.Nam Ariſt. ibi videtur cōcedere q̄ poſſibile ſit q̄, ſi motus circularis alicui elementorum, vel corporum ſimplicium ineſſet prēter naturā, oportet q̄ alteri inſit ſm naturam . Hoc autem repugnat dictis eius ſuperius in te.cō.10. vbi Cōmen. in ſolutione dubitationis expreſſe teſtatur q̄ ex ſermone Ariſt. ibi apparet q̄ iſte motus corporibꝰ motis motu recto nō eſt naturalis , neq; extra naturā . nā, ſi fuerit extra naturā, vni duo erunt contraria, & ſi ſm naturam , tunc vni ſimplici merunt duo motus ſm naturam:quod eſt impoſſibile. Niſi eſſet quòd, vt habet Cōmen.in cō. forte iſta demōſtratio facta in.14. eſt ad hominem, vt dixit Aur. Aut aliter ſm mentem Auer. q̄ accidentale, vt litera Arabica, loco eius quod litera noſtra habet prēter naturam, duobus modis ſumi poteſt, vno modo, vt eſt oppoſitū naturali, & ſic motus circularis nulli corpori prēter naturam, vel accidentaliter ineſt , quia tūc duo motus eſſent contrarij vni motui naturali : quod eſt abſurdum , q̄ duo eodem modo oppoſita opponantur vni & eidem, modo eodem , vt declarat Cōmen.in.8.phy.cō.62.maxime quia motus circularis,de quo eſt ſermo, eſt motus ſimplex, vt aſſumit ibi Ariſt.ibi in tex.10. inquit.n.neceſſe enim quia qui circulo eſt ſimplex,&c. Sed in.14.ſumūt prēter naturam, vel accidentale,prout eſt oppoſitum eſſentiali : vt idem ſit alicui prēter naturam ineſſe , quod eſt non ſecundum naturam ineſſe. Et ſic non inconuenit quòd motus circularis ſimplex , licet prēter naturam poſitiue non inſit , prēter naturam, ideſt non ſecundum naturam alicui elemento cōperat.quia elemento, inquantum corpus , non repugnat ſibi moueri circulariter, & tunc ſm naturā ſpecialem inhęreret, non ſm naturam. Et hoc videť dicere Cōmen. ſi bene aduertis in cō.14. & in paraphraſi in ſumma.4.ſuper p° cœli idem aperte dicit.motus enim circularis iuxta naturę ordinem non niſi ſpherico corpori ineſſe potuit, accidentaliter tñ ſm rerum euentum nil prohibet hunc corpori non ſphærico,vt igni,aut aeri cōpetere. & p° cœli cō.14. dicit ſm propriam ſententiam , q̄ Ariſt. ibi per accidentale intellexit vniuerſalius prædicto, videlicet oppoſitum eſſentiali non naturali. vnde in calce cōmen.inquit, quapropter non eſt vniuerſaliter verum , q̄ omnis motus naturalis ſit accidentalis alteri corpori,et cōuerſum eſt

verum,

verum, nisi intelligant ex accidente oppositum essentiali. Vbi animaduertat diligẽs doctor ꝙ littera trãslationis Arabicæ habet conuersam ꝓpositionis, quæ est in vero tex. & fuit in cã vt Auer. & Arabes dubitarẽt.

Primo cœli tex. 17.

Sexta contradi. est in tex. 17. Arist. enim dicit ꝙ cœlum non est graue, neq; leue. Sed opponebam per tex. cõ. 55. tertij de cœlo, vbi Arist. scribit ꝙ nullam inclinationem habẽs corpus immobile & mathematicũ erit: si igitur cœlum nullam habet inclinationem, quia neq; grauitatem, quæ inclinat deorsum, neq; leuitatem quę inclinat sursum: sequitur ꝙ sit immobile, & mathematicum.

Soluitur.

Soluitur, ꝙ est differentia, quia ly non graue & leue in corpore mathematico simplicẽ & puram negationem significat, sed in cœlo dicit affirmationem, circũloquitur enim naturam positiuam, quæ mouet motu circulari. Sic limitat Cõmen. 3. cœli cõ. 55. Vide pro hoc de cœlo p° cœli cõmen. 17. & in paraphrasi primi de cœlo in summa. 5.

Primo cœli tex. 21.

Septima contradi. est in tex. 21. Scribitur ꝙ omnis augmentatio fit mediante alteratione. Sed huius oppositum scribitur ab Arist. in prædicamentis, vbi habetur ꝙ quadratum circũpositio gnomone creuit, nihil tamẽ alteratum est.

Soluitur.

Soluitur. Arist. dictũ intelligitur de augmentatione naturali, quæ fit in naturalibus corporibus. vnde tex. dicit, ſm passionẽ autem quæcũq; transmutantur, naturalium corporum habentia videmus omnia & augmentationem, & diminutionem, vt & animalium corpora, & partes ipsorum, & planetarum, similiter autem & elementorum. sed in prædicamentis loquitur de augmento, quod fit in corporibus mathematicis ſm imaginationem. Non autem in omni loco consyderatio naturalis & mathematica ducunt ad idem, immo ducunt ad diuersa plerunq;, vt bene scribit Cõmen. in. 2. phy. cõmen. 18. licet vterq; verum dicat. Animaduertat autem diligens lector in hoc loco Aristo. largius fuisse locutum de motu augmenti, ꝙ fecerit in p° de generatione & corrup. & in. 2. de aĩa, sicut bene notauit Alexã. et Simplicius in prę̃senti tex.

Primo cœli comen. 47.

Octaua contradi. est in cõ. 47. Videtur enim concedere corpus infinitum ex vna parte tantum. Sed oppositum habet. 3. phy. cõ. 43. Respondetur, ꝙ non potest imaginari corpus infinitum ſm vnam dimensionẽ tantum, & non ſm aliam sine implicatione contradictionis. quia, vt dicit Philosophus, et Cõmen. 3. phy. ſi. tex. cõ. 43. corpus est illud, quod habet dimensionẽ in omnibus partibus: infinitum autem est illud, quod habet dimensiones infinitas: ideo sequitur vt corpus infinitum sit infinitum in omnibus partibus. Et hoc est rationabile, ſicut dicit ibi Cõmen. quia, qñ aliquid fuerit compositum ex duobus, necesse est vt definitio illius compositi composita sit ex definitionibus illorũ duorum. Et ideo multi casus calculatorum, immo intricatoꝝ implicant contradictionem, imaginãdo corpus infinitum ex vna parte tantum & non ex alia. patet enim ꝙ non esset corpus infinitum, vt deduximus. & ista etiam est ratio Philosophi, ibi in littera. Quod autẽ adducitur in oppositum dictum eius p° cœli cõmẽ. 47. dicitur ꝙ ipse non expressit dari corpus infinitum ex vna parte tantum, & non ex alia, sed ibi imaginatur ꝙ à corpore infinito extrahatur aliqua grauitas finita. & Cõmen. dicit ꝙ illud est possibile in quolibet infinito, videlicet ꝙ ex eo possit extrahi aliqua pars finita, siue illud sit infinitum in vna parte, siue in omnibus. ecce quòd nõ loquitur de corpe infinito, sed de infinito absolute. Si etiam de corpore loqueretur, patet ꝙ sub conditione loqtur, & non asseuerat dari corpus infinitũ in vna parte tantum, sicut sibi contradicens opponebat.

Primo cœli cõmen. 54.

Nona contradi. est in cõ. 54. Corpora simplicia sunt tãtum tria. Oppositum, dixit p° cœli cõ. 20, vbi habet ꝙ sunt quatuor. Soluitur, sunt tria sic sumendo; scilicet graue & graue, & neutrum, videlicet ꝙ non est graue neq; leue, sicut est cœlum: sunt autem quatuor, diuidẽdo graue in graue simpliciter, & illud est terra: & in graue in respectu, & illud est aqua. similiter leue diuiditur in leue simpliciter, & illud est ignis: & in leue in respectu, et illud est aer. Et sic secluso neutro corpore, subdiuisis illis duobus primis membris prioris diuisionis, eo modo, quo diximus corpora simplicia quatuor sunt. si vero istis diuisionibus superaddatur corpus neutrũ, tuno corpora simplicia sunt quinq;. Et ideo non inconuenit ſm diuersas consyderationes simplicia corpora, & tria esse, & quatuor, & etiam quinq;. vnde & cœlum quintum corpus plerunq; dici consueuit.

Solutio.

Primo cœli tex. 62.

Decima contradi. est in tex. 62. Volens Arist. probare ꝙ non datur corpus simplex rectum infinitũ præsupponit ꝙ omnis motus est aut ſm naturam, aut violentia: & infra cõ. 76. volens probare non esse plures motus, inter alias suppositiones, quas assumit, ista est vna, ꝙ oĩa corpora manent, & mouentꝝ ſm naturã, aut violentia, modo dicã vtraq; demãrationes esse ab insufficienti partiũ numeratiõe, ꝓpter motũ neutrũ, quem ponit Cõmen. in igne in sua propria sphæra. Soluunt aliqui ꝙ est ad hominem illa suppositio. Sed nisi aliud dicatur, hoc non soluit contradictionem, quia vbiq; lo

Solutio.

corum Philosophus vtitur tali diuisione etiam ex propria intentione. Ideò aliter soluitur ꝙ Arist. nominans extrema dedit intelligere mediũ. Vbi animaduertendum est ꝙ motus neuter quodãmodo est violentus, et quodãmodo est naturalis, vt est motus circularis ignis in sua sphæra. nam pro quanto non est à principio intrinseco, assimilatur violento: pro quanto vero æterno tempore durat, sic recedit à violento: quia nullum violentum perpetuum esse potest. 2. cœli tex. cõ. 18. & sic assimilatur naturali. Et etiã, si bene animaduertis, suppositiones illæ sunt in motibus simplicibus, qui competunt corporibus simplicibus, quæ mouentur motu recto, vt dicit Alexãder, Simplicius, & Cõmen. in illis locis primi de cœlo. motus autem circularis ignis in sphęra sua neq; est vere circularis, neque est vere simplex, immo est cõpositus ex recto & circulari, vt dicit Commentator p° de cœlo cõmen. 10. &. 14.

Primo cœli tex 91.

Vndecima cõtradi. est super tex. 91. Arist. & Commenta. volunt ꝙ locus naturalis aquæ & terræ sit vltimũ aeris, & locus naturalis ignis & aeris sit vltimum lunæ. Sed ex eodem cõmen. patet oppositum. quia ibi dicitur ꝙ locus naturalis non habet nisi vnum corpus naturale. Soluitur. Arist. & Cõmen. ibi volũt ꝙ corpora simplicia, quæ sunt prima elementa totius mundi sunt tria, s. corpus graue, & corpus leue, & corpus neutrum, quod est cœlum. Et ibi Arist. non diuisit graue et leue in sua membra, sed promisit se inferius declaraturum. Vnde inquit, huius autem ipsius quæ sunt differentiæ, posterius dicemus, 1. in. 4. cœli. ibi. n. diuiditur graue in duo, s. in graue simpliciter, & in graue in respectu: & leue eodem modo. licet ista sit differẽtia, quia diuisio grauis in duo est manifesta per se, & diuisio leuis est cognita per rõnem, vt asserit Cõmen. hic in cõ. 91. & huius ratio est, quia esse corporis leuis simpliciter, quod est ignis, demõstratur in. 4. cœli cõ. 31. & ideo talis diuisio spectat ad librum de graui & leui, 1. ad quartum de cœlo. Arist. igitur hic assignat loca corporum simplicium ſm genus, sed loca ſm speciem patebũt ex quarto cœli. Et hoc latuit Ioannẽ grãmaticum, videns enim Arist. corpus simplex diuidere per tria membra graue, leue, & neutrum, & ꝙ assignauit corpori graui locum qui est deorsum, & sic definiuit, & leui locũ sursum: nã graue definitur per moueri ad medium, & leue per mouẽri à medio: & ꝙa sub graui & leui cõtinentur extrema,

extrema, & media, opinatus fuit motũ extremorum, & mediorꝝ esse eiusdem speciei, & sic asseruit ꝙ motus terræ et aquę sunt eiusdẽ speciei, et sic de assensu ignis, & aeris dixit consequentur: sed non vidit ꝙ Arist. remittit se ad sequentia, & sic etiam determinat Cõmentator in primo cœli. cõmen. 8. vt poteris videre. Corporis igitur naturalis secundum genus est locus vnus secundum genus, & corporis naturalis secundum speciem est vnus locus secũdum speciem. cum vnitate autem generica stat multitudo specifica.

Primo cœli cõmen. 92.

Duodecima contradictio est in commen. 92. Commentator sibi ipsi videtur esse contrarius. nam in vna parte dicit inductionẽ sumere omnia singularia, in alia parte negat illud. Soluitur per Auerro. in. 2. priorum cõmento. 26. vbi habetur distinctio de multiplici inductione. inductio enim demonstratiua, qa fit in materia necessaria, in qua tantum valet particularis, quantum vniuersalis, sumit omnia particularia ſm rem virtute alicuius medij de foris appositi, quod est nobis notius ꝙ conclusio. verbi gratia ꝙ in his, quæ sunt per se, & vnius speciei, quidquid competit vni per se, competit illud & omnibus. 2. cœli cõmen. 59. Sed in materia probabili, in qua fit inductio dialectica, istud non fit. vnde illa sumit omnia in opinione. Sophistica autem inductio sumit omnia in apparẽtia. Solum igitur demõstratiua inductio sumit omnia secundum rem. nec est petitio principij in ea ratione medij extrinsecus concurrentis, sic igitur distinguendo conciliabis Auer. sibi ipsi.

Solutio.

Primo cœli tex. 98.

Decimatertia contradictio est in tex. 98. Philosophus, & Cõmentator dicunt ꝙ materia totius mundi sunt tria corpa, siue plura, videlicet corpus graue, corpus leue, & corpus neutrum, videlicet cœlum. Sed huius oppositum dixit in commẽto. 95. vbi voluit quòd cœlum sit forma, & alia corpora simplicia sunt materia. Nisi esset quòd sermo philosophi in hoc loco absolute verus est, quòd ista tria sunt elemẽta & materia totius mundi: sermo autem Auer. supertus est comparatiuus, quia cœlum comparatũ aliis corporibus simplicibus est sicut forma, & illa sunt sicut materia. nam cœlum continet, & conseruat, & est perfectius elementis, respectus autem continentis ad contentum, vt patet ex. 4. physico. tex. commen. 24. & vniuersaliter respectus perfectioris ad imperfectius est respectus formæ ad materiam. 3. de anima, commen. 36.

Primo cœli cõmen. 102.

Decimaquarta cõtradictio est de opinione Anaxa. de generatione mundi in cõmen. 102. ex vna parte, & in cõmen. 32. primi physi. ex alia parte. De hac primo physi. 32. diximus, et tu illuc properabis.

Primo cœli cõmẽ. 107.

Decimaquinta cõtradictio est in cõmen. 107. Dicit Empedocles dixisse amicitiam esse causam generationis mundi, & litẽ esse causam corruptionis. Huius oppositum dicit Cõmenta. 8. physic. cõmen. 2. Nisi esset ꝙ vt dicit Cõmen. 8. phy. cõ. allegato. Empedo. in paruo mundo aliter sensit, & in magno mundo. quia voluit parui mundi generationem, sicut est homo, vel aliquod tale, generationem fieri per amicitiam conciliantem elementa ad mixtionem: eorum autem segregatto per litem facta erat causa corruptionis mixti, & parui mundi. Sed mũdus magnus oppositio modo secũdum ipsum se habet. quia generatio eius erat per litem. nam consistentia mundi huius in ordine & distinctione consistit. vnde, si elementa simul confusa essent, vtiq; mundus iste corrumperetur. generatio igitur eius fit secundum litem, & eius corruptio secundum amicitiam. & istud videtur rationabile ſm illam viam. Et ideo mirum est quomodo Cõmen. hic oppositum dicat, quia sbi loquitur de generatione mũdi vniuersalis & corruptione. forte cõmentum est corruptum, aut quia peccauit per inaduertentiam, aut forte vtrunq; est probabile Empedo. dixisse ſm diuersos modos declarãdi. elementa enim aliquam amicitiam habent, vt sunt partes vniuersi. vnde & Plato dixit ea numeris ligata esse. Et ideo consydera, quia, vt dicit Cõmen. p° de anima cõmen. 26. hodie vniuersaliter opiniones Antiquoꝝ non sunt notæ nobis, quia non sunt famosæ.

Solutio.

Primo cœli cõmen. 119.

Decimasexta contradictio est in cõ. 119. Habet cõ. ꝙ potẽtiæ oppositæ non sunt in eodem. Vide oppositum. 4. meta. tex. cõ. 20. &. 9. meta. 10. 19. &. 17. Soluitur, potentia ad contraria recipiẽda duplex, vna est potentia simultatis, alia est simultas potentiæ. primum respicit formam, secundum respicit subiectum. Tunc dico ꝙ in eodem non sunt potentiæ ad contraria simul, quia tunc contraria simul possent esse in eodem: quod falsum est, & non intelligibile, quia tũc contraria essent simul in eodem, & sic loquitur Cõmen. hic. Sed simultas potentiæ ad opposita bene stat in eodem, quia eadem est potentia contrariorum.

Soluitur.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS, *super Secundo de Cælo.*

Secũdo cœli cõmen. 4.

PRima contradictio est in cõ. 1. Inquit Cõmen. ꝙ motus cœli non est à natura. Oppositum p° cœli cõ. 1. &. 2. phy. p°. &. 1. Soluitur, nõ est à natura, sicut motus elementorum: est tamen bene à natura, analogice dicta de superioribus & inferioribus. p° modo intellexit hic, vt ipse dicit in littera. secundo autem modo in alijs locis. Vide quæ scripsi super cõ. p°. secundi phy. supertus, vbi consimile solutum fuit. non enim inconuenit eadem repetere, vt talia melius memorẽtur: sicut plerũq; Philosophus facit in problematibus, & in alijs locis.

Soluitur.

Secũdo cœli cõmen. 6.

Secunda contradi. est in cõ. 6. scribit Cõmen. ꝙ Aristo. contradicit illis, qui tenent ꝙ anima cœli est causa permanentiæ. ergo contradicit etiam sibi, quia ipse. 2. cap. de substantia orbis tenet ꝙ intelligentia, quæ est anima cœli, dat sibi permanentiam æternã, & motum æternum.

Soluitur.

Soluitur, contradicit Philosophus Antiqs ponentibus motum corporis cœlestis contrariari motui animæ: & anima erat causa permanentiæ, sicut dicit Cõmenta. Sed non sic posuit Auer. quia ipse non tenet cœlũ contrariari intelligentiæ, immo est tanta connexio inter orbem & intelligentiam, ꝙ ad simplicem apprehẽsionem, & desyderium mouentis principij orbis ille mouetur. sicut enim videmus in rebus istis materialibus, in quibus forma dominatur materiæ, materia obedit formæ, multo magis hoc deberemus imaginari de puro intellectu intelligẽtiæ respectu orbis eius. Et ideo nulla est ibi concatenatio, nullus est ibi clauus, nulla ligatura, vel instrumentum, quo mediante intelligentia moueat orbem: sed per intelligere & velle tantum mouet. Sed Moderni, quorũ imaginatio non transcendit sensum, non pertingunt ad ista. et ideo dixerũt eam vnitri orbi formaliter, sicut forma vnitur materię. & totum hoc est absurdum, & manifesti erroris, sicut probatum est alibi à nobis.

Tertia contradi. est in tex. 13. Dicit Philosophus in tex. ꝙ licet cœlũ sit sphæricum, & nũquam incepit moueri, si tamẽ incepisset, haberet principium necessario, vnde incepisset. Sed huius oppositum scribitur in. 8. phy. ꝙ in motu cœli, cùm sit circularis, nõ est maior ratio, vnde debeat incipere motus, potius ex alia, vt

Secũdo cœli tex. 13.

patet

patet in cō.76. & pº cœli cō.100. dicit ꝙ idem est locus cœli, vnde incipit, & in quem consumat, & Commen. ibi in cō. dicit ꝙ cœli loca sunt infinita, & nō est maior ratio ꝙ qescat in vno situ potius ꝙ in alio, aut in vno loco potius ꝙ in alio, si illi situs loca dicantur. Solutur, ꝙ motus in.8.phy. est vniuersalior & abstractior isto, quia ibi consyderatur motus circularis cœli habita consyderatione præcise ad figuram circularē, in qua idem est principiū, & finis in quolibet puncto. Sed hic agitur vt concernit potētiam & virtutem, à qua est sumenda differētia positionum, sm quod est animatum. Vnde Cōmen. ibi dicit ꝙ illæ rationes quodammodo sunt mathematicæ, & quodāmodo sunt naturales. Et pro cōfirmanda hac solutione, vide calcem cōmē. 100. in pº cœli, vbi Cōmen. ponit documentum admonens nos, dicens. Et debes scire ꝙ hoc, quod dixit de causa æternitatis motus, non est causa completa, quontam, si ita esset, in corpore finito inuenirentur potentia infinita, sed est causa sm necessitatem materiæ huius corporis, s. quia necessarium est, vt hoc corpus moueat semper, vt locus eius sit vnitus, &c. Vnde refert consyderare corpus cœleste absolute, vt circulare est: & refert consyderare illud inquantum est animatum. Demonstratio igitur.8.phy. & primi de cœlo sunt incōpletæ, vt dicit Cōmen. quia procedunt solum ex parte materiæ, quia cōsyderatur cœlum, vt sphæricum est, sed hic consyderatur vt animatū, & ita habet differētias corporis animati, ratione qua animatum, & sic nulla est contradictio. Vnde Cōmen. in paraphrasi super. 2. cœli summa secunda quæst. primi inquit, sic igitur ex parte motoris motus cœli excogitari potest principium, & finis, licet circularis sit. & idem habetur in.2. cœli cō. 15.

Soluto.

Secūdo cœli tex 16.

Quarta contradi. est in te. cōmē. 16. & in tex. cō. 11. Nam ibi dixerat Pythagoricos solum de dextro cœli, & similtro tuisse locutos, hic vero apparet ꝙ etiam ipsi meminerunt de alijs differentijs, quia inquit, illi. n. nos & sursum tactunt, & in dextra parte, illos vero qui illic sunt, deorsum, & in sinistra. Nisi esset ꝙ Pythagorici ex istis tex differentijs in coelementatione boni posuerunt dextrum solūmodo, & in coelementatione mali posuerunt solum sinistrum, reducebant autem ad dextrum sursum & anterius, ad sinistrum vero reducebant deorsum & posterius. Arist. aūt supra accusabat eos, quia portius differentias, quæ erāt natura priores, debuerunt posuisse, s. sursum, & deorsum, quæ sunt principia longitudinis, & longitudo est natura prius latitudine, & principium prioris est natura prius. Amplius sursum, & deorsum sunt in vegetabilib⁹, vt patet ex. 2. de anima, dextrum vero & sinistrum solum sunt in animalibus. vegetabile vero est natura prius animali. Sursum insuper est principium motus nutritionis, & augmenti, quem motum in corruptibilibus presupponūr, alij motus causati ab alijs differentijs. cū igitur priora sm naturam sunt, quæcunq; possunt esse sine alijs, & alia non sine ipsis, potius debuerunt in coelementationibus ponere illas, quæ sunt natura priores. ipsi autem fecerunt oppositum. Aut dic ꝙ consuetudo Pythagoricorum, vt dicit Themistius, fuit, ꝙ vocant superius partem dextram, & inferius vocāt partem sinistram, vt dicit Cōmen. in cō. 16. & ita Aristo. loquitur hic ex consueto modo loquendi eorum.

Secūdo cœli cōmē. 16.

Quinta contradi. est in cō. 16. vbi quærens an cœlum nobilius esse habeat in polo arctico ꝙ antarctico, dicit ꝙ intellectus humanus non potest coprehendere verificationē istius operationis. Huius cū oppositum tenet. 3. de anima. 36. vbi ponit intellectum adeptum non acquiri homini, nisi post cognitionem omnium rerum. Soluitur, ly non potest, non arguit sm ipsum impossibilitatē, sed arguit difficultatē: sicut in simili ipse

Soluto.

glosat exemplum Philosophi de oculo nyctcoracis respectu lucis diei. 2. meta. cō. pº. vnde ipse tenuit nihil esse naturaliter ignotum. 2. phy. 47. Vtrum autē idem homo omnia possit cognoscere, pulchrum esset videre in via eius, & Arist. sed hoc ad alium locum differatur.

Secūdo cœli tex. 18.

Sexta cōtradictio est super tex. 18. Dicit Arist. ꝙ, si vnum contrariorum fuerit in natura, & reliquum erit in natura, sic enim probat ignē esse, ex hoc ꝙ terra est, Sed opponebam ex libro prædicamētorum in sermone de oppositis, vbi dicitur ꝙ non est necesse, si vnum contrariorum fuerit in rerum natura, vt sit reliquum. Soluitur, multa veritatem habent sm logicam consyderationem, quæ est sm rationem, & quæ est simplex, & abstracta, quæ cū non verificantur sm cōsyderationem naturalē. Naturalis enim est artifex realis, & consyderat res sm esse reale, & vt sunt ad perfectionē vniuersi. nam vniuersum omnibus modis perfectum est, & ideo in contrarijs proprie dictis, sicut sunt formę positiuæ contrariæ, quia tales sunt ad perfectionem vniuersi, si vnum fuerit, oportet ꝙ sit reliquum. sed sm logicam contemplationem, quæ est sm rationem tātum, hoc nō est necessarium. Inquit. n. in simili Philosophus in prædicamentis ꝙ quantitati nihil est contrarium, quia cōcipit Logicus quantitatem sm simplicem consyderationem, Naturalis vero dicit oppositum, vt patet in. 5. phy. tex. cō. 18. quia Naturalis concipit quantitatem, vt est terminus motus, & sic habet rationē contrarietatis. Nec tibi mirū hoc appareat. nam teste Philosopho in pº de cœlo in tex. cō. 92. & 93. in omnibus natura, & arte constantibus aliud est ipsa sm seipsam concepta forma, aliud vero, vt est concepta cum materia. & vt refert Boetius in sua musica, authoritate Pythagoræ, Philosophia est circa ea, quæ vere esse dicuntur. esse autem illa putabat, quæ nec intentione crescerent, nec diminutione decrescerent, nec vllis accidentibus mutarentur. talia autē sunt formæ, magnitudines, qualitates, habitudinesq;, cæteraq;, quæ per se speculata immutabilia sunt, tuncta vero corporibus permutantur, & multimodis variationibus mutabilis rei cognatione vertuntur.

Secūdo cō cō. 33. &.

Septima contradi. est in cō. 33. & 34. Tenet nullam esse omnino possibilitatē in ente æterno. Huius tamen oppositū inuenimus in dictis suis. 3. de anima, cō. 5. in solutione tertiæ quæst. vbi habet ꝙ sola prima intelligentia liberata est à potentialitate. Soluitur. possibilitas duplex, sm rem, & sm rationem. Prima importat positiuum aliquid, quod capax sit formæ, & perfectionis. Secunda nihil positiuum dicit, sed solum dicit non repugnantiam ad vlteriorem perfectionem, quæ nō repugnātia est ens rationis. De prima loquitur hic, nam Philosophi non posuerunt in æternis posse ab esse differre. 3. phy. tex. cō. 32. Secūdam autem possibilitatem concesserunt in omnibus intelligētijs, & vniuersaliter in omnibus entibus citra primum. Vnde. 5. metaphy. cō. 15. dicit solus Deus est ens simpliciter perfectū, alia autē entia sunt derivatæ similitudines ipsius, deficientes à perfectione illa simpliciter, sm ordinem tamē. vnde in aliquibus perfectio illa participatur vt forma, in aliquibus vt imago, in aliquibus vt obscura quædam resonantia, sicut dicit Plato. Et ideo secunda intelligentia est aliquanta perfectio, quæ eminenter cōtinetur in Deo, qui est ens per essentiam. et, quia ipsa deficit à plenitudine perfectionis, quæ sibi nō repugnat in ratione entis, sicut talpæ non repugnat visio inquantum animal, sic & ipsa secunda intelligentia, quæ est aliquod ens, non repugnat sibi ꝙ sit essentia sub rōne, qua ens. & ideo priuata est sub ratione generis, non tamen sub rōne speciei: sed vt sic quidquid potest habere, ab gteno habet sm viam Philosophorū. Et ideo opinio Subtilis

Soluto.

tilis doctoris in. 8. distinctione primi, quæst. 2. tenentis quodlibet ens citra Deum compositum esse ex actu & potentia, sicut positiuo & priuatiuo, est magis cōlona Auer. ꝙ via Sancti doctoris, tenentis quodlibet citra Deum compositum esse ex actu & potentia, tanquam ex positiuo & positiuo.

Secundo cō tex. 35.

Octaua cōtradictio est super tex. 35. Philosophus, & Cōmen. volunt ostēdere motum cœli esse regularem, quia æqualiter est, & non est velocior in vno loco ꝙ in alio. Huius tamen oppositum Arist. videtur determinasse in. 8. phy. auscultatio. in tex. cō. 84. vbi concluſit primum motorem esse in maximo circulo, quia ibi maxime apparet velocitas motus, q est effectus eius. Nisi esset ꝙ Aristo. dictum ibi intelligitur quantū ad subiectum, hic vero cōsyderat motū ipsum in se, vt est à virtute vniformiter operante, quæ nec intensionē nec remissionem potest suscipere, cùm sit immaterialis, & vt talis motus est in æquali tempore.

Soluto.

Secundo cō tex. 55.

Nona contradi. est super eodem tex. Aristot. vult ꝙ motus proiectorū intendatur in medio. sed motus velocior, vt asserit, maximus est in principio. Sed ista repugnant. nam motus proiectorum est violentus. si igitur motus violentus est maximus in principio, cū maximo nō detur maius, sequitur ꝙ motus proiectorum non erit maximus in medio. proiecta enim aut mouentur ipulsione, aut expulsione. & patet ꝙ sit motus violentus ex. 7. phy ti. tex. cō. 10. Nisi esset ꝙ proiecta Philosophus intellexit hic animalia, quæ mouent motu progressiuo, vt interpretatur Cōmen. in paraphrasi summa secunda, quæsito quinto, &. 2. cœli cō. 35. quare autem motus animalium appelletur proiectorū motus, require à Simplicio ibidem.

Soluto.

Decima contradi. est in cō. 37. Dicit Cōmē. ꝙ intelligentię habēt solicitudinē erga nos. Huius oppositum habet. 12. meta. 51. Soluitur, sm ipsum. 12. meta. cō. 37. Sermo dicens Deū solicitari de istis, quæ sunt hic, quoquo modo verus est, & quoquo modo falsus. nam sm speciē solicitus est, non aūt sm individuum. Hoc idem videtur sentire ibidem in cō. 52. &. 2. de anima. cō. 24. & videtur colligi posse ēt de intentione Philosophi in prooemio meta. tenentis Sapientis esse ota cognoscere vt contingit. Secundū autem individuum ista non cognoscit. vnde Cōmen. super cō. libri de diuinatione dicit ꝙ in prima Philosophia est declaratum ꝙ intelligentiæ abstractæ intelligunt naturas vniuersales, & nō habent virtutem cōprehendentem intentionem particularem. & subdit ꝙ, si intelligerent individuū, tunc necessario essent materiales. Pro quo debes scire ꝙ cognitio singularis materialis sm Peripateticos repugnat intellectui. vnde intellectus est, non ex parte qua singulare est, sed ex parte qua materiale. Nā, cùm essentia diuina sit singularissima, & actualissima, non posset intelligi ab intellectu diuino, si singularitas obiecti absolute repugnaret intellectioni. Dixerunt ergo istā repugnantiam esse ex parte materiæ, quæ habet oppositum, & diuersum modum receptionis ab eo, quod habet intellectus. & ideo posuerunt nullū intellectum oīno à materia separatū aliquod istoꝝ, quæ sunt hic, intelligere. vnde nec intellectus agens teste Auer. 3. de aīa. cō. 19. & Themistius idem sentit in. 3. de anima super expōne tex. 35. Solum aūt illū intellectū materialia ista cognoscere posse dixerunt, qui aliquam cum materialibus habet ligaturam, sicut est intellectus potestatis in nobis. ille. n. diminutus est satis, & infimus in genere abstractorū, & illi competit intellectio singularis, nō vnde intellectus, sed vnde à phantasmatibus in intelligēdo dependet. Et fuit propter hoc controuersia inter Peripateticos antiquiores, an intellectus noster possit singulare cognoscere, & quis sit modus, quo cognoscit: sicut recitat Cōmen. 3. de anima. cō. 36. & ideo caueant Burleistæ, & Nominales tenētes primū cognitum apud intellectum esse singulare de intētione Philosophi, et Cōmen. immo ista via est magis remota ab intētione istorum, ꝙ sit cœlum à terra. & si dixissent ꝙ sit primū cognitum à sensu, rectius vtiq; dixissent. Et sic vt redeamus ad propositū nostrum, sequitur ꝙ, si intelligentiæ intelligerent individuū materiale, materiales essent. qa oporteret ꝙ se haberēt, sicut homo in intellectione singularis. et sic patet quō omnia sunt sub sollicitudine & cognitione intelligentiarum sub ratione speciei, & non sub ratione individui. Sed contra istam determinatiō instatur. Quia præsupono primo ꝙ intelligētia agat per cognitionem. Secundo suppono ꝙ cōcurrat ad causationem istorū, quæ sunt hic per propositionem tamquam causa vniuersalis plus influit in effectum ꝙ particularis, vt habet Author de causis, & ēt Philosph⁹. 8. phy. te. cō. 38. tunc sic, causalitas intelligentiæ terminatur ad singulare: sed non terminat ad singulare, nisi mediante cognitione, quia cognitione causat: ergo sua cognitio ēt ad singulare materiale terminatur. Dixerunt quidam ad hoc argumentū, qui sunt magnæ authoritatis viri, ꝙ in plus se extendit causalitas ꝙ cognitio: qa alio modo causat, & alio modo cognoscit. Sed ista solutionem non potuit vnquā intelligere. qa aut voluit absolute causalitatem intelligentiæ esse maioris ambitus ꝙ cognitionem, aut in comparatione. & primum quidem est falsum: qa intelligentia ota cognoscit talia sub rationibus specificis, non tn omnia causat, quia seipsam cognoscit, & tn non seipsam causat. Si vero dicunt ꝙ istud habet locū in comparatione ad ea, quæ sunt hic, quæ materialia sunt & caudabilia. Contra hoc arguo sic. effectus non pōt excedere suā causam: quia tūc sm aliquid sui esset sine causa: oportet igit ꝙ adæquet suā causam, aut saltē ꝙ eam non excedat, tunc sic, cognitio intelligentiæ & velle eius sunt adæquata causa actionis propriæ intelligentiæ erga inferiora, nam. 12. meta. cōmen. 36. non agunt nisi mediāte velle, & intelligere: ergo in tantum actio propria intelligentiæ se extēdet, inquantum se extendit sua cognitio: qa aliter effectus vel quasi effectus suā causam vel quasi causam excederet: quod est impossibile, & præcipue in causis adæquatis. Forte dices ꝙ ideo intelligētia aliter causat, & aliter cognoscit: qa cognoscit seipsa, sed causat cū alio: quia Sol & homo generant hoiem. Sed ista est fuga. licet sic sit, tn propter hoc non euadis argumentum. qa tunc causalitatem propriā intelligētiæ in illo priori, in quo præcedit causalitatē materialis agentis, nā licet in eodē instanti tēporis moueat primus motor, & secundus motor in essentialiter ordinatis, tn motio primi motoris præcedit natura motionē secundi motoris: sicut patet 8. phy. tex. cō. 18. Et ratio est in promptu ibi, quia motor secūdus non mouet, nisi motus à primo, & nō econtra: igitur motio illa primi motoris est natura prior, qa ista est dispositio prioris naturaliter, vt dicit ibi Commenta. in cōmento. cùm aliud fuerit ipsum esse, & non econtra. & hoc etiā patet. 12. metaphy. capitulo de priori. tunc sic. in isto priori intelligentia causat, et non nisi cognitione & deliberatio: sed ista non se extendunt visque ad singularia: ergo nec sua causalitas. & ideo argumentum iudicio meo concludit contra responsionem. Nisi forte vellent isti ponere aliquam aliam potentiam executiuam in intelligentijs, aliam ab intellectu & voluntate: & merito illius dicant causalitatem se extendere in plus quàm se extendat cognitio. quod est multiplicare entia sine necessitate: nec hoc vnquam inuentum est in Aristote. nec in Auerroe, vel aliquo Peripatetico antiquo. Et ideo dico quòd causalitas intelligentiæ per se adæquatur suæ cognitioni: sed per accē

Digressio declarans quomodo intelligentiæ & eius imitationes.

dens causalitas excedit cognitionem. Pro quo debes scire quod intelligẽtia & agens materiale faciũt vnam causalitatẽ totalẽ respectu singularis effectus, qui producitur, qa singularium sunt generationes: ñ effectus singularitatem habet à materiali agente, naturã vero habet ab intelligẽtia, vnde ab intelligentia effectus iste non causat, nisi vt vniuersalis: quia esse istum vniuersalium causæ sunt vniuersales. 2. phy. 38. ab agẽte autem materiali causatur, vt singularis, intelligentia igitur causat effectum per se, primo modo vniuersalis: sed per accidens sua causalitas ad singularitatem terminatur, pro quanto simul concurrit cum figurato agente ad productionem certi. Et ut teste mente syncera Auer. super cõ. libri de diuinatione, vbi tacit digressionẽ de causis veri somn. & in hoc gaudius est multum animus meus. Et set tamen adhuc speculationis locus, quomodo intelligãtur dicta Auer. volentis intentiones vniuersales esse intellectas ab intelligentia, sed istud declarabimus. 12. metaphy. Domino concedente.

Secundo cõtra. Vndecima contradi. est in cõ. 41. Dicit Cõmen. q esse huius corporis non est sensibile, sed ratione cõprehenditur. Oppositum dixit p° cœli cõ. 1. Soluitur. sensibile apud Auer. est nomen multiplex. Quandoq; sumitur pro tangibili, vt isto modo sumitur 2. physi. cõ. 17. vbi exponit sensibile pro tangibili, quia. 10 Philosophus dixit omne corpus sensibile habet vbi. & etiam hoc modo sumpsit p° cœli, cõ. 68. & sic etiam sumitur 2. de generatione. tex. cõ. 1. Quandoq; autem sumitur sensibile pro naturali, et sic sumitur in prooemio Auer. super p° phy. dum dicit. Res sensibiles sunt substantia istius artis. Quandoq; sumitur pro mobili. Et quãdoq; pro sentiri de illa quolibet. & sic sumitur. 2. de anima plerunq;. Quandoq; vero pro sensibili sensu visus tantum. & sic dicit Cõmen. 3. phy. 45. corpus cœleste esse sensibile tactus. Dicitur. Dicamus ergo q̃, si quæratur absolute an sit sensibile, dicendum q̃ est bene sensibile, si præsentetur ei opponatur: similiter si pro sensibili sentiri visus. non autem est sensibile, si pro tangibili, vel aliquo alio per quod subiiciatur. Quantum ad intentionem Auer. [illegible] dicitur pro eo, quod distinguit tres cœlestes, quod est per rationem inuestigabile de facili. Vel pro alio dicit Cõmen. hic q̃ esse istius corporis, [illegible] sensibile, scilicet per rationem comprehensibile, q̃ [illegible] cœlestium, quia videtur nec q̃ tactu, [illegible] Et sic etiam patet istius naturæ, arguitur hoc ut cognitum, a posteriori bus procedendo, non autem empirice cognitione sensitiua hoc cognoscit. Et [illegible] ad hoc fit occasio, ex origo. hic modo apparet [illegible] sequeretur ad cõtradictionis formã.

Secundo cõtra. Duodecima contradi. est in cõ. 42. Dicit Cõmen. q in subiectis quidq; generatur, generatur ab vniuoco. Oppositum patet ibidẽ de igne, qui ex motu generatur, & de gentis per putredinem. 7. meta. 28. & 31.

Soluto. Nisi esset q̃ illud habet locum in substantijs perfectis, cuiusmodi non est ignis nam sm ipsum. 3. cœli. cõ. 7. elementa sunt media inter substantiam & accidens. Sic materi habet locum in genere ibilibus generatione non certa, cuiusmodi nõ sunt alia generata ex putredine, q̃ mas generatus per putredinẽ, aut nõ generat, aut aliud generat, q̃ [illegible] est mas, neq; femina, primo de generatione animalium, capitulis primo, & 16. Et hic gloriat Cõmenta. ut am propositionem. 7. meta. 28. Habet etiam alias gloias, de quibus vide. 12. meta. cõ. 24. & in emendationibus nostris satis diximus.

Secundo cõtra. Decimaterria contradi. est in eodem cõ. 42. Dicit q̃ corpora cœlestia nõ agunt trigiditatem. Huius tamen oppositum ipse etiam. 2. cap. de substantia orbis. Soluitur. hic loquitur ex sententia propria. Nam sm ipsum corpora cœlestia non concurrunt ad trigiditatem, nisi

Soluto. priuatiue & comparatiue: quia vt ipse habet. 2. cœli. cõmen. 94. remotio à motu cœli dat grauitatẽ & quietem & trigiditatem, sicut vicinitas dat leuitatem caliditatem & motum. Thomas autem nititur improbare illam opinionem rationibus satis apparentibus, de quibus diligens Auerroista consyderet. in. 2. cap. de substantia orbis loquitur secundum Astrologos. vnde ibi dicit consyderantes autem in scientia astrorum longo tempore, vere dicunt.

Secundo cõti. cõ. 51. Decimaquarta cõtradictio est in cõ. 51. Dicit quòd sphæra habet naturam vt moueatur sm partes, & non sm totum. Huius oppositum dixit. 4. physi. 43. contra Themistiũ. Soluitur. sphæra mouetur sm partes quantum ad formam & subiectum, sed sm totum non mutat locum sm subiectum, sed solum sm formam: corpora autem recta sm totũ mutare locum possunt, & sm formam, & sm subiectum. & ideo hoc proprium est solius spherico corporis talium moueri. Aut dicas q̃ loquitur sm Themistium. sed prima solutio magis placet.

Secundo cõtra. Decimaquinta cõtradi. est in cõ. 59. Dicit Cõmen. q̃ demonstrationes mathematicæ non sunt miscendæ naturalibus. Huius oppositum dicit. 3. meteor. cõ. p°. vbi dicit q̃ causæ iridis possunt ex vtraq; scientia assignari. Respondetur q̃ dictum suum est verum hic, q̃ non sunt inuicem miscendæ rationes naturales cũ mathematicis, nisi forte in casu, quo causis mathematicis accidit q̃ sint propinquæ causæ rerũ naturalium, sicut dicit Cõ. 8. phy. cõ. 76. Ratio autẽ est: quia vnaqua q̃ scientia ex proprijs medijs demõstrat, p° posterio, vnde Philosophus plerunq; damnat Pythagorã, & Platonem, & sequaces, qui voluerũt assignare causas mathematicas loco causarum naturalium respectu sensibilium effectuum. Vnde. 2. cœli. cõmen. 61. Amor magistri, & Geometriæ fecerunt Platonem errare: quia credebat res Geometriæ esse principia sensibilium. & p° meta. cõ. 21. contingit Antiquis q̃ non dicunt sermones conuenientes, & causas conuenientes, quia intromiserunt se dare causas rerum mobilium ex non mobilibus. Idẽ p° meta. tex. cõmen. 19. &. 3. meta. cõmen. 2.

Secundo cõti. tex. 61. Quod aũt allegatur in oppositum authoritas eius in. 3. meteo. dicendũ q̃ illud nõ mouet: quia ipsemet Auer. in illa materia se retractauit, in cõ. vltimo illius tertij contra Auenetan. licet illa retractatio videatur contra Arist. p° posse. tex. cõ. 30. Et quidquid sit de hoc, potens tute dicere q̃ in cõmẽ. p°, quãdo dixit causas iridis posse ex scia mathematica assignari, hoc dixit ex opinione Auenetan. aliter. n. non seipsum retractasset in fine illius tertij, & quõcunq; sit, posterioribus dictis magis debemus credere. Ex quo patet q̃ omnes rationes Calculatorum in naturalibus applicatæ nullius sunt roboris, cùm transcendant causas naturales.

Secundo cõti. cõ. 69. Decimasexta contradi. est in eodem cõ. Dicit Commẽ. corpora cœlestia esse eiusdem speciei. Oppositum huius habet in cap. de substantia orbis. Soluitur. species duplex, analogice dicta, & vniuoce. corpora cœlestia sunt eiusdem speciei analogę, non autem vniuocę, sed vt sic sunt diuersarum specierum. Colligitur distinctio ista ex Auer. in. 2. cœli. cõmen. 49. et etiam solutio ibi patet. Vnde etiam conijcere dicere duplex esse genus, vniuocum, & analogum. patet per Auer. p° de anima. cõmen. 7. &. 2. de anima. cõmẽ. 30. &. 3. de anima. cõ. 1. &. 4. meta. cõ. 2. &. 5. meta. cõ. 4. Et sic consueuit dicere sm Auer. ens esse genus analogum, & habere analogas differentias. vnde p° de anima cõ. 6. dixit actus & potentia sunt differentiæ valde oppositæ entis, & circuunt omne genus.

Secundo cõti. tex. 61. Decimaseptima contradi. est super tex. 63. Scribit Philosophus q̃ illud, quod optime se habet, non indiget actione. & ita videtur q̃ Deus gloriosus effectuæ non

non mouet aliquẽ orbem: cuius oppositum est demonstratum in. 8. phy. tex. cõ. 79. & in. 84. vbi ostenditur ipsum esse in maximo circulo, quia ibi maxime apparet motus velocitas, q̃ est effectus eius. Ioãnes de Iãduno, & multi ex hoc loco eliciunt Deum non mouere effectiue sm Arist. & ita dicunt ẽt Cõmen. tenuisse. nam 2. cœli cõ. 62. dicit q̃ illud, quod acquirit perfectam nobilitatem sine actione, est intellectus abstractus. Sed ista positio stare non põt. quia hoc est cõmune Deo, et alijs abstractis substantijs, quæ suã nobilitatem habẽt sine actione. nam, vt inquit Cõmẽ. talia sunt, quæcũq; ita se habent, q̃ actio eorũ est substantia eorum. & hoc etiam confirmat in cõ. 65. vbi ponit q̃ sunt tres fines, quorum vnus est nobilitas simplex, quæ non acquiritur per oppositionem, & ista est in substantijs abstractis: & secũdus est nobilitas propinqua simplici, et ista acquiritur diuersis actionibus: & sunt ordines, & ista est in orbibus, & nobilitas diminuta, quæ acquritur pauris actionibus, & est in rebus istis, quæ sunt apud nos. Cõmen. 66. vbi ponit quatuor ordines entium, dicit primũ ordinem esse eorum, quę comprehendunt nobilitatem perfectã sine operatiõe, & ista sunt entia abstracta. Et ita, si opinio istorũ vera esset, sequeretur q̃ nullus orbis moueretur effectiue ab intelligentia, sed oporteret ponere animã imaginatiuam, vt Aut. posuit. Dic igitur sententiã Philosophi fuisse, id, quod optime se habet, non indigere actione distincta à suimet substãtia, per quã suam nobilitatẽ sortiatur. actio. n. in talib° est propter suam substantiã, & non econtra. 2. phy. 85. & nobilitas illorum bene consistit in actione prima, quæ est idem cum suimet substantia, Deus. n. est vita intellectualis, & semper actu intelligit, & intellectio eius est substãtia eius, & ita nobilitas eorũ est in seipsis. sed motus, qui est actio distincta ab essentia, non est quã intelligentia & Deus perficiant, immo sequitur ex sua perfectione, & bonitate, & talis prima intellectio est, propter ipsas, & secũdaria intellectio propter ista, quę sunt hic, vt patet. 2. cœli. 17. &. 21. cõ. &. 12. meta. cõ. 36. inferiorum vero nobilitas consistit in eorum actione, quę est distincta à suimet substantia, quia talia per motum & generationem participant immortale, et diuinum esse, secundum quod possunt, vt diximus.

Secundo cõtra. Decimaoctaua contradi. est in cõ. 83. D. Cõ. q̃ corpora naturalia habẽt motũ proprium eodẽ modo. Sed huius oppositũ inuentimus in ipso. 2. phy. c. 3. vbi vult definitionẽ naturæ non vniuoce dici de oibus, & p° colit cõ. 5. &. 2. cœli. 3. &. 71. Cõ. idẽ d. Soluit. hic loqtur ad hoiem: qa arguit cõtra Antiquos, & loqtur de elementis. nã ibi loqtur de quiete terrę simplr igitur sumendo corpa, nõ sunt naturalia eodẽ modo vniuoce dicto: tñ sumẽdo corpora elementalia tñ, sic talia sunt naturalia eodẽ modo. Et ideo d. Cõ. in. 2. cœli. cõ. 3. q̃ motus cœli nõ est naturalis, sicut motꝰ elemẽtorũ: qa nõ dicit definitio naturę vniuoce, sed sm ꝑius et posteriꝰ 2. phy. c. 3.

Secundo cõtra. Decimanona cõtradi. est in cõ. 95. Inquit Cõmẽ. elementa nõ habent quantitatẽ terminatã. Huius tñ oppositũ dicitur. 2. de aĩa. tex. cõ. 41. oĩum natura cõstantiũ, &c. Si teneremus opinionẽ Egidij Romani ponentis non dari minima ex ꝑte formæ in simplicibus, sicut quidã tenent ẽt in via Auer. facile esset tollere istã contradictionem. tñ Cõ. 6. phy. cõ. 49. videt ponere minimum, tã in formis simplicibus q̃ in formis cõpositorũ. Nisi gloraret quãtum ad subiectũ ipsum. Sed qdquid sit de hoc, dico q̃ ꝓsens authoritas nõ est contra ponentes minima, quia Cõmen. nolutt dicere ibi q̃ elementa non habent quantitatẽ determinatã: quia videlicet nõ datur minimũ vel maximum in eis: sed illud dixit q̃ talia non consistunt in puncto, & in indiuisibili, & istud fuit de intẽtione eius ibi, sicut patet cõsyderãti.

SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS, ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

Super Tertio de Cœlo.

Tertio cœli cõmen 6. Rima cõtradi. est in cõ. 6. Scribit Cõ. q̃ Naturalis dicit q̃ magnitudo est diuisibilis in semp diuisibilia. Huius tñ oppositũ dicit. 4. physi. 72. vbi d. q̃ linea mathematice est diuisibilis in infinitũ, nõ aũt linea terrestris. Soluitur. magnitudo naturalis dupliciter põt consyderari. Vno modo, vt est in materia ꝓma absolute: & vt sic Naturalis d. ipsam in infinitũ esse diuisibilẽ, qa diuisio in infinitũ in cõtinuo insequitur materiã, & ex ꝑte materię est infinitudo, ex ꝑte formę finis et cõplemẽtũ, & ista tota ratio, quare magnitudo diuisibilis est in infinitũ, non aũt augmẽtabilis, qa diminutio insequitur materiã, & augmentũ insequitur formã, & actũ, & ꝓfectionẽ. Alio modo põt magnitudo naturalis cõsyderari, vt est in aliqua materia sensibili, existente sub aliqua forma determinata: & sic terminata est apud Naturalẽ. sic patet cõcordia. Põt eriã solui q̃ Naturalis d. q̃ magnitudo est diuisibilis in semp diuisibilia, nõ quia probet continuũ esse diuisibile in infinitũ, sicut aliqui tenẽt, sed qa probat q̃ magnitudo non est composita ex indiuisibilibus, sicut in 2. phy. diximus diffuse ex intentione Cõmen. sup cõ. 11.

Tertio cœli tex. 11. Secũda cõtradi. est i tex. 11. D. Philosophus, & Cõ. q̃ ꝓssibile est inuenire corpus, qđ nõ sit elemẽtũ, neq; ex elemẽtis cõpositũ. Sed opponebã de orbe cœlesti, q̃ neq; elemẽtũ est aliqui, neq; ex elemẽtis cõstitutũ. Soluit. loquit Arist. ibi cõtra Platonẽ, q̃ ponebat corpa cõponi ex superficiebus. vñ ad hoiem loqtur, q̃ illa opinione data sequitur aliquod corpꝰ ex superficiebꝰ talꝰ cõponi, q̃ neq; elemẽtũ est, neq; ex elemẽtis cõponi, vt patet ibi ex deductione. Cœlũ aũt respectu vniuersi bene est elemẽtũ compõnis tñ, imo vocat primũ elementũ. 2. cœli ad ꝓncipiũ, & p° cœli te. c. 91. trib°. n. entib° corporalibus elemẽtis, nulli tñ cœlũ est elementũ ꝓ alteratione.

Tertio cœli cõmen 17. Tertia cõtradi. est i cõ. 17. D. q̃ Plato nihil sciuit de materia. Huius oppositũ dixit ipse p° phy. c. 81. Soluit. q̃ nihil sciuit de pa materia, ita q̃ qdratẽ eius seu naturã cognouerit. nã solus Arist. cognouit naturã eius, sed aũ ipm nullus magis appropiquauit ad veritatẽ, q̃ ipse Plato. et sic in cõparatiõe sciuit, et tñ simplr ignorauit.

Tertio cœli cõmen 6. Quarta cõtradi. est in cõ. 51. D. Cõ. cõpositũ nõ dit ferre ab elementis, nisi quantitate. Huius tñ oppositũ exꝑsse habet ipse i cõ. 60. 7. meta. vbi d. q̃ caro nõ est terra, & ignis, ex qbus cõponi, sed est aliqd additum. Soluitur. q̃ dictũ suum in hoc loco non est ex intentione Philosophi, nec de intentione sua, sed illud sequitur ad hominem, contra quem arguit.

Tertio cœli cõmen 60. Quinta contradi. est in cõ. 55. Dicit corpus mathematicũ non esse in loco. Huius oppositũ patet. 4. phy. 76. &. 47. & p° de gñatione cõ. 44. Soluit. corpus mathematicũ est in loco sm imaginatione, non est in loco sm rẽ. Solutio est Auer. 4. phy. cõ. 47. in fine cõmenti.

Tertio cœli cõmen 67. Sexta contradi. est in cõ. 67. Dicit q̃ ignis habet ambas qualitates in fine. Huius oppositũ tenet. 4. meteo. cõ. 10. Soluit. veritas est ista, in elemẽto simplici ambæ sunt i fine: alit nõ esset simplex, ꝓpue sm ipm, q̃ tenetãtã esse cõnexionẽ inter q̃litates elemẽtorũ, et suas formas, q̃ dixit eas intẽdi, & remitti ad intẽsionẽ & remissionẽ suarũ formarũ qualitatuarũ. Quo aũt intelligat dictum eius. 4. meteo. cõ. 10. diximus super cõ. 62. primi phy. diffuse, & ibi videbis, quia nũc ad alia apperamus.

Solut. contradi. Zim. Solutiones

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS AVERROIS,

super Quarto de Cœlo.

Quarto cœli cõmen. 11.

RIma contradictio est in commẽ. 34. Dicit Auer. q̃ ignem esse demonstrat Philosophꝰ ibi, licet sit species & pars subiectiua illius libri. Oppositum habetur ab ipso. 2. de anima. cõmen. 27. &. 6. metaphysi. cõmen. pº. vbi habet q̃ neq; subiectum, neq; partes subiectiuæ subiecti possunt demonstrari in scientia. Dicunt Moderni quòd ideo subiectum in scientia non potest demonstrari, qa est primo notum in scientia, & est id, quò cætera certificantur. nihil enim est in scientia, quò subiectũ in scientia certificari possit. spectes vero subiecti, quia sunt omnibus modis idem cum subiecto & subiecti existentia, est vna cum esse specierum: ideo nec ipse aliquo pacto demonstrari possunt. sed principia subiecti habent aliquid notius, taltem quo ad nos, vt subiectum ipsum, et partes eius, & alia multa virtute primi subiecti, qa igitur subiectum nõ potest notificari per aliquid prius eo in scientia, quia est primum: nec per aliquid posterius, quia omne posterius certificatur per ipsum, tanquam per primo notum in scientia: igitur est indemonstrabile. Et licet nos fecerimus prolixam satis quæstionem de hac materia, quantum autem spectat ad præsens, non videtur mihi q̃ ista opinio sit vera. quod enim dicitur q̃ subiectum nõ potest notificari, nec à priori, nec à posteriori, quia non habet aliquid notius, dico quòd hoc falsum est quantum est merito istius causæ. Nam principia subiecti sunt priora naturæ & notiora q̃m sit subiectum, sicut causa respectu causati. passiones etiam subiecti, præcipue in rebus sensatis, notiores sunt quò ad nos ipso subiecto, vt in pluribus: sicut effectus vt i pluribus in talibus apud nos sunt notiores, pº physic. tex. 40 cõmen. 2. Ratio igitur quòd subiectum scientiæ indemonstrabile sit præcise est ex sua rattone formali, qua est subiectum, cùm de illo oportet præsupponere quid & quòd. & non est aliqua alia ratio, quia videlicet non habeat prius nec posterius, quo sic vel sic certificari queat. vnde quælibet scientia debet concedere suũ subiectum esse, vel quia illud est notum in se, vel quia accipitur tanquam notum ab alia scientia, in qua declaratum fuit, sicut dicit pulchre Cõmenta. in cõmen. vltimo. primi phyli. & hoc nulla alia ratione fit, nisi ex ratione sua formali, qua subiectum est. subiecti enim illud oportet in scientia tanquam basim, & fundamentũ totius scientiæ. Illud vero, quod dicit positio de partibus subiectiuis, prorsus error est. quia licet esse, & existentia subiecti, & partium subiectiuarum eadem sint, stat tamen vnum eorum notum esse, & aliud ignorari. sicut licet eadẽ subiecto sint primus motor, & prima forma, tamen rationibus distinguuntur: & stat vnum sub vna ratione cognosci, & ignorari secundum aliam. Et hoc verificatur in plerisq; exemplis. vnde patet quod ignis est pars subiectiua in libro de cœlo, cuius subiectum adæquatum est corpus simplex siue vniuersum, vt alijs placuit: & tamen demonstratur non obstante identitate eadem, & existentia cũ subiecto suo, ut subijcitur. vnde. 2. de anima. demonstratur esse sensus communis, &. 3. de anima demõstratur esse intellectus possibilis, & esse intellectus agentis, licet sint de potentijs animæ, quas species & pres subiectiuas appellat Commentator. Dicamus ergo quod proposito Auerrois nõ est vniuersaliter vera, quòd species subiecti in scientia non possunt demonstrari, nec à priori, nec à posteriori, sed solum hoc verificatur vt in pluribus. sed fallit quandoq;, & hoc, quando tales fuerint ignotæ, & hoc est, quod ipse dixit in. 2. de anima. in principio cõmen. 29. inquit enim, Quia vult ponere hic numerum istarum virtutum, secundum quòd artifex ponit subiecta suæ artis, non vult ponere, nisi illud, quod manifestum est per se, & dimittit alia, quæ nõ sunt manifesta, quousque perscrutetur de eis. Ecce igitur quòd partes subiectiuæ per se notæ poni debent in scientia, sicut ponitur subiectum artis: sed illæ, quæ sunt ignotæ, possunt demonstrari in illa scientia: præcipue si scientia illa habuerit aliquod medium notius, per quod illas possit illa scientia demonstrare. quod addo propter substantias separatas, quæ sunt partes subiectiuæ principales in Metaphysica, quę non demonstrantur ibi solum qa sint partes, sed quia nullum aliud est mediũ efficax demonstratiuum esse ipsarum, nisi motus: sicut scribit Commentator in commento vltimo. primi physico. & in commento. 5. 12. metaphysi. Et quia ita est, ideo dixit Commentator ignem esse demonstratur hic, & est demonstratio signi ad ipẽs subiecti: quod raro contingit in scientia. dixit notanter raro: quia vt in pluribus partes subiectiuæ in scientia sunt per se notæ, aut sumuntur tanquam notæ ex alia scientia, quæ solum potest illas demõstrare. sicut Metaphysica sumit esse substantiarum separatarum, quæ sunt principalissimę partes subiectiuæ subiecti illius scientiæ sine demonstratione: quia concedit eas esse, subijciens se in hoc artifici Naturali, qui eas demõstrat. Sic etiam dicimus de principijs subiecti. Principia subiecti non demonstrantur in scientia, quia habent subiectum, & aliquid prius notum, per quod demonstrari queant. Nam, si principia subiecti in scientia essent per se nota in esse, nec priorias subiecti, nec posteriorias passionum subiecti sufficeret ea demonstrare esse. & ratio est, quia demonstratio non fertur super re nota. Et ideo principia subiecti in scientia possunt demonstrari à posteriori in scientia illa, quando fuerint ignota, & possunt illa principia à priori demonstrari in scientia superiori, si habuerint alia principia priora in illa scientia, quæ notiora fuerint. & hoc totum veritatem habet, quãdo talia principia fuerint ignota. Et ista est sententia lucidissima Auerro. secundo physico. commento. 22. vbi, postquam dixit pricipia subiecti posse demõstrari à posteriori in scientia, cuius sunt principia, vel à priori in alia scientia superiori, modo habeant causas priores in illa scientia, addit vnam limitationem necessariam, super qua nõ consyderauerunt Moderni, dicẽs. & hoc totum erit, quando causæ subiecti latuerint. Subiectum igitur (vt colligamus fragmenta ne pereant) in scientia, in qua est subiectum, siue illa scientia vniuersalis fuerit, siue particularis, non potest aliquo genere demonstrationis demonstrari in tali scientia. Ratio, quia subiectum debet concedi in scientia, vel quia est per se notum, vel quia sumitur tanquam notum ab alia scientia demonstrãte ipsum: & hoc competit subiecto ex sua ratione formali, quia igitur scientia semper sumit subiectum tãquam notum, illud nullo pacto potest demonstrare: quia ad nota per se, vel ad ea, quæ supponuntur tanquam nota, non est demonstratio in scientia illa habente illa pro notis. Partes autẽ subiectiuæ in scientia, si fuerint ignotæ, & illa scientia habuerit medium notius, per quod possit illas demonstrare, dico quòd demonstrantur in scientia illa demonstratione signi. Principia vero subiecti, si ignota fuerint in scientia aliqua, & illa scientia habuerit medium, per quod possit illa demonstrare, q̃ tod sit notius (quod dico etiam propter substantias separatas,

Digressio cõtra Modernos de subiecti, & partiũ subiectiuarũ, & ipsius principij demõstratiõe.

Limitatio ꝓ positione Auerrois.

separatas, quę sunt principia subiecti Metaphysicæ, et sunt ignota, tamen non demonstrantur ibi ex defectu medij, & nõ ex eo, quia cum hoc q̃ sunt principia sunt etiam partes subiectiuę, sicut dixerunt cõmuniter omnes Moderni, quasi aliquid esse partem subiectiuã tollat ab aliquo demonstrabilitatẽ de eo, quod tamen falsum est: sed ideo non demonstrantur ibi, quia non habetur medium, per quod possit eas demonstrare: quia nulla alia est via ad illud, nisi via motus: cũ hoc etiam concurrit q̃ sunt principalissimum subiectum, tamen hoc non est adæquata causa, quia, si medium esset ibi, adhuc demonstrarentur) talia inquam principia subiecti, si ignota fuerint, siue sint principia tãtum, siue principia, & partes subiectiuæ simul possunt demõstratione signi demonstrari in scientia, in qua sunt principia, dũmodo scientia illa habuerit medium ad illa. demonstratio enim est, quorũ est altera causa, vel in essendo, vel in inferẽdo. Si vero principia illa habuerint principia priora & notiora, & talia de se fuerint ignota, dico q̃ poterunt demonstrari in scientia superiori consyderante de principijs illorum principiorũ. Et ista omnia, si bene aduertis, sunt de intentione Auer. in locis allegatis: licet Moderni confidentes in ꝓprio ingenio non aduertant ad ista.

Quarto cœli cõmẽ. 40.

Secunda contradictio est in cõmen. 40. Dicit Commenta. q̃ non est impossibile, vt causæ substantiarum sint accidentia. Oppositum patet. 5. physi. 10. vbi dicitur q̃ illud, quod vnt est substantia, non est alterꝰ accidens. partes msuper substantiæ debent esse substantię:

Solutio.

sicut patet. 2. de anima. cõ. 2. Ad hoc dicendum puto ꝙ, sicut patet per Auer. ibi, quanto aliqua forma fuerit esse magis diminuti, tanto magis forma debet per accidentia definiri. & quanto forma fuerit esse perfectioris, tanto est oppositio modo, q̃ accidentia debent definiri per formam, & nõ econtra. & quia formæ elementorum sunt imperfectissimę, ideo sunt causatæ respectu accidentium, & ideo per illa definiuntur. Per oppositum autem in corporibus animalium habentium formas perfectas dicimus q̃ istę qualitates sunt causatæ. Et aduerte bene hic, q̃ naturaliter loquẽdo potest ista via satis bene persuaderi. Philosophus enim in. 2. de generatione in tex. cõmen. 6. dicit primam materiã, quæ est in potentia corpus sensibile, esse primũ principium materialium. Secundum vero sunt primæ contrarietates, à quibus non separatur prima materia, cũ semper sit cum contrarietate. Tertium autem principium sunt quatuor elementa, quæ adinuicem transmutantur. vnde, nisi aliquo modo elementa causata essent ex qualitatibus contrarijs, non bene numerum quaternarium elementorum probasset ex combinationibus talium qualitatum. Amplius autem ex fundamento Auerro. hoc idem potest confirmari. ipse tenet formas elementorum intendi, & remitti ad intensionem, & remissionem suarum qualitatum. modo, si formæ elemẽtorum non dependerent à suis qualitatibus tanquam à causa, nullo modo sequereꝰ hoc: quia variatio in effectu non est causa variationis in causa, sed est signum tãtum: variatio autem causæ bene est causa variationis effectus. sic igitur formæ elementorum, & ipsa elemẽta possunt dici causata à suis qualitatibus, prout ista causalitas reducitur ad genus causæ materialis. dispositiones enim materiales habent reduci ad genus causæ materialis. Si vero elementa consyderentur adinuicem, vt sunt actiua & passiua adinuicem, sic iterum possunt dici qualitates elementorum esse causæ elementorum. Nã, cùm actio sit merito contrarietatis, elementa autem non habent contrarietatem ratione suæ formæ substantialis, cùm substantiæ nihil sit contrarium: sed solum ratione suarum qualitatum, iuxta illud Philosophi in de sensu & sensilibus, ignis non agit inquantũ ignis, sed inquantum calidus. & hoc non alia ratione dixit, nisi quia actio non est nisi ratione contrarietatis, primo de generatione tex. commento. 51. &, quia ignis nulli contrariatur, ratione qua ignis, sed ratione qua calidus, ideo vt calidus agit, non vt ignis. Et ideo sic consyderata elementa sunt causata à qualitatibus suis in genere causæ formalis: & qualitates suæ sunt totæ ipsorum, pro quanto à forma prouenit actio, & motus. 2. phy. 17. Et hoc etiam est de intentione Cõmen. 4. meteo. cõ. pº. vbi habet q̃ caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas sunt virtutes elemẽtorum, per quas elementa sunt elementa. Et hoc voluit Philosophus in. 2. de generatione, tex. cõ. 7. &. 8. sine dubio, si bene cõsyderentur verba eius. Et forte hoc voluit Alex. quando dixit q̃ qualitates elementorum sunt suæ formæ, quẽ Auer. forte non dãnat, nisi in verbis, mente tamen forte concordes sunt. Si autem elementa consyderata fuerint vt substantiæ sunt, quæ consyderatio Diuini est, & non Naturalis, sic minime potest dici qualitates elementorũ causas esse in aliquo genere respectu elementorum: non quidem materialis, nec formalis, quia partes substantiæ debent esse substantiæ: non efficientis, neq; finalis, quia elementa vt substantiæ habent alia principia priora istis qualitatibus sensibilibus, quę à Diuino consyderari habent. Et sic Cõmen. arguit cõtra Alex. 5. physi. 10. &. 8. meta. cõ. 6. q̃ qualitates elementorum non sunt veræ formæ substantiales elemẽtorum. quia quod vnt est accidens, alterꝰ non est substantia, vt dixi, quæ vniuoce dicuntur. sed cõsyderatio Naturalis, quę est infra istam consyderationem coarctata ad sensibilia principia, consyderat elementa vel vt sunt substantiæ naturales compositæ ex materia & forma: & sic ex substantijs componuntur: & ista cõsyderatio pertinet ad librum Physicorum, sicut colligi potest ex mente Cõmen. 3. cœli cõ. 21. vel vt sunt partes mundi, vt sunt in libro cœli consyderata: vel vt sunt causæ compositorum, sicut in libro de generatione consyderantur. teste Auer. 3. cœli cõ. pº & vltimo. Et secundo quidem modo Naturalis ignorans vltimas eorum differentias, circũloquitur eas per qualitates motiuas eorũ, quæ sunt grauitas & leuitas simpliciter, & grauitas & leuitas in respectu, quia elementa, vt sunt partes mundi, concernunt determinatum locum, & situm in vniuerso. & qa leui simpliciter debetur summus locus, & graui simpliciter debetur infimus locus, inde est q̃ Naturalis ea taliter consyderans, dicit q̃ grauitas est forma terræ substantialis, & leuitas est forma ignis. Et ideo Aristotel. in. 4. cœli, quia ibi consyderat elementa, vt sunt partes mundi, definit ea per qualitates localiter motiuas, tanquam per differentias non vere substantiales, sed circũlocutiuas: sicut testatur Cõmen. cõmen. 26. 4. de cœlo: quidquid dicant Moderni, qui tenẽt q̃ sint veræ substantiæ. In lib. autem de generatione Philosophus consyderat elementa, vt sunt mixtorũ causæ, non sunt autem mixtorum causæ, nisi vt transmutabilia, non sunt autem trãsmutabilia, nisi vt sunt actiua & passiua, non sunt autem actiua & passiua, nisi merito quatuor qualitatum primarum. ideo ibi circumloquitur veras differentias eorum per qualitates primas, quæ sunt caliditas, frigiditas, humiditas, & siccitas. et sic etiam in lib. meteororum consyderãtur, licet sub ratione magis speciali, quàm in libro de generatione. & ideo etiã sic ibi definiuntur. Sic igitur patet quomodo qualitates sunt causæ elementorum, & quomodo non, & quæ, & qua liter. & sic solutio contradictionis liquet de te.

Solut. Contrad. 2im. 5 iñ Marci

SOLVT. CONTRADIC. IN DICTIS

MARCIANTONII ZIMARAE SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

sup Primo de Generatione, & Corruptione.

Primo de gene. cō. 14.



Ontradictio est p° de gñatione & corruptiõe. cō. 14. Ait Auer. causę generationis sunt duæ, materia, & mouens. Huius tñ oppositum inuenitur. 2. phy. 27. & 28. vbi ponuntur quatuor causę. similiter. 2. phy. cō. 70. dicit ꝙ vbi est materia, ibi sunt omnes causæ. si igitur materia est causa generatiõis, oẽs igitur causæ concurrent, non duæ tantũ. Solutio. Solutur. generatio, vt est motus quidã, est de numero accidentiũ succedtiuorum. accidentia autem, quatenus accidentia sunt, necessario dependent à subsłantia tanꝯ à subiecto, sicut scribit Cõmẽ. 4. meta. cō. 2. hoc. n. cõmune omnibus est, quia igitur generatio motus quidam est, oportet ꝙ sit actus mobilis inquantũ mobile. tale aũt sibi proprium est generabile inquantũ generabile: et hoc est materia. Et ideo generatio, ex parte qua accidens est, & ẽt ex parte, qua tale accidẽs, regrit subiectum, quod materia est. nã fm Philosophum p° phy. 14. & 11. meta. cap. 5. oẽs, qui de natura locuti sunt, in hoc conuenerunt ꝙ ex nihilo nihil fit. Ex parte aũt, qua generatio est de numero accidentium succedtiuorũ: sumo. n. hic generationẽ pro aggregato ex alteratione præuia, & subito prouentu formæ. 6. phy. 59. patet. n. tbi ꝙ sic põt qñq; capi: dico ꝙ sub hac ratione maxime depẽdet à motore. nam totum esse talũ accidentium, & totũ fieri dependet à causa extrinseca, quæ est motor, sicut declarat Cõmen. 12. meta. cō. 41. Causæ igitur maxime necessariæ ad generationẽ, vt generatio est motus quidam, sunt suum subiectũ, quod est necessariũ & intimum sibi, & ratione generis & rõne spei, & motor, qui sibi intimus est ratione speciei. Accidentia. n. permanentia non dependent in esse, & in cõseruari à causis extrinsecis, sed sufficit existentia sui subiecti ad hoc, ꝙ talia sint: iuxta illud, corruptis primis subsłantijs, impossibile est aliquid aliorum pmanere. Forma aũt non est intrinseca generationi, vt generatio est motus. qa in aduẽtu eius generatio, vt est motus, corrũpitur, iuxta illud Philosphi p° de generatiõe tex. cō. 55. habitibus præsentibus in materia cessat motus. & Cõmen. 2. de generatione cō. 52. forma cũ inuenitur, quiescit transmutatio. qũo ergo potest esse causa transmutationis? Et ideo licet forma sit intrinseca generato, non tñ generationis est causa aut principium. & quia forma & finis generationis idẽ sunt. 2. phy si. cō. 70. ideo dicimus ꝙ finis ẽt non est principium ipsius generationis. Sic igitur ex intrinsecis causis materia ex extrinsecis aũt motor generationis causæ sunt necessariæ & principia. generati autem ex intrinsecis magis forma, ex extrinsecis magis finis. generatũ. n. completũ a sua forma est id quod est, quid quid dicant aliꝫ. motore aũt, cum sit extrinsecus, nihil eo indiget amplius: maxime loquendo de propinquo motore. ad finem aũt generatæ rei proprie attributionem necessariam habet, qa frustra esset res generata, si omni actione careret. Et ideo, licet quatuor sint causæ, duæ illarũ magis appropriantur generationi, & duæ generato magis. Et ideo bene dixit Cõmen. hic, ꝙ materia & motor causæ sunt generationis. Et istud, sicut mihi videtur, occulte sensit Philosophus, & Cõmen. 2. phy. te, cõ. 72. vbi probãt Naturalẽ debere consyderare de materia & motore: qa cognitio generationis non põt perfici, nisi dando has duas causas. Sed contra solutionem istã subtiliter arguit quidã ex precipuis scholarib⁹ meis Petrus Fides de Matorica, probãdo ꝙ forma est magis intima gñationi ꝙ subiectũ, aut motor. quia terminus ad quẽ est de qditate motus, sicut dicit Commentator. 5. physico. cõmento. 3. & 48. & 3. physico. cõmento. 4. & 5. physico. cõmento. 9. subiectum autem non videtur esse de quiditate accidẽtis. 7. metaphy. sed ponit tanquã additum. cũ igitur forma sit terminus generationis, erit igitur magis causa generationis ꝙ materia: cuius oppositũ tu dixisti. Similiter, cùm motor nõ sit de quiditate motus, sicut efficiens non est de qditate sui effectus, multo minus igit motor nõ erit intimus generationi, sicut est finis generationis: quidẽ est cum forma sola rõne distincta. Instantia. Solutur. terminus, ad quẽ ipsius motus, ad duo potest cõparari, vel ad terminum à quo, vel ad subiectũ. Et primo quidem modo consyderauit terminũ ad quem Cõmen. 5. phy. cō. 48. vbi dixit ꝙ motus non constituit in subsłantia sua ex termino à quo, qa ille amittitur: sed ex termino ad quem, quia ille acquirit, & est pars suæ subsłantiæ. Alio modo põt consyderari terminus ad quẽ, vt comparatur ad ipsum subiectũ motus, & sic pari rõne potest dici ꝙ respectiue loquẽdo terminus ad quem non est sic de subsłantia motus sicut subiectũ. Ratio est, qa sicut terminus, ad quẽ acquiritur, sic deperditur & entitas motus, & qñ terminus ad quẽ est in acqsito esse, tunc est totaliter deperditũ esse motus. si igitur terminus à quo non dicebat de subsłantia motus, qa ille deperdebatur, multo magis terminus ad quẽ non erit de subsłãtia motus, cũ per talem deperdat entitas motus in seipso. & hoc cõparando terminum ad quẽ ad subiectum motus, sicut dixi. Loquor aũt semper hic de motu pro fluxu, & nõ pro forma fluente. quia motus pro fluente forma nõ destruitur per terminum ad quẽ, sed perficitur: qa taliter sumptus motus non distinguitur à termino ad quẽ, nisi sicut pater à vitro, & vniuersaliter sicut diminutũ à perfecto. motor ẽt, vt dixi, est totalis causa, à qua dependet in esse & fieri motus ipse, quia suum fieri est suum esse. & ideo ẽt magis intimatur motui ꝙ forma. motus. n. est actio motoris in re mota, vt dicitur. 3. phy. 20. & 22. vnde motor cadit in prima definitione motus latenter: sed eius cõpleta definitio non solũ mobile, sed motorem capit: vt dicatur motus est actus motoris in mobili inquantum potentia motum. nam perfectæ definitiones debent dari per omnes causas, sicut patet p° physi. ad principium. & 8. meta. tex. cō. 12. & 13. qdquid dicat Burleus in hoc, & sequaces. Ad formã igitur argumenti, qñ dicebatur ꝙ terminus ad quẽ est de subsłantia motus per Auer. 3. cō. 5. phy. dico ꝙ illa tria dicuntur esse de subsłantia motus ibi, pro quãto ponuntur in definitione motus, s. terminus à quo, terminus ad quẽ, & subiectum. & licet motor ponitur deberi in definitione completa motus, quia tamen in. 5. physi. non declaratur an omne, quod mouetur ab alio mouetur, sed hoc declaratur in. 7. & 8. physico. ideo, sicut mihi videtur, tbi nõ meminit nisi de istis tribus. Si igitur esse de quiditate motus intelligatur id, quod in definitione eius ponitur, sic oĩa prædicta sunt de quiditate eius. si vero tu intelligas esse de quiditate pro illo, quod qditatẽ cõstituit in esse qditatiuo, & est de intrinseca rõne eius, sicut aĩal & rõnale sunt de qditate hois, sic dico ꝙ nec subiectũ motus, nec terminꝰ ad quẽ, nec

motor

motor sunt de motus quiditate: qa omnia ista sunt extrinseca ab ipsa quiditate motus, siue quiditas motus sit entitas absoluta, siue entitas respectiua. licet. n. habitudo ad terminum sit de quiditate respectus, nõ tamen terminus. patet igitur quomodo, & qualiter dicta nostra sunt rationi consona, sicut vides. & nos. 2. huius super. 52. cõ. confirmabimus ista magis.

Primo de gene. cō. 14. Secunda contradictio est in cõ. eodem. Dicit Auer. ꝙ substantia vtriusq; mouentis à p° Philosopho consyderatur. Et ibi fuit oppositum de secundo mouente, quod est mouens motum, & per consequens à Natura h, non à Diuino debet consyderari. Solutur. ꝙ principia substantiæ sensibilis tam generabilis ꝙm æternæ, & à Naturali Philosopho, & à Diuino habent consyderari: sed differenter. quia principia, quæ inuestigant à Naturali, inuestigantur vt sunt principia substantiæ sensibilis: principia aute à Diuino inuestigata, sunt vt sunt principia substantiæ vel entis. entis. n. inquantum ens, & substantię inquãtum substantiæ inuestigant principia, & causæ. 4. & 6. meta. vtrobiq; tex. cō. primi. Et ideo dicit Cõmen. hic, ꝙ duo sunt modi mouentium. quorum Vnus est quod mouet & non mouetur: & talis motor vt scribit ipse in p° phy. cō. vltimo. & 2. phy sic. 26. & tex. cō. 73. non consyderatur, nisi quãtum ad si est, non autem quantum ad quid est, quia in eo non est principium motus, vt dicitur tbidem. & ideo substãtia, & quiditas istius primi mouentis à Diuino consyderatur. Sed est aliud primum mouens motũ, & est corpus cœleste, quod mouet ista inferiora, & mouetur ab intelligentia. & tale cõsyderatur à Naturali & à Diuino. à Naturali, inquantum est sensibile & mobile: à Diuino autem, vt est causatum à principijs substãtię, inquantum substantia, & entis inquantum ens. Solutio est Auer. 12. me. p°. 5. & 6. & 29. commen.

Primo de gene. tex. 22. Tertia contradi. est super tex. 22. Dicit Philosophus ꝙ ignis contrariatur aqua. Sed opponebam per authoritatem Philosophi. 2. cœli tex. cō. 18. vbi habet ꝙ ignis contrariatur terræ. Sic. n. tbi arguit ignem esse ex hoc, ꝙ terra est. quia, si vnum contrariorum reperitur in re rum natura, sequitur ꝙ reperitur & alterum. Sed vni vnum dicitur esse contrarium. 10. meta. tex. cō. 14. & p° cœli tex. cō. 10. Solutio. Nisi esset ꝙ non inconuenit diuersis modis vnum contrariari pluribus, aut plura vni, vt dicit Cõmen. in. 8. phy. cō. 62. sic in proposito terra, & ignis dupliciter cõcipi possunt. Vno modo inquãtum comparantur in qualitatibus localiter motiuis, vt sunt grauitas, & leuitas. & quia terra est graue simpliciter, & ignis est leuis simpliciter, sic maxime contrariantur ista duo extrema. omnia enim alia elementa habẽt grauitatem præter ignem, & omnia habent leuitatem præter terram, vt dicitur in. 4. cœli tex. cō. 39. Alio modo consyderãtur, vt sunt actiua, & passiua. & quia hoc habent per qualitates alteratiuas, & qa ignis est calidus, & siccus, & aqua est frigida & humida, sic ignis maxime dicitur aqua contrariari, qa contrariatur sibi in ambabus qualitatibus. In libro igitur de cœlo, & mundo, in quo agitur de elementis, vt sunt partes mundi, quia consistentia mundi consistit in distinctione suarum puarum partium, cui sunt corpora simplicia, et quia istis debetur locus merito suarum formarum, propter hoc tbi dictum est igni cõtrariari terram. Sed in libro de generatione & corrup. agitur de elementis inquantũ elementa sunt, & inquantum sunt causæ compositorũ. & quia elementa nõ sunt elemẽta, nisi per qualitates actiuas & passiuas, vt dicit Philosophus in. 2. de generatione & corruptio. tex. cō. 7. & 8. nec etiam sunt causæ mixtorum, nisi inquantũ alterantur: mixtio. n. est mixtibilium alteratorum vnio: ideo in hoc loco melius dicitur igni contrariari aquã quam terrã, licet etiã sibi hoc modo contrarietur, sed non maxima contrarietate.

Primo de gene. cō. 2. Quarta contradi. est in cō. 25. Dicit Cõmen. ꝙ partes motꝰ circulariter semper mouentur in eodem loco: ex quo patet ꝙ non mouentur fm subiectum. Sed huius oppositum dicit Cõmen. 4. phy. cō. 41. contra Themistium, vbi vult ꝙ partes corporis circulariter moti mutant locũ & fm subiectum, & fm formam: totũ autem solum fm formam, non fm subiectũ. Solutur. hic intelligit tales partes non mutare locũ, ita ꝙ sint in maSolutio. iori, aut in minori loco, sicut est in augmento, & diminutione. sed. 4. phy. loquitur de loco absolute.

Primo de gene. cō. 3. Quinta contradi. est in cō. 27. Dicit Cõmen. ꝙ subiectum generationis est in loco. Huius oppositum habet. 5. phy. cō. 8. Solutur. subiectum generationis duplex, primum & secundum. primũ est materia prima: & de illa loqtur Cõmen. 5. phy. cō. 5. subiectum generationis secundũ est materia trãsiens, & est materia habens formam: & illa per se est in loco. prima autem materia est in loco per accidens, quia rõne alterius. Vide diffusius pro hoc super prima contradictione. c. phy si. Solutio.

Primo de gene. tex. cō. 29. Sexta contradi. est in cō. 29. Vltima non sunt in loco, neq; per se, neq; per accidens. Sed oppositum habetur. 5. phy. cō. 22. Solutur tbidem: & tu vide. Solutio.

Primo de gene. cō. 30. Septima contradi. est in cō. 30. Dicit ꝙ lacteus partes magnitudinis est magnitudo. Oppositum habetur 4. phy. cō. 84. vbi dicitur ꝙ magnitudo nõ est de principijs actiuis. Solutur. intelligitur ꝙ ipsum agens est quantũ, quia actio fit per contactum: nõ tamen vult ꝙ sit quantitas de principijs actiuis: nisi forte terminatiSolutio. ue, non formaliter. nam illud, in quo terminatur actio, quantum est. formaliter autem nõ est de principijs actiuis actione reali, sed consequitur potentias actiuas. & actiones earum. sicut dicit tbi Cõmen. tbi. De hoc tamen etiam loco præalleg. meminime dixitle.

Primo de gene. cō 44 Octaua contradi. est in cō. 44. Dicitur locũ inseparabilem esse à mathematicis corporibus. Oppositum p° cœli te. 69. vbi Philosophus dicit ꝙ omne, quod est in loco, est corpus sensibile. Solutur per Auer. tbidem dicentem ꝙ Philosophus tbi intellexit conuersam, & est Solutio. ista, ꝙ omne sensibile corpus est in loco. & sic Philosophus tbi non contradicit huic dicto Cõmen, hic. Nota tñ locum inseparabilẽ esse à mathematicis corporibus fm imaginationem, fm rẽ vero locus sensibilibus corporibus ascribitur: sicut patet. 4. phy. cō. 47.

Primo de gene. tex. 55 Nona contradi. est in tex. 55. Arist. cõtra Antiquos attribuentes generationẽ ignt tanꝯ causæ principa'i, habet ꝙ motio eius est deterior ꝙ motio instrumenti, quod declarans Cõmẽ. in cō. 55. inquit ꝙ motio ignis est vilior motione instrumenti, quia instrumentũ non mouet nisi cum artifice, & cùm mouerit mouet ad generationem, sed ignis, cũ fuerit motus per primum mouens, mouet ad corruptionẽ. Sed opponebã contra ipsum per verba cō. 54. Imediate præcedentis, vbi habet ꝙ elementa si generant res, opus est vt habeãt agens, quod tacit ea apta per tẽperantiã, & alterationẽ. & ex consequẽti non est deterius motio ignis ꝙ motio instruSolutio. menti. Solutur. instrm non habet aliquam dispõnem renitentẽ artifici generanti, sed ignis habet, q: sua qualitas est ex sua intẽsione repugnans formis per generationem introducẽdis. & ideo opus est, vt tẽperetur, & ad æqualitatẽ reducatur. & ideo indiget agẽte alterante, & tẽperante ipsum. vnde nisi hoc sibi contingat, est causa corruptiõis. Non incõuenit igit gñationẽ, & corruptionẽ prouenire ab igne diuersis modis, vt cõparatur ad primũ mouens. qa, si absolute consyderetur primũ mouẽs, per ignẽ non contẽperatũ mouet ad corruptionẽ, sed, si fuerit contẽperatus per suũ contrariũ, sic mouet ad generationem. sic. n. fm dispõnes contrarias idẽ poterit esse causa contrariorũ ex. 1. phy. te. cō. 10.

SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

Sup Secundo de Generatione, & Corruptione.

Secundo de gener. cō. 3

Solutio.

IN secundo de generatione cō. 3. dicitur ꝙ omne corpus in actu non absoluitur à contrartetate. Oppositum habetur pº de cœlo, com. 20. de cœlo. & alibi infinities. Soluitur, hic loquitur ad hominem, arguit enim contra ponentes principium materiale omnium esse corpus infinitū, & ex dictis ab eis improbat Philosophus ibi suam positionem. Aut aliter, omne corpus in actu, quod est tangibile, habet contrarietatem. nam, sicut dicit Philosophus ibidē. tex. cō. 7. Quoniā igitur quærimus corporis sensibilis principia, hoc aūt est tangibilis: cœlum aūt non est sensibile sensu tactus, sicut supra dictū fuit.

Secundo de gñatione. cō. 4

Solutio.

Secunda contradi. est in cō. 4. Dicit Cōmen. ꝙ materia non prædicatur de materiato in rebus generatis, sed in rebus alteratis. Oppositum, 7. meta. cō. 24. Solutur. materia in rebus generatis non prædicatur de materiato. & sic intelligitur dictum Philosophi, & Commen. contra Platonem: quia Plato videbatur hoc velle, sed in rebus alteratis non negat hoc Philosophus. & sic intelligitur dictum suum in. 7. meta. loco alleg. nam ista modo glosat illam propositionē Philosophus hic. & posset dici etiam ꝙ materia nō prædicatur in abstracto de materiato, quia pars per modum partis nō prædicatur de toto. sed pars per modum totius concretiue sumpta prædicatur de toto. & ista est glosa cō. 7. meta. cō. 24. & 34. & 7. phy. cō. 15. Et primo quidem modo loquitur hic: quia forte Plato volebat materiam prædicari in abstracto, & per modum partis de materiato. nam, vt apparet ex dictis Philosophi & Cōmen. Plato dicebat ꝙ armilla est aurum: sed ſm Philosophum debet dici ꝙ armilla est aurea. vnde Cōmē. 7. meta. commen. 24. dicit, & ēt Philosophus in tex. idolum, quod fit ex lapide, non dicitur lapis, sed lapideum. & hoc manifestius apparet in rebus naturalibus, qñ homo nō dicitur caro aut sanguis, sed sanguineus aut carneus.

Secundo de gñatione cō. 8

Solutio.

Tertia contradi. est in cō. 8. Dicitur ꝙ grauitas & leuitas non sunt actuæ qualitates, neq; passiuæ. Oppositum patet. 4. phy. 85. & 86. & 8. phyſi. 32. nam motus sursum est a leuitate, & motus deorsum à grauitate. Soluitur, non sunt actuæ quantum ad formam, sunt actuæ quantum ad motum localem.

Secundo de gñatione. cō. 14

Solutio.

Quarta contradi. est in cō. 14. Dicit ꝙ vnum opponitur pluſquam vni. Huius tamen oppositum dicitur 10. meta. tex. cō. 17. Soluitur, vni vnum opponitur eodem modo, & maxima oppositione: sed diuersis modis, & non maxima distantia aliquid pluribus potest etiā esse contrariū. glosa est Auer. 8. phy. cō. 62. Similiter in multiplicitet dictus vni plura opponunt, vt grauis opponitur leue & acutū. graue enim reperitur in sonis, & sic acutum sibi contrariatur. & graue etiam reperitur in rebus mobilibus, & sic leue dicitur opponi sibi. patet autem ꝙ non vniuoce, sed multipliciter dicitur graue ex hoc, ꝙ sibi plura contrariantur. Et hoc innuit Philosophus hic etiam in tex. dicit enim. Dicitur autem siccum & humidum multifarie, & reddens causam dicit. opponitur enim sicco & humidū, & vdū. Et vide in limitationibus nostris diffuse de hoc.

Secundo de gñatione. cō. 21

Quinta cōtradi. est in cō. 21. Dicit Cō. ꝙ ignis superior nō est in fine caloris. Huius tñ oppositū habet ipse 3. cœli. cō. 67. & 8. meta. c. 5. Calor maximus, & motus ad suprius est actio ignis. idem. 2. meta. cō. 4. & 12. meta. cō. 51. vbi habetur ꝙ alia sunt calida participatione ignis. Hoc etiam est contra rationem, quia summus calor non debetur, nisi elemento simplici. 3. cœli. 67. Solutio. Soluitur, intelligitur quantū ad actum. dicit enim ꝙ ignis, qui est supertus, non est in fine caliditatis & ebullitionis. nam non calefacit aliquid ibi, & præcipue à parte conuexa, in qua contangit orbem Lunæ, in seipsum autem minime agere potest, quia forma existens in subiecto non alterat subiectum. sed in isto igne inferiori, qui est in aliena materia, reperit ebullitio, & caliditas quantum ad agere. Et sic etiam glosatur dictum Auer. super pº canticorum, cō. 15. & 4. cœli cō. 32. & pº cœli cō. 91. in quibus locis habet consimilem sententiam.

Secundo de gener. cō. 55

Solutio.

Sexta contradi. est in cō. 55. Dicitur ꝙ contraria adinuicem transmutantur. Sed oppositum dixit supra in cō. 6. huius secundi. Soluitur, transmutantur terminatiue, quia omnis motus est de contrario in cōtrarium: non subiectiue, quia vnum non recipit aliud.

Secundo de gene. cō. 52

Solutio.

Septima contradi. est in cō. 52. Forma cū inuenitur, quiescit motus. Huius oppositum videtur pº phy. 62. & 64. Non cessant partes spermatis fieri partes hominis. Et soluitur, quiescit transitio semper ad inuentionem formæ, siue cōplete inueniatur in materia siue incomplete, vnde, quando vnum minimum formæ mixti inuenitur, tunc est aliqua quies, antequam aliud minimum inducatur. Nec voluit dicere Auer. pº phy. cō mē. adductis ꝙ generatio hois sit motus continuus: sed solum voluit dicere generationem illam fieri per minima, quorum vnum inducitur post aliud in materia modo expositō. & hoc intellexit per partes. Et in hoc cō. manifeste apparet veritas, quam nos enuncpauimus supra in cō. 14. primi de generatione. Nam Aristot. arguit hic cōtra Platonem, ponentem ideas esse adequatum principium productiuum formarum existentium in materia. Arguit enim sic. Si causa sufficiēs effectiua generationis semper est, & subiectum recipiēs semper est: quare ergo non generant continue, sed quandoꝙ generant, & quandoꝙ non? Ecce igitur quòd reales causæ generationis, & principia sunt solum materia & motor, sicut diximus. aliter argumentum Philosophi nullum esset. Ita arguit etiam Commentator. 8. physicorum, commento. 15. Si mobile semper fuit, & motor semper fuit: quare ergo motus non fuit semper? & est etiam argumenti Philosophi ibidem. Et ideo videmus Philosophum recitare in hoc tex. 52. duas opiniones de causis generationis. vna fuit eorum, qui locuti sunt de causa mouente, alia autem de causa materiali tantum, & vtraq; est insufficiens. sed via Aristo. est via media, quæ ex extremis dicitur esse composita. Quidquid igitur sit de causis generationis in esse rationis, tamen in esse reali solum istæ duę sufficiunt, materia & motor.

Secundo de gene. tex. & cōmen. 57.

Solutio.

Octaua contradi. est in cō. & te. 57. Habet ꝙ tēpus iuuentutis est æquale tempori senectutis, ex quo videtur non dari statum & ætatem consistentiæ. Sed oppositum. 3. de anima. cō. & tex. 59. Soluitur, hic tēpus iuuentutis sumitur pro toto tēpore, in quo res est in perfecto vel in perfecto esse. & sic comprehendit non solum tempus augumenti rei, verum & status. & sic inter iuuentutem & senectutem nō apparet medium. Tertio autem de anima tempus augmenti cōtra distinguitur tempori status, & tempori decrementi, & sic inter iuuentutem & senectutem mediat ætas consistendi. licet Egidius argumento sophistico oppositum ibi teneat.

Secundo de gener. tc. 63

Nona contradi. est super tex. 62. Quærit Ari. vtrum continuatio in motu sit ex mobili, an ex illo, in quo est motus, puta ex termino seu spatio. & soluendo tenet quod

quòd sit ex mobili. Huius tamē oppositum in propria forma habet Philosophus in. 5. primæ philosophiæ in tex. cō. 18. vbi enumerat motum inter quanta per accidens. asserit enim ꝙ motus est quantus, & continuus per accidens, quia ratione alterius. & declarādo intentionem suam subdit, dico autem non quod mouet, sed ſm quod motum est, nam per esse quantū illud, & motus quantus est. vbi expresse dicit motum habere principaliter continuitatem à spatio, & non à mobili. et est contradictio aperta, sicut vides. Soluitur, quicqd alias dixerim in hoc, nunc dico ꝙ non negaret Philosophus motum continuitatem suam principaliter fortiri à mobili: quia ista est determinatio eius hic in propria forma: & ita etiam tenet in. 4. phy. in tractatu de tēpore, vbi ostendit quo sit idem nunc ſm substantiam in toto tempore. Sed quid causæ fuit, quòd in. 5. meta. dicit motum habere continuitatem non à mobili, sed à spatio, fuit, vt inquit Alexander, quia cū Arist. ibi ponat duos modos coīa, quæ sunt quanta per accidens: vnus est ex subiecto præcise. vt albedo, & musica dicuntur quanta, quia homo est quātus, cui accidit albū, & musicum. & ideo, si dixisset motum esse quantum per accidens ratione subiecti, nulla esset differentia inter primū modum, & secūdum coīa, quæ sunt quāta per accidens. & propter hoc consyderauit specialem quādam differentiam, quam habet ratione spatij, neglecta illa quam habet à subiecto, licet sit principalior. nam nulli dubium est motum diuidi ad diuisionē mobilis, vt patet. 6. phyſi. 33. & tex. cō. 49. secutum est omnia diuidi ab ipso mutante, i. à subiecto motus. Sed tūc insurgit maior contradictio, propter quid Aristot. tempus, & motum enunciat inter quanta per accidens, cū in prædicamentis enumerauerit inter species quantitatis per se, saltem ipsum tempus. Dicit autem Alexander in. 5. meta. ꝙ tempus & motus enumerantur inter quanta per accidens non simpliciter, sicut alia, quæ dicuntur quanta per accidens, vt album & musicum: nam talia habent etiam relationem ad quāta per se, vnde in prædicamentis tempus fuit locatum species quātitatis per se: sed oportet nos existimationē habere de motu omnino à magnitudinibus seu spaciis, & hæc diuisibilia & continua dicit ſm accidens. Vnde ad confirmandū sententiam Alexādri, Arist. in. 4. phy. in tractatu de tempore volens nos manuducere ad tēporis essentiā agno scendā, ex spacio exorsus est, super quo fit motus. nam in tex. cō. 99. inquit. Quoniam autem omne quod mouetur, ex quoddam in quoddam, & omnis magnitudo continua est, sequitur magnitudinem motus. propter id enim, ꝙ magnitudo continua est, & motus erit continuus, per motum autem & tempus, &c. quia igitur nostra cognitio de diuisione motus & continuatione à spacio maxime orta est, ideo Philosophus dicit motū esse quantum, & continuum per accidens, & eadem ratione tempus. ratione motus tñ talia etiam habent relationem ad quanta ſm se, ita quòd ſm Alexā. tempus, & motus sunt quanta per se. & sic in prædicamētis fuit tempus locatum. Sed est dubitatio Alexādri ibidem, propter quid in. 5. meta. non reduxit motum & tēpus ad ea quæ sunt passiones eorum, quæ sunt ſm se quanta, sicut sunt habitus & passiones, vt lōgum breue, magnum & paruum. Nam, si motus fuerit alicuius continui, passio in nullo alio esse potest q̄ in illis, in quibus sunt cæteræ passiones. Soluit autem Alexander ꝙ hoc fuit in causa, quia passio quātū ſm se dicitur esse illa proprie, quæ permanet, sicut & subiectum cuius dicitur esse passio. istorum autem nihil permanet, neq; motus, neque tempus. Amplius autem passiones eorum, quæ sunt quanta ſm se, sunt aliquid eius, & sunt in natura eius: sed motus non est aliquid spatij, licet super spacio fiat: & ideo motus non dicitur passio magnitudinis, sicut passiones dicuntur illæ, quæ competunt magnitudini tanquam magnitudo. ista est Alexandri sententia. Nobis autem aliter occurrit dicere, quòd motus est actus imperfectus formaliter loquendo, & non est quantitas per se: & tempus, quò ad id quod est secundū naturas rerum, licet secundū modum, vt differt ratione formali à motu, induat rationem quāti, & de hoc latius dixit alibi in quæstione speciali de tempore. Recte igitur in scientia Diuina, vbi secundum naturas rerum disseruit, posuit ista inter quanta per accidens: in prædicamentis autem posuit tempus quantitatem per se, vt est famosum. quia vt dicit Commentator quinto metaphyſicæ, commento. 18. Aristoteles in prædicamentis enumerat species quantitatis famosas.

Instantia.

Solutio.

Dubiū Alexandri.

Solutio Alexandri.

Aliam solutionē vide, & meliorem in contradictione super cō. 18. quinti metaphy.

MARCIANTONII ZIMARAE SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

Super Primo de Anima.

Prio de anima. tex. prio

ONtradictio est super tex. pº. Aristo. n. & Cōmen. asserunt scientiam alteram altera præstantiorem & nobiliorē esse ex subiecti nobilitate. Sed huius oppositum habetur ab Auer. in pº de partibus animalium iuxta finē, vbi habet ꝙ scientia Naturalis plus apparet in materia vtiori, q̄m alia nobiliori. Et confirmat hoc ex arte, vbi ingenium artificis, & ars magis ostenditur in materia vtili, q̄ in materia nobili, vt testatur etiam Cōmen. 12. meta. cō. 18. authoritate Themistij. Dixerunt nonnulli, ad pauca respicientes, nō fuisse ex intentione Philosophi vnquam scientiam sumere nobilitatem à subiecti differentia. Sed mirum est de istorum audacia, ne dicam temeritate, qui vt aliqd maius nomen sibi vendicarent, conati sunt contradicere patribus Antiqs, & veritati. Nam etiam Themistius hoc idem asserit, quod Cōmen. & exempla Cōmenta. sunt exempla Themi. vt patet. Nam Aristot. 6. meta. tex. cō. 22. ostendit ꝙ actus præcedit potentiam nobilitate, & ꝙ scientia in actu est nobilior scientia in potentia, &. 6. meta. tex. cō. 2. ostendit scientiam honorabiliorē esse honorabilioris generis. & quò imaginari potest ꝙ altera alteram excellat in nobilitate, & non differat ab eadem. omne enim ens omni enti comparatum, aut est idem, aut diuersum, vt patet. Dicamus igitur ꝙ secus est de natura & arte, & secus est de scientijs speculatiuis, quas nos habemus de rebus. Natura enim facit naturalia, & ars artificialia. & ita etiā ars magis fulget in materia vili, q̄ in materia nobili, propter duas causas. quia, vt dicit Themistius, vt recitat Cōmē. 12. meta. cō. 18. Magis debemus mirari de ingenio artificis sciētis aliquid ex luto, q̄ ex auro: quia nobilitas materiæ obumbrat vigorem artis, præsertim apud cōmunem hominum cognitionē, qui ab extrinsecis iudicāt, vt dicebat Anaxag. referente Arist. in. 3. ethi. cap. 10. qui dicere consueuit nequaquā mirari si absurdus multitudini videretur. nam multitudo solum iudicat à rebus externis. sapientes autem magis admirātur artem, q̄ materiam arti subiectam. & sic intelligitur dictum Themist. & hæc est prima causa. Secunda causa est ex impossibilitate materiæ, quia materia vilis ex tali impossibilitate

Solutio.

possibilitate cum maiori difficultate recipit impressionem artis, aut naturæ, & difficilior redditur generatio. & hanc causam tetigit Cõmen. in allegato loco. Sed habet dubium contra se. qa tunc generatio animalium ex materia putri esset difficilior q̃ animalium ex semine genitorum. quod non conceditur, quia citius & facilius generarentur, vt dictat experientia. sed prima causa Themi. magis placet. Et ideo in talibus, vt est natura & ars, quia sunt causæ rerum, secus se habet. quia in operationibus naturæ, & artis sapientes magis exercentur in contemplando scientiam Naturalem, id est à qua natura dirigitur, q̃ ex rebus nobilioribus, vbi in eorũ generationibus patent res particulares. Sicut Philosophi plus admirantur de generatione animalium ex putri materia generatorũ, quo talia generentur, & qualis sit eorum generatio à sibi simili vel cõuenienti, q̃ in generatione animalium, quæ ab vniuoco generantur, vbi causa proxima est nota ad sensum: licet animal tale plus ex se perfectionem diuinam repretentet, & particip̃et, q̃ animal vile. quia distantiæ entium sunt diuersæ valdè. sed in scientia nostra secus est: quia est causata à scibilibus rebus, & intelligere nostrum sequitur naturam, & nobilitatem rei intellectæ, & ordinem rerum, vt dicit Cõmenta. in libro destruc. in disput. 6. & 12. in pleriſq; locis, & 12. metaphy. cõmen. 51.

Prio de anima, tex. 8. Secunda contradi. est in tex. 8. Arist. dicit in hoc tex. q̃ animal vniuersale, aut nihil est, aut posterius est. Sed huius oppositum habetur. 12. meta. cõ. 27. authoritate Alexã. vbi dicitur, q̃ vlia sunt priora in intellectu particularibus, quę cũ auferuntur, auferunt particularia. & ideo existimantur esse substantiæ. Soluitur. Auer. locum illum interpretatur de illo vniuersali Platonico separato ſm esse à singularibus, dicens, illud, aut nihil esse, aut si sit, nihil ꝓficere ad definitiones rerum: quia res possunt sciri per definitionem, non cogitando aliqd de tali vniuersali separato. Pro illa expositione Auer. adducas scripta Philosophi in p° ethi. cap. 7. in fine capituli, satis ad propositum. Alexãder autem satis subtiliter interpretatus est locum illum in p° lib. naturalium q̃onum, quæst. 11. & breuiter sua interpretatio in hoc consistit, q̃ animal vt vniuersale cõceptum siue vt genus posterius est. ista enim sunt de secundo intellectis, & talia non significant aliquam veram naturam aut substantiam, licut animal bene est significatiuum substantiæ cuiusdam, quia significat substantiam animatam sensitiuam, & est res aliqua, & aliqua natura, cui accidit vniuersalitas & generalitas. sunt enim ista accidentia. semper autem accidens est posterius natura, cui accidit. Et ideo Aristot, animaduertens ad hoc, q̃ animal vniuersale, i. sub intentione vniuersalitatis, vel sub intentione generalitatis, vt sic aut nihil est, qa non significat vt sic naturam aliquam subsistentem extra animam, quia talis intẽtio est ens in anima tãtum, & diminutum: aut posterius est, quia vt sic significat intentionem accidentem rei &. naturæ, cui accidit vniuersalitas & generalitas. nam, si vnũ solum animal in natura subsisteret, adhuc natura illa, quæ est substãtia animata sensitiua remaneret: tamen nõ esset illud vniuersale prædicabile de pluribus, & ideo vt sic est aliqd posterius. Dicit enim Cõmen. in. 7. primæ philosophię cõ. 46. definitiones vniuersalium habent aliquã dispositionem dispositionum substantialiũ existentem extra animam, & qualitatem accidentem eis: significans nobis per hoc quòd vniuersale potest sumi dupliciter, videlicet pro natura & re, quæ est fundamentum, & pro qualitate, quæ est intentio & accidens, fundatum in illa re. & sic quò ad qualitatem vel animal sub illa qualitate conceptum, quatenus sic concipitur, aut nihil est, aut posterius est. Et ita locus ille potest legi secundum mentem Arist. Sed qualitercunq; sit, quantum ad propositam cõtradictionem, isto modo respondetur, q̃ vniuersalia possunt dupliciter comparari ad particularia, vno modo quò ad esse, alio modo, quò ad intellectum. ista est distinctio Auer. authoritate Alex. in. 12. meta. cõ. 27. q̃ si comparẽtur quò ad esse, sic sunt posteriora. vnde Arist. dixit in prædicamentis, q̃ ablatis primis substantijs, impossibile est aliquid aliorũ remanere. sed quò ad intellectum secus est. Hoc dicit Cõmen. expresse ex intentione Alexan. in cõ. 27. 12. primæ philosophiæ. ita etiam dicit dñs Albertus. 11. primæ philosophiæ, tractatu p°, cap. 2.

Prio de anima, tex. 16. Tertia contradi. est in tex. 16. Arist. & Cõmen. ponunt differentiam inter Physicum & Dialecticum, qa Dialecticus definit per formam, & Naturalis per materiam. Sed oppositum habetur ex p° phy. cõ. p°. vbi dicitur q̃ Mathematicus solum genus causæ formalis considerat, & ita oẽs definitiones mathematicæ erunt dialecticæ & vanę. aut assignetur causa diuersitatis inter Dialecticum & Mathematicũ. Soluitur. ideo definitiones dialecticæ sunt per formã, quia forma est subiectum vniuersalitatis, & cõmunitatis, vt dicit Commen. p° cœli cõ. 92. & ideo non faciunt scire. Amplius autem, licet forma sit causa alicuius effectus, nõ tamen ab ipso Dialectico considerat, vt est causa talis effectus. alioquin non solum per formam, verum etiam & per materiam definiret, vt appetitus vindictæ, licet sit causa accensionis sanguinis circa cor, non tamen Dialecticus in definiendo iram per appetitum vindictæ, definit, vt per causam accensionis: quia talis definitio esset relatiua, & non absoluta, sicut sunt definitiones naturales. vnde Cõmen. dicit disputatores absolute considerare. quod propterea dicit ad differentiam Naturalis, qui definit per formam, vt est causa materiæ. 2. physi. 26. & 92. sed Dialecticus definit per formam absolute considerataam, non considerãdo vt est causa materię, nec alicuius materialis proprietatis. vnde cũ in rebus plurimis hæc tria sunt, materia, & forma, & causa, per quam forma est in materia, omnia ista ponuntur in definitionibus naturalibus. & hoc est, quod dixit Arist. 15. tex. q̃ ira & quælibet passio animæ concupiscibilis definitur, vt est in materia ab hoc, & huius gratia. sed Dialecticus per solam formam debet definire. Mathematicus autem licet consideret formam, quæ ſm esse est in materia, non tamen considerat causam, propter quam forma est in tali materia trãsmutabili. quia hoc cõsiderat naturalis. & isto modo dicitur solum genus causæ formalis Mathematicus considerare. tamẽ bene Mathematicus istam formam cõsyderat, vt est causa proprietatũ fluentium à tali forma, vt in tali esse abstractionis consideratæ sunt. Geometer, licet non consyderet figuram triangularem vt habet causam, qa est in materia sensibili, puta vel in ære aut ligno, consyderat tñ causam proprietatum suarum, & vt habet talem causam, videlicet qa habet tres, & per illã demõstrat. Secus autem est de Dialectico. quia Dialecticus nõ solum nõ consyderat formam abstrahẽdo ab hoc, quod est habere causam sui esse in materia sensibili: immo ẽt neq; consyderat ipsam vt est causa, vel habens causam alicuius effectus, vel alicuius proprietatis. & ideo consyderatio eius est absoluta cõmunis, & vana per consequens, pro quanto non potest esse medium in demonstratione, quæ est per causam, propter quam res est, & quoniã illius est causa. quia, licet Dialecticus definiat per illud, quod est causa, non tamen sub illa rõne, qua causa, sed vt est vnum entium absolute. Et nota bene hoc, quia pauci admodum ante nostra tempora intellexerunt istud. Et adde q̃ vltra prædictam causam ideo Dialecticus dicitur artifex absolute considerans, quia

Mathematicus ẽt a ratione formã consyderat eam vt est finis. vid Themist. 2. phy. super. 7. & Auer. ibidẽ.

circa ens simpliciter tres artifices versantur. 4. primæ philosophiæ tex. cõ. 5. primus Philosophus, Dialecticus, & Sophista. de omnibus enim Dialecticus differt ex communibus, & probabiliter.

Prio de anima. tex. 16. Quarta contradi. est in eod. tex. Quia Philosophus ponens differentiã inter Physicum & Dialecticum, dicit q̃ Physicus definit per materiã, & Dialecticus per formam. Sed huius oppositũ habetur in tex. immediate sequenti, videlicet in. 17. vbi inquit q̃ nõ est aliquis artifex, qui per solam materiã definiat. Soluitur. Illa differentia est intelligenda cũ præcisione. nam Dialecticus definit per solã formam sine materia, sed Physicus per materiam & formã: & qui per materiam & formam definit, dicitur per materiam definire. quia igitur illud, quod discernit Physicũ à Dialectico, materia est & non forma, ideo in tali discrimine materia exprimitur. Nam expressa sententia Arist. ibi est q̃ nullus artifex per solam materiam definire potest. Vnde hoc ẽt elicitur ex intentione Philosophi ibidem. nam, cũ triplex possit definitio assignari, per materiam solum, per solam formam, & per materiã & formã: quæ istarum inquit Philosophus definitio Naturalis erit? Et soluitio est, q̃ illa, quæ est ex vtrisq;. & ista est melior solutio, quæ dari potest in illo loco. qa materia in Naturali Philosophia relatiue cognoscitur, vt est ad formam, & vt est materia formæ. 2. phy. 26. & per consequens Physicus vt Physicus per solam materiam definire non põt. Differentia illa est cum præcisione intelligenda. qa Dialecticus per formã tantum, sed Physicus per materiam & formam simul. &, quia in materia est ratio, in qua Dialecticus distat à Physico, illud fuit expressum, sicut est in simili inter artes & scientiam Naturalem. Nã Medicina, quæ est ars mechanica, vt dicit Cõmẽ. est enim de artibus operatiuis, circa quædam est, quia est circa quædam corpora, s. humana. Naturalis vero est de omnibus corporibus, tam simplicibus q̃ mixtis, tam animatis, q̃ inanimatis. Similiter Medicina sanitatis & ægritudinis quasdam causas considerat, s. particulares seu propinquas: sed Naturalis omnes causas & propinquas & remotas. & quia remotæ à Medico non considerantur, sed à Physico, ideo Aristo. in principio libri de sensu & sensilibus illas expressit, dum dicit q̃ Physici est sanitatis prima & ægritudinis inuestigare principia. Et si dicatur q̃ exemplum Arist. est in oppositum de ira: quia dicit q̃ Physicus dicit, q̃ est accensio sanguinis circa cor, Dialecticus vero, q̃ est appetitus vindictæ, Soluitur eodem modo, quia Arist. expressit illud, in quo est differentia inter Physicum & Dialecticum. nam, cũ Physicus definit iram, dicit illam esse accensionem sanguinis circa cor propter appetitum vindictę, & iam dixerat hoc supra q̃ passiones animę sunt cõmunes animæ & corpori, & per consequẽs sunt coniuncti, tex. cõ. 15. & q̃ est motus talis corporis ab hoc gratia huius, & ideo Physicus de omni tali agit, & passionibus, quæ sine materia non sunt, definit. & dat exẽplum de ira, q̃ est accensio sanguinis in tali corpore ab hoc huius gratia. vbi expresse dicit omnes causas in ea poni, & qui dicit totum, dicit & partes, vnde non dicit tex. q̃ Physicus per solam materiã definiat, sed per materiam. & hoc est multum differens. Alij dicunt q̃ definitiões per solam materiam datæ sunt naturales, sed imperfecte. & est solutio Themistij & aliorũ. Sed hoc non probaret. quia Arist. dicit nullum artificem per solam materiam definire. & præterea definitiones naturales sunt media in demonstrationibus, sed materia, circumscripta forma, non est causa alicuius naturalis, proprietatis, sed vt est coniuncta formæ. vnde materia abstracta à forma non est naturalis considerationis, vt alias declarauit. quia omnis conceptus habitus de materia à naturali, est relatiuus. & ideo nullo pacto Naturalis definit per solam materiã. esset enim vana ista definitio, cùm ex ea non posset concludi aliquod accidens proprium. Et consydera subtiliter hic, & hic siste gradum. quia, si quæratur quid prohibet, vt quemadmodum Dialecticus definiens per formã, non definit per eam, vt est causa alicuius, nec vt habet causam sui esse in materia, sed solum vt est res quędam, eodem modo etiam non definire queat per solam materiam, non vt est causa, nec causam habẽs, propter quam sit sub tali forma, sed potius vt est res quædam. nõ enim per vtã meam videtur esse ratio diuersitatis in hoc inter materiam & formam. quia Dialecticus circa totum ens simpliciter versari potest ex. 4. primæ philosophiæ. & est dubium satis arduum, sicut vides. Nisi esset q̃ ideo Philosophi genus definiendi per formam appropriauerunt Dialectico, quia causa cõmunitatis est forma, & Dialecticus ex cõmunibus differit. Et ideo animaduerte q̃ definitio per solam materiam nullius artificis est scientifice definientis, nec̃ esse poterit artificis cõmunis per cõmunia differentis. quia communitas non est à materia, vt materia distinguitur contra formam sua proprietate, nisi subiret modum formæ, & sub ratione cõmunitatis, sed hoc non erit ratione, quà materia. Et ideo videtur mihi sine præiudicio melioris sententiæ, q̃ Dialecticus vtrunq; potest efficere, & vt definiat per solam formam, & per solam materiã, vt vtrunq; consyderatur, vt est res quædam, quia non video, quare hoc non possit efficere. tamen semper ista consyderatio erit per cõmunia. & quia cõmunitas est à forma, ideo materia illo modo posita in dialectica definitione habebit modum formę, qa non consyderatur sub ratione propria, sed sub ratione cõmuni. Tamen animaduerte quòd, vt dicit Arist. in. 2. phy. in fine, definitiones omnes naturales dantur per materiam vel apparenter vel contecutiue, ita etiam omnes definitiones naturales habẽt formam, vel apparenter, vel cõsecutiue. Vnde illa irę dest nitio naturalis est, quæ dicit iram esse accensionem sanguinis circa cor, sed non est data per solam materiam, vt tu fingebas in argumẽto. quia, vt dicit in tex. ira & vniuersaliter opera, & passiones animæ sunt talis corporis, & talis animæ. non enim sunt cuiuslibet corporis, sed corporis physici potentia vitã habentis, & hoc est animatum corpus. vnde sanguis est pars similaris corporis animati, vt dicitur in. 2. de partibus aialium. cap. 2. cor est pars dissimilaris. non enim sanguis extractus à vena dicitur sanguis, nec cor in cadauere existẽs dicitur cor. ecce igitur q̃ apparet consecutiue forma in illa definitione. Sed, si quis interrogetur vtrum imaginãdo istam definitionem iræ per sanguinem, & cor datam, non vt sanguis est vere sanguis, & cor verũ cor, sed vt sunt substãtiæ quædam corporeæ absolutæ, non in ordine ad corpus animatum, cuius sunt partes, non est dubium q̃ illa definitio taliter cõsyderata esset per cõmunia, & dialectica, & vana ex consequẽti. O quantum placet mihi per vtram meam. Deo laus illustranti intellectum. dicitur etiam Physicus materiam cõsyderare, quia omnem causam cõsyderat ſm esse, quod habet in materia. Vnde causam mouentem consyderat, vt mouet materiam ad formam ſm esse, quod habet in materia: & finem, ſm q̃ est terminus motus, per quem mouetur materia, & materiã ſm quod est subiectũ formæ ſm esse, quod habet forma in materia, vt dicit Albertus in digressione. vnde Cõmen. 2. phy. in quo est materia, sunt omnes causæ.

Solutio. Solutio alio rum. Impugnatio.

Quinta contradi. est super eod. tex. Arist. & Auer. dicunt Physicum definire per materiam. Sed huius oppositum scribit Themist. in. 2. phy. tex. cõ. 21. vbi dicit q̃ definiturus rem naturalem in definitionibus vtetur materia,

Prio de anima. tex. 16.

materia, sed definiet per formam. Soluitur. sine dubio scientiæ speculatiuæ distinguuntur ex diuersis modis definiendi, vt patet. 6. primæ philosophiæ in tex. cō. 2. & quia in definitionibus rerum naturalium dicitur apparere natura: quia res naturales constituuntur per naturam, sicut artificiales per artem: sic definitiones naturales dantur per materiam sensibilem, quia in eis appareret natura, quæ est principium motus, & omnium quæ latum sensibilium. sed cū duplex sit natura, videlicet materia, & forma: ſm Peripateticos autem forma est tota quiditas, materia autem est veluti vehiculum & fundamentum deferens quiditatem: ideo in definitionibus rerum naturalium, apparere dicitur materia, non quia ad quiditatem pertineat, sed pro quāto forma definiti dicitur huiusmodi ſm dispositiones, in qbus existit, vt dicit Cōmen. pº de anima. cō. 16. Sic igitur Themistius dixit definitiones naturales dari per formam, quia definitio exprimit quiditatem, & forma est quiditas. materia autem neq; quiditas est, neq; habens quiditatem, quia non est neq; forma, neq; formatum. sed quia est necessaria in definitionibus, propter causam prædictam, ideo Themistius illo modo dixit. vnde æquocatio est in dubio. quia Physicus definit per materiam sensibilem modo prædicto, sed sermo Themistij est in cōparando materiam, quæ est natura, ad formam, quę est nobilior natura, propter quā materia est in effectu.

Prio de anima. cō. 24. Sexta contradi. est in cō. 24. Haber Auer. cp intellectus non eodem modo existit in omnibus hominibus. ttud autē videtur repugnare vnitati intellectus, quam ponit cō. 5. tertij huius. Soluitur ſm ipsum. Nam hic loquitur de intellectu particulari, qui est virtus cogitiua: ista enim non eodem modo præparata inuenitur in omnibus hominibus, sed intellectus, de quo loqtur cō. 5. dicēs ipsum vnum esse, est intellectus abstractus à materia vniuersaliter comprehensiuus. & in illo non est varietas. sed, ſt qñq; apparet varietas, hoc est ī relatione cogitatiuę sibi deseruientis ad intelligere nrum.

Soluto.

Prio de anima. cō. 30. Septima contradi. est in cō. 30. Dicit Auer. ignē esse manifestum est. Sed oppositum. 4. cœli cō. 32. quia esse eius ibi demonstratur. Soluunt aliqui, esse ignis manifestū est, & non demonstratur: sed esse ignis in loco suo proprio hoc latet, & hoc est, quod demonstratur. Solutio non sapit vtam Auer. quia Cōmen. in cō. illo. 32. dicit illam esse demonstrationem ad demonstrandū esse ignis, qui est spēs, et pars subiecti ua subiecti illius libri, quod raro contingit. Ideo aliter soluo. ignis duplex, teste Auer. & Alexan. 2. de generatione cō. 21. & 4. cœli 32. ſ. inferior, & superior, qui est in vltimo continentis. Et primus quidem ignis manifestus est ad sensum: sed secundus nullo sensu comprehenditur, sed ratione, & discursu demonstratur.

Alia solutio.

Prio de anima cō. 32. Octaua contradi. est in cō. 32. Nullus, inquit Cōmē. & Philosophus, posuit terram esse principium. Oppositum habetur de Hesiodo pº meta. tex. cō. 14.

Soluto.

Soluitur. intelligitur de naturaliter loquētibus, quorum nullus posuit solam terram esse principium. instātia de Hesiodo cessat, quia ipse tuit leges imitatus, & Theologiam metrice composuit, vt est famosum.

Prio de anima. cō. 37. Nona contradi. est in. 37. cō. Quia dicit cp motus essentialiter attribuitur homini per pedes. Oppositū. 6. phy. 59. & 7. phy. cō. 4. de corde. Solutum fuit. 7. phy. cō. 4. sed ibi solutioni addo, cp licet motus progressiuus attribuatur homini essentialiter per pedes, quia motus progressiuus habet per pedes fieri, tamen radix istius motus est à corde.

Soluto.

Prio de anima. cō. 41. Decima cōtradi. est ī cō. 41. Motus est trāsmutatio rei in sua substantia. Oppositum pº phy. 51. & 5. phy. tex. cō. 7. Soluitur. argumētum est ad hominem. nam Antiqui potuerunt animam esse motum: ergo nō nisi substantialem, quia anima est substantia. & ideo contra illos ibi arguitur, et dictum Auer. ex ipsorum ore sequi, & prodire videtur.

Trio de anima. tex. 48. Vndecima contradi. est in tex. 48. Aristo. & Commen. videtur dicere quietem esse magis propriam animæ, cp motum. & Alexā. in paraphrasi cap. 6. vbi probat animam ſm se mobilem esse, expresse dicit cp magis proprium magisq; ſm animę naturam esse videtur frui potius quiete, q̄ motu. Sed huius oppositum habetur à Themistio in principio libri de anima cap. pº. inquit animam esse fontem & initium omniū motuum. Item oppositum huius inuentmus ab Auer. in lib. de strictio destructionum, disp. 15. in solutione primi dubij, vbi inquit cp intentio cœli apud homines est ipse met motus, in eò cp est motus. nā perfectio animati, in eò cp est animatum, est motus. quod non esset verum, si anima, per quā vnum viuit, esset magis causa quietis, q̄ motus. Amplius motus est tāquam vita omnibus natura constantibus. & ipse Cōmen. exponit hoc de motu cœli. sed ille, cū sit circularis, est animæ. Nisi esset, cp motus animæ alij sunt vert, alij existimati, vt dicit Cōmen. 2. de anima cō. 37. motus veri sunt localis, alterationis, & augmēti: motus existimati sunt sensatio, et intellectio, & isti dicuntur. 8. phy. motus equiuoce. Arist. igitur & Alexan. authoritates habent sic intelligi, cp animæ motus existimati magis plecte fiūt nobis quiescentibus, q̄ motis, vnde iudicium sensus et intellectus impediunt ex reali motu & alteratione corporis, vt patet in ebrijs, infirmis, & td genus. Non igitur est sensus cp natura animæ potius est initium quietis & motus priuatio in corporibus animatis, q̄ motus, sed eo modo, quo diximus. Arguitur enim contra Antiquos hic, qui animæ essentiā definiebant per motum, ita cp sit eius quiditas in motu constituta.

Trio de anima. tex. 48. Duodecima contradi. est super eodem tex. Aristot. scribit cp intelligentia assimilatur potius statui, quàm motui: vbi Themist. & alij expositores colligūt motū esse magis alienum à natura animæ q̄ statum. Sed huius oppositum habetur à Themistio pº de anima, vbi dicit animam esse originem & fontem oium motuum.

Soluto. Soluitur. Arist. arguit contra Antiquos, qui ponebāt motum esse de essentia animæ, ita cp constituit per motum, sicut ventt & fluuij, quorum essentia consistit in motu. & Aristote. in. probat, quia motus impedit propriam animæ actionem, & quies magis perficit. vnde intellectio, quæ est præcipua eius operatio, magis perficitur in quiete, q̄ in motu. vnde sobrij, & senes, & corpore quieto, & in silentio, motus melius intelligimus, q̄ ebrij, iuuenes, & qui lacessito sunt corpe, & qui interdiu intelligunt. cum hoc tamē stat, vt anima sit fons omnis motus, præsertim quia motus animæ est circularis, qui est fons & origo omnium aliorum motuum, vt patet ex. 8. phy. Vnde anima veinquit Cōmen. est principium omnium motuum, tam verorum, q̄ existimatorum, tamē animæ actiones, præsertim intellectus magis impediuntur à motu corporeo, q̄ à quiete. vnde confectum est vt sedentes iudicent.

Prio de anima. cō. 51. Decimatertia contradi. est in cō. 51. dicit Cōmen. cp causa, propter quam cœlum moueri melius sit q̄ vt quiescat, & cp circulo moueat melius sit q̄ motu recto, primæ philosophiæ est. Sed oppositum secundi patet pº cœli tex. cō. 12.

Soluto. Soluitur. quid inconuenit idem ingredi diuersas scientias speculatiuas ſm diuersas consyderationes? certe nihil. patet. 2. phy. cō. 71. Dico cp principia sensibilium à Diuino consyderantur, & causæ, sed altiori modo q̄ sit modus naturalis. vnde quare aliqd melioris rationem habeat, hoc potest consyderari ab artifice consyderante finem, & præcipue primū finem, qui est ratio bonitatis in omnibus: talis autem à Diuino consyderatur.

Prio de anima. cō. 64. Decimaquarta cōtradictio est in cō. 64. Motus sensationis finis eius est in anima, & principiū eius est ab extra. Oppositū patet cōmen. 3. huius primi de anima.

Soluto. Soluitur. hic comparat sensationes animæ eiusdem rationis. nam sensationes interiores quædam rectæ fiūt, & quædam reflexæ. vnde prima incipit ab obiecto, & terminatur vltimitate in vltima virtute sensitiua, quæ est memoria, deueniendo per sensus extrinsecos & intrinsecos, tanquam per media. sed sunt quædam, quæ reflexo gradu ac retrogradu procedunt. & istæ incipiunt ab anima, & terminātur ad extra, in tantum cp, vt dicit Cōmentator in. 3. colliget. cap. 38. ex hoc potest reddi ratio visionum, quæ contingunt melācholicis, & mulieribus dicētibus se videre mortuos, aut dęmones, aut aliquid huiusmodi. Sed hoc dixit ipse, quia nō credidit Deo, nec veritati. sit maledictus. qa etiam veræ visiones angelorum fuerunt non tantum imaginariæ: licet hoc quandoq; possit esse ex sola imaginatione, & defluxu idoli formati vsq; ad exteriorem sensum. sic igitur intelligitur dictum eius hic. Sed in cōmē. 3. primi huius comparauit sensationes diuersarum rationum, quarum quædam magis tenent se ex parte corporis, sicut somnus et sensatio, quę in somno fit. ista enim accidentia ligant animam, & ideo terminātur ad ipsam: quia à re corporali effumante causatur somnus, & ligamentum fit in sensu cōmuni, similiter motus ille est à circūferentia ad centrum, vigilia autē est accidens formalius, & ideo tenet se magis ex parte animæ: quia est solutio ligamentorum, & est ratio, propter quā anima operatur, & in ea fit motus de centro ad circūferentiā. Et ideo dicit Cōmen. cp sensus, & imaginatio, quæ in vigilia fiunt, incipit ab anima, & redūdat in corpus.

Prio de anima. cō. 69. Decimaquinta contradi. est in cōmē. 69. Scribit ibi Cōmen. cp si in aliquo corpe sola quantitas remaneat, possibile est ibi imaginari mouens & motū. Huius oppositum sequitur ex dictis suis. 4. phy si. cō. 71. ibi enim dicit cp elementa posita in vacuo non possent moueri: & tamen in casu ibi esset quantitas.

Soluto. Soluitur. dico cp dictum suum hic sequitur ad hominem, nam illi, cōtra quos arguit, dicebant cp puncta illa erant corpora: & cùm non sint elementa, sequitur cp essent ex elementis causata, talia autē bene possunt imaginari posse remoueri, sola quantitate remanente, cùm habeant intrinsecam resistētiam. Motus etiam imaginarius est res ampla satis. dicunt enim Mathematici punctum ex sui fluxu causat lineam: & fluxus lineæ causat superficiem: et superficies fluens causat corpus. omnia aūt ista ad imaginationem vera sunt, non autem ſm rem ipsam.

Prio de anima. tex. 80. Decimasexta contradictio est in cō. 78. Dicitur cp impossibile est vt substantia sit elementum aliorū. Oppositum. 12. meta. 22. Fulcitur etiam hoc idem. 4. meta phy. cō. 2. vbi dicitur substātiam esse causam omnium non ſm agens & finem, sed ſm subiectum. Soluī. principia duplicia, propinqua, & remota. principia remota possunt esse eadem respectu omnium prædicamentorum. sed principia propinqua minime. glosa est Auer. cō. 22. iam allegato in. 12. meta. hic autem loquit Commen. de principijs propinquis, quādo dixit cp substantia non est elementū aliorum. & reddēs causam subdit, dicens, principia. n. non substātiæ sunt non substātiæ.

Soluto.

Trio de anima. tex. 79. Decimaseptima cōtradictio est super tex. 79. Dicit Aristotel. hic, quòd ossa non sentiunt. Sed huic aduersatur Gale. in secundo de crisi, vbi ponit differentiā inter rigorem tertianæ & quartanæ, vbi dicit quòd in rigore quartanæ fit læsio vsq; ad ossa, ita quòd quidam conqueſti sunt se dolere in ossibus. Hoc etiam contradicit sensui in laborātibus morbo gallico, q plurimum conqueruntur se dolere in ossibus. Nisi esset quòd sensus cōicatur ossibus mediante pānículo inuoluente illa, sed ſm sui substantiam sensu carent, sicut est de substantia cerebri, pulmonis, & hepatis, quibus sensus illo modo communicauit ſm peritos Medicos.

Soluto.

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM IN DICTIS
ARISTOTELIS, ET AVERROIS,
Super Secundo de Anima.

Secundo de anima. tex. 1 Rima contradi. est super tex. 2. Arist. diuidit substantiam trimębri diuisione, videlicet in materiam, formam, & in substantiam compositam ex materia & forma. Sed oppositum habet. 7. meta. tex. cō. 44. vbi dicit cp dicti quatuor modis. et ita etiam asserit Cōmen. in. 8. metaphy. cō. 2.

Soluto. Soluitur. diuisio substantiæ, alia est ſm tamam, alia ſm rei veritatem. diuisio ſm tamā est quatrimembris, quia vltra tria membra, quę sunt materia, forma, & compositum ex materia & forma, est quartum, & est vniuersale, quod ſm Antiquos erat substantia. qa autem Arist. in. 7. vult inquirere de hac opinione, vt dicit Cōmen. in cō. 44. vtrum vniuersalia sint substantię rerum particularium, induxit ibi istam diuisionem, quæ famosè dicitur de quatuor: nō quia ista sit opinio eius, nam ibi late probat nullū vniuersaliter dictorum substantiam esse. quando igitur loquitur ex mente propria diuidit substantiam in materiam, formam, & congregatum: sed quando loquitur ſm famam, diuidit substantiam in materiam, formā, & congregatum, & vsę.

Secundo de anima. cō. 2. Secunda cōtradi. est in cō. 2. Dicitur cp per formam individuum fit hoc. Oppositum apparet. 12. meta. 14. & pº cœli. 92. & pº meta. cō. 40. vbi patet cp per materiam.

Soluto. Soluitur. à forma individuali habetur principaliter individuum hoc, quod est. Et est ista sententia eius manifeste. 7. meta. cō. 6. vbi dicit cp Philosophus loquitur de principio individui, & dicit cp talis est substātia, quæ est forma: & per illam substantię demōstratę sunt substantiæ, & vnum. Materia etiam concurrit, tamen minus principaliter q̄ forma. Accedit ad hoc cp, vt declaraui prolixe in quæstione mea de principio individuationis, alia est individuatio entitatiua, & alia quantitatiua. vnde entitatiuam individuationem principaliter habet à forma, quātitatiuam autem appropriate videtur habere à materia: cùm quantitas videatur materiam consequi. Sed de his latius dictum est à nobis in quæstione illa: & illic vide.

Secundo de anima tex 4 Tertia cōtradi. est in tex. 3. Arist. dicit cp corpora maxime videntur esse substantiæ, & hoc naturalia, quod Cō. in cō. & Ammonius, referente Philopono ibidem dicit habere veritatē, ſm quòd est famosum magis, & vt apud multos hoium cognitionem, vt dicit Philoponus. Sed huius oppositum inuentmus apud Auerro. in epitoma, seu paraphrasi meta. trac. pº. cap. de substantia, vbi dicit cp magis famosa ex significationibus substantiæ est illa, quæ dicitur de individuo substantiæ. & reddit causam, quia oēs Philosophi iudicant illud esse substantiam. igitur videtur cp non ſm vulgus, immo etiam ſm Philosophos individua, & corpora naturalia composita

Solutio. compositæ dicuntur substantiæ. Soluitur. Auer. com parat ibi ad significationes substantiæ alias positas ab eo ibi, videlicet ad prædicata, quæ sunt genera, & species, vel differentia, quæ notificant quidditatem indui dut prædicamenti substantiæ: et ad aliam significatio nem, vbi substantia capit pro omni, quod iudicat quo libet definitio, siue sit definitio substantiæ, siue acciden tium. & illa ratione Philosophi iudicant iosiū iudicium prædicamenti substantiæ ex rebus ad prædicamētum substantiæ, & aliorum prædicamentorum esse substan tiam in relatione ad prædicata vniuersalia, quæ sunt in prædicamentis quibusibet. quia voluerunt ex mente Arist. 7. meta. tex. cō. 44. & infra numerum vniuersalē substantiam esse. Vnde Cōmen. p° meta. cō. 45. dicit Arist. opinabatur q̄ intellecta rerum notificantia notificant substantias rerū, sed non sunt substantiæ earum. Et ista consyderatione substantia etiam apud Philosophos vere non dicitur de aliquo vniuersali, sed de particularibus, quia verus respectus est particularis, & non vniuersalis. 12. meta. tex. cō. 27. authoritate Alexan. & p° de genera. & corrup. te. cō. 59. melius est esse ſm individuum, q̄ ſm speciem. Sed, si comparatio Philosophorum fiat ad partes componētes istud individuum compositum ex materia & forma, in hoc est discordia apud vulgus & sapientes, quia vulgus ignorat materiam & formam. Vnde Cōmen. authoritate Alexan. dicit in. 2. phy. cō. 9. & habetur in p° meta. genus causæ formalis latuit vsq̄ ad tempora Socratis. nā Antiqui credebant omnes formas esse accidentia. Similiter natura primæ materiæ latuit vere omnes vsq̄ ad tempora Platonis & Aristo. præsertim. Plato enim, vt inquit Cōmen. 3. cœli nihil scitit de prima materia. sic igitur apud vulgus maxime famosum est substantiam dici de corporibus compositis naturalibus, quæ sunt individua prædicamēti substantiæ. sed Philosophi dicūt q̄ etiam causæ istorum sunt substantiæ, vt materia, & forma. sed an magis forma, in hoc est quæstio & apud sapientes, quia Cōmen. & sequaces tenent formam, & Albertus etiam hic: sed Alex. & Simplicius p° physi. tenent compositum, sed de hoc alibi dixi.

Secundo de aīa. tex. 5. Quarta contradi. est super eodem tex. Arist. & Cōmen. dicunt q̄ illud dicitur habere vitam, quod habet per se, seu essentialiter alimentum & augmentum. Sed huius oppositum habetur p° de anima. tex. cō. 39. vbi dicitur nihil esse essentialiter motum ex se in motu augmenti & alterationis: quia motum ex se non est nisi in loco, vt habetur etiam. 8. phy. cō. 60. & in. 2. de anima cō. 50. Item ſm hoc sequitur vt embryo non sit vnus, quia non nutritur per seipsum, t. per sua organa, sed per venam vmbilicalem. Solutio. Nisi esset q̄ primo de aīa ostenditur animam non mouere seipsam essentialiter, neque motu alterationis, neq̄ motu augmenti: quia motus alterationis attribuitur corport per se, & formæ nō nisi per accidens: & similiter augmētatio attribuitur toti, ratione partium, & hoc suffecit Arist. cōtra Antiquos ibi ad probandum animam non posse mouere se essentialiter, neq̄ motu alterationis, neq̄ augmenti. hic vero illud dicit vnum per se, quod habet per se nutrimentum & augmentum, t. quod habet intrinsecum principium istorum motuum inquātum tale. Quomodo autem in motu locali sit motum ex se vere, & quomodo in alijs motibus aliquo modo, et potest esse motum ex se, dicemus infra in. 2. de anima. cō. 50. Ad id autem, quod de embryone dicebatur, respōdetur q̄ viuit, q̄a non potest esse augmentū sine vita & nutritione. cùm igitur augeatur, nutritur necessario. Tamen dicamus q̄, cū sit aligatus matrici, nutritur mediante vena vmbilicali, quæ attrahit sanguinem à matrice, & defertur ad membra eius, in quibus digeritur & demādatur ad reliqua membra. vnde membra matricis præparant sibi nutrimentum, sicut etiam matres infantibus masticant cibum, tamen nutritio fit per se in membris propriis infantibus, & à proprijs virtutibus. & hoc suffi cit. Vtrum autem embryo in illo casu sit animal, dubium est. quia quæ habent solum sensum tactus, prius dicuntur zoophyta, q̄ animalia. Amplius animal est substantia animata sensitiua: sed fœtus non est in vtero aptus exire in vsum omnium sensuum, vt clarū est: igitur non videtur proprie animal esse. Et cōfirmatur, quia animalium proprium videtur posse mouere seipsum in loco ſm totum, & quiescere se, vt dicit. 8. phys. tex. cō. 29. sed fœtus alligati in matrice, si mouētur, nō mouentur ex se, quia sunt coniuncti cum matrice, sicut fructus cum arbore. Vnde, sicut animalia ostreacei generis affixa petris, licet dum pungantur, moueant, non tamen proprie animalia sunt, sed zoophita, t. ancipitis naturæ inter plantas & animalia. Respōdetur, vt habetur ab Arist. in. 2. de generatione animalium. cap. 3. Anima vegetatiua prius tēpore præcedit sensitiuam, & sensitiua rationalem. nō enim simul animal est & homo, aut equus. vnde natura gradatim procedit ab inanimatis ad animata. vnde tacto semine in matrice, qū fit conceptus, & aggregatur menstruum & semen maris, & coagulantur ante animationem, tunc illud est in genere mantmatorum. sed adueniente anima est in genere plantarum, t. viuit vita animæ, quæ inuenitur in plantis. postea, quia vltra q̄ nutritur, augetur, mouetur etiā in matrice, cū qua est colligatus fœtus mediantibus cotyledonibus, seu acceptabulis, dicit esse zoophitum. quādo vero est extra, & potest se mouere, est animal perfectum. vnde dato q̄ non possit generare; dūmodo possit se de loco ad locum mouere, hoc sufficit vt sit animal perfectum. Nam multa etiam animalia perfecta sunt, quæ generare non possunt, vt muli, & id genus: licet omne, quod generatur, sit animal perfectum, sed non conuertitur. Et ita proprie loquendo fœtus animatus in vtero potius dicitur esse in genere illorum, quæ à græcis zoophyta dicuntur, q̄ in genere animalium simpliciter & absolute dictorum.

Secundo de aīa. tex. 3. Quinta contradi. est super eodem tex. Quia Arist. hic viram appellat, & describit sic, quę p ipsum fit nutritio & augmētatio. Sed huius oppositum habet infra in tex. cō. 13. vbi dicit viuere autē multipliciter dicto. Amplius corpora cœlestia sunt viuentia. 2. cœli. textu cō. 69. & debet dicere vita intellectualis. 12. meta. tex. cō. 39. Nisi esset, q̄ non ideo Arist. vitam illo modo describit, quia opinetur non aliam esse vitam: imo vita. sensitiua, & appetitiua, & intellectiua vitę sunt, & in aliori gradu q̄ nutritiua. nec ideo illo modo describit vitam, quia sola illa viuere dicuntur, quæ augentur & nutriuntur. nam cœlestia, vt arguebatur, viuunt, et nō augentur, nec nutriuntur, nec aliqua alteratione passiua transmutantur. p° cœli. 20. & infra. Sed vel hoc ideo fecit, quia in mortalibus, de quibus est sermo eius in lingua Greca, hoc est famosum, vt dicit Cōmen. vel quia cōuenit cum Platone, q̄ proprium animatorum est ex intrinseco moueri, vt patet. 8. phy. tex. cō. 29. & habetur p° de anima. tex. cō. 19. ideo vltimā in talibus sumpsit vt, m, ostendens et talem participare motū quendam. nā est mutatio quædam ſm qualitatem & quantitatem nutritio et augmentatio, vt dicit Simplicius.

Secundo de aīa. cō. 5. Sexta contradi. est in cō. 3. Non dicitur mortuū, nisi animal, quod caret principio nutrimenti & sensus insimul, non principio sensus & motus tantum. Sed oppositum videtur p° de anima cō. vltimo. vbi dicit q̄ non dicitur mortuum, nisi animal, quod caret principio, t. vita, non principio sensus & motus insimul. In vno. n. loco vult ex sola carentia vitæ, s. vegetabilis, aīal mortuum

Solutio. tuum dici: in alio vero ex carentia vitæ & sensus insimul. Soluitur, q̄ hic loquitur ſm suum idioma: quia dicit in Arabico, &c. sed p° de anima ſm idioma Græcorum, qui volunt mortem esse carentiam nutritiuæ animæ. vnde & in plantis mors reperitur.

Secundo de aīa. cō. 3. Septima contradi. est in eodem cō. Ponderat Commen. quare Philosophus dixit q̄ corpora viua habent principium essentialiter se augendi. dicit q̄ illud dixit, propter aliqua, quæ non sunt viua: & in talibus videtur esse aliquid simile augmento, sicut est lapis, de quo etiam patet p° cœli. cō. 22. & p° de generatione. 38. videtur igitur Commen. velle aliquid esse, quod habeat principium essentialiter se augendi. Sed huius oppositum patet infra in tex. cō. 39. primi huius, vbi habetur q̄ nihil augetur essentialiter ex se. Solutio. Soluitur, q̄ ibi intelligitur q̄ nihil augeī essentialiter, t. sine alio motu præcedente: quia augmentatio debetur partibus per alterationem & motum præcedentem, toti vero attribuitur ratione partium, & hoc fuit satis Arist. contra Platonem ibi, q̄ anima non est primo mota in augmēto à seipsa, in hoc vero loco intendit q̄ corpora viuentia habent principium essentiale, t. intrinsecum, per quod augentur, & sic sedatur discordia hic, & ibi.

Secundo de anima. cō. 4 Octaua contradi. est in cō. 4. Dicit Cōmenta. subiectum accidentis esse ens in actu. Huius tamen oppositum sentit ipse p° cap. de substantia orbis, vbi ponit dimēsiones interminatas fundari in materia prima, quæ est ens in pura potentia. Dicendum, q̄ aliqui ex ista authoritate moti ponere conati sunt de intentione Auer. formam corporeitatis subſtantialē materię primæ cogternam, quia volunt subiectum cuiuslibet accidentis esse ens in actu. Et ista positio bene fuit Auic. vnde Cōmen. 4. cœli. cō. 40. expresse habet ista verba. & similiter est de tribus dimēsionibus cum prima materia, s. q̄ sunt primæ formarum existentium in ea in actu. & ideo putauerunt quidam q̄ corporeitas est substantia. Ecce q̄ ex intentione aliorum. Cōmen. dicit primam formam materiæ esse corporeitatem substātialem: sed ſm ipsum prima forma est corporeitas, quæ est trina dimensio. Dicamus igitur q̄ accidentia dupliciter sunt, terminata & interminata. tūc dico q̄ dictum Auerro. hic habet locum de terminatis: dictū vero suum in p° cap. de substantia orbis est de interminatis. conueniēs enim est, q̄ terminata non haberent consimile subiectum, quale habent interminata, nisi actus fieret potentia, & forma esset materia: quod impossibile est. nā terminatio insequitur formam & actum. 7. meta. 49. sed interminatio potentiam & materiam. Sed magnificētia tua fecit replicam subtilem meo iudicio hic, quia tunc saltem forma substantialis non differret ab accidentibus interminatis: quia, sicut subiectum formæ substantialis est ens in potentia, ita per te accidentium interminatorum est ens in potentia. Et sic differentia, quam ponit Cōmenta. inter formam substantialem & accidentalem, est vniuersaliter vera tā de accidentibus terminatis, q̄ de accidentibus potentialibus, & interminatis. Soluitur. nam Auer. nō solum ponit differentiam inter formam substantialem & accidentalem penes hoc, verum etiā penes aliud, quod est q̄ forma substantialis est pars substantiæ, nō autem forma accidentalis. per fundari igitur in subiecto, quod est pura potentia, distinguitur ab accidentibus terminatis forma substantialis: & per esse partem substantiæ, vniuersaliter ab omnibus distinguitur: siue terminata, siue interminata fuerint.

Secundo de aīa. tex. 6. Nona contradi. est in tex. 6. Arist. declarans quomodo plantæ habēt instrumenta, dicit q̄ folia sunt coopertmentum eius, quod est circa fructum. Sed in. 2. phy. tex. cō. 80. expresse dicit folia esse tegmen fructus. Facilis est solutio, nam Arist. hic loquitur de illo, cui immediate deseruit folium, et est id, quod est circa fructū. sed in. 2. de anima de illo, ad quod principaliter & mediate, & est fructus ipse, quia propter quod vnumquodq̄ tale, & illud magis est. Vnde volut notare tibi hoc propter duo. Primum, vt scias mētionem naturæ in generatione plātarum & animalium maxime solicitam esse de seminibus, in quibus consistunt virtutes infinitę diutnæ, ex quibus fit perpetuatio in specie ſm successionem, & omnia ad illa videtur natura dirigere. nam & herba, & stipula, et gluma, vt inquit Themi. in. 2. phy. cæteraeq̄ id genus multiuges formæ, quæ anteq̄ maturescerent tritici, subinde alteræ post alteras creabantur, videntur adeo omnes ad triticum proculdubio intendisse, id simul atq̄ cōsecutæ sunt, quies quædam, & velut status innatcitur, vt manifestum sit ea omnia tritici gratia præcessisse. Et idem contingit in multis animalibus infectis, vbi est varia formarū successio, tendens ad vnum finē, vt videre potes in. 5. de natura animalium, cap. 18. vbi etiam vide exemplum de bombyce, ex quo fit sericum. Secundum est, vt scias apud Aristo. & Græcos differētiam esse inter carpō & pericarpion. quia carpos est semen ipsum, sed pericarpion est id, quod est immediate circūfusum & complectens ipsum semen. verbi gratia in ficu parua illa semina, quæ sunt istar granimini, sunt fructus ſm Arist. qui carpos græce dicitur, sed totum illud humidum, circūstans illa semina vna cum pelle illa extrinseca appellatur pericarpion, quod Latini pulpam appellant, & Plin. plerunq̄ dicit carnem, vt caro mali coronei, & id genus.

Secundo de anima. cō. 7. Decima contradi. est in cō. 7. Scribitur q̄ non est dubium, qūo ex anima & corpore fiat vnum. Sed oppositum fuit per tex. cō. 92. vbi contra Platonem fuit dubitatum, qūo ex anima & corpore vnum fiat. Soluitur, dubium esset qūo ex anima & corpore vnū fiat, si animæ plures essent in eodem distinctæ loco & subiecto, sicut imponitur Platoni, dubium iterum esset, si anima ipsa esset corpus. sed apud tenentem animam esse formam nō compositam ex materia & forma, & per consequens actum, & tenendo corpus esse potentiam, nullum est dubium, qūo ex materia & forma vnum fiat. quia hoc est, quia hoc actus, illud vero potentia. 2. metaphy. tex. commen. 16.

Secundo de anima. cō. 7. Vndecima cōtradi. est in eodem cō. Dicit Cōmen. q̄ ens & vnum per prius de forma dicitur, q̄s de cōgregato. Huius oppositū dixit supra cō. 2. Soluitur. composita sunt magis entia ſm famositatē, quia omnibus nota sunt: sed ſm veritatem forma est per prius ens & vnū, q̄s compositum. 7. meta. tex. cō. 7. Nec videatur tibi hoc mirabile, quia in simili Cōmen. 2. meta. cō. 16. dicit q̄ ista inferiora sunt magis naturalia ſm famositatem, cùm tamē clarum sit quod ſm naturam superiora sint naturalia magis.

Secundo de anima. cō. 8. Duodecima contradi. est in cō. 8. Scribit Cōmenta. q̄, cùm auferuntur formæ naturales, auferuntur materię. oppositum p° physi. 82. vbi dicitur q̄ est eterna, & non destruitur destructis formis, quarum nulla est ibi perpetua, de substantialibus loquendo. Soluitur. intelligitur de materia secunda, quæ rectius subiectū q̄ materia dicitur. talis enim est habens formam: & ideo talis non est natura, sed habens naturam. 2. physi. cō. 10. materia autem prima, quæ vere materia dicitur, non corrūpitur corruptis formis particularibus, quia non dependet in esse ab hac forma vel illa, sed à forma ſm speciem succedente. semper enim stat cū aliqua. & si esset sine omni forma, tunc non ens actu esset ens actu ſm viam eius. 2. physi. cō. 12. Vnde. 12. meta. cō. 14. materia ab omni forma separata non est ens extra animam, sed est ens rationis.

Decimatertia

Secundo de anima.cō.8.

Decimatertia cōtradi.est ibidem. Dicit Cōmen. ꝙ nomē in rebus artificialibus primo dicitur de materia, secundo de congregato ex materia & forma. Oppositum huius habet.5.meta.cō.14.contra Auic. vbi vult ꝙ denominatiua per prius significant formas, & secundario subiectum.cuius oppositum Auic.dicebat. Aliqui dixerunt super hoc, ꝙ ibi loquitur de prima significatione ex primo modo significādi. vnde concretum accidentale ex primo modo significandi importat formā, ex secundo modo significādi importat subiectum. & huc loquitur de primo significato: quia primū significatum est cōgregatum, vel ipsum subiectum. Istam solutionem non intelligo: quia non est modus significandi, nisi respectu rei significatæ. & ideo responsio ista seipsam interimit, sicut vides, quia nihil diuersum dicit, nisi quantum ad verba. Ioānes autem de Ianduno multa etiam dicit in.5.meta. quæ quia confusa, & sine fundamēto ex maiori sui parte dicuntur, omitto. Dico autem ego ꝙ, si volumus videre quid nomen significet, oportet nos cognoscere actum & distinctionem actus. Nam vt scribitur.9.meta.tex.cō.7. Nomē vero actus, qui ad psectionem annectitur, aduenit etiā in alijs, maxime ex motibus. &.8.meta. cō.7. nomen imponitur rei ſm ꝙ est in actu. Actus autem duplex est, & accidentalis, & substantialis. primus dat esse simpliciter, secundus dat esse ſm quid. accidentalis iterum duplex, quidam à natura inducta, & quidam ab arte. Nā ſm Auer.2.phy.13. omnes formæ artificiales sunt accidentia. in rebus igitur compositis ex materia & forma substantiali nomen primo significat formā substantialem, per quam compositum est in actu simpliciter, secundario autem significat compositum. Nomina autem compositoꝝ ex materia & forma accidentali à natura producta videntur prime significare formam, secundario materiam: quia talia composita vt sic non habent esse, nisi per formam accidentalem. nam licet Socrates simpliciter habeat esse per formam substantialem, tamen esse album habetur ab albedine, quę est actus ſm quid perficiens. Et ideo nomina denominatiua talium accidentium, cùm importēt talem compositionem ex subiecto & accidente, sicut patet pº phy.cō.25. album significat albedinem & recipiēs albedinem, ideo primo significat albedinem, secūdario subiectum: sicut patet contra Auic.5.meta.in cō.15. Sed in nominibus rerum artificialium dubium est quid primo significēt talia nomina. Nam, si hoc fundamentum imitari voluerimus, ꝙ nomen imponitur rei ſm ꝙ est in actu, videtur ꝙ nomina artificialium primo importent formam, & secundario materiam. Nam, sicut scribit Cōmen.in.2.phy. super tex.cō.13. formæ artificiales, licet sint accidentia in corporibus naturalibus, tamen constituunt res artificiales, ſm ꝙ sunt artificiales: quemadmodum formæ naturales constituunt res naturales. & subdit. Si igitur naturalia sunt substantiæ, necesse est vt formæ naturales sint substantiæ. quemadmodum artificialia ſm ꝙ artificialia sunt accidentia, ideo formæ artificiales sunt accidentia. & hoc apud me concludit. Quicquid dicāt alij, dico de intentione Auer. artificiale duobus modis concipi posse. vno modo, vt est individuum substātiæ, & vt habet esse in actu simpliciter & absolute. nā hoc nomen ſcānum videtur importare ex cōmuni hoium acceptione aliquid in actu, sicut hoc nomen lignum & lapis. alio modo potest sumi ſcānum, vt est res artis. & primo quidem modo loquitur Cōmenta.2. de anima. cō.8. qñ dicit ꝙ nomina rerum artificialium primo significant materiam, & secundario formā artificialem: nā talia actualitatem habēt de se vt quod, licet vt quo, ratione formæ substantialis. & quia tale individuū substantiæ cōparatur ad formam artificialem, vt materia ad actum, quia formæ artis fundātur in composito ex materia & forma à natura producto, ideo nomina talium artificialium, vt sunt nomina individuorum substantiæ primo significant substantiam ꝯ accidēs: quia per substantiam talia sunt in actu simpliciter, non per accidens, sed, si talia nomina sumantur vt sunt nomina rerum artis, quia vt sic quidditatiue sunt accidentia, sic talia primo significant formam, à qua habent tale esse ſm quid, ꝯ substantiam. nō enim video quomodo formę artificiales, cùm sint de qditate rerū artificialium, quare non importabunt primo eas. Et dictum Auerr. non contradicit huic sententiæ, si bene aduertis. Nam hic dicit in rebus igitur artificialibus significat nomen individuum substantiæ ſm suam primam significationē, quia significat materiā, & in rebus naturalibus demōstrat ipsum ſm suam primam significationem, qm̄ significat formam. ecce ꝙ consyderat nomen rei artificialis, vt est individuum substantiæ, cui forma artis inhærer. & ista est syncera veritas, nec aliter dicere posset ipse Auer. si vult à contradictione remoueri, etiam si ab inferis reuituisceret. Dicta autem Modernorū hic nullā prorsus vim habent, sicut tu poteris ex dictis nostris iudicare. Recto enim & ipsum, & obliquū cognoscimus, sicut dicit Philosophus.

Decimaquarta contradi.est in tex.10. Aristot. dicit ꝙ aīal est corpus & anima, sicut oculus pupilla & visus. Sed huius oppositum habetur in.7. primæ philosophiæ. in tex.cō.60. vbi dicitur ꝙ syllaba Ba non est B & A, nec caro ignis & terra. Et confirmatur per rationem. quia ratio vnitatis ꝯ & substantia est id quod semel: quia omne per se vnum est vnum per vnam formam.5.meta. tex. cō.19. vbi dicitur ꝙ sex non est bis tria, nec ter duo. Nisi esset ꝙ totum dicitur esse suæ partes simul iunctæ integratiue. Vnde per cōparationem ad causas propinquas, animal non est nisi corpus & anima, quia istæ sunt duæ causæ propinquę adequatæ, ex quibus cōponitur, tamen ratio animalis formaliter est distincta à ratione corporis & animæ, etiam simul iunctarum: quia animal formaliter non est corpus & anima propter iam assignatam rationem. Si enim totum quantitatiuū dicit rōnem formalē distinctā à partibus ēt simul iūctis, multo fortiº est de toto essentiali.

Decimaquinta contradi.est super tex.13. Aristo. ibi enumerans virtutes seu potestates animæ, non enumerauit appetitum: & tū.3. de anima.tex.cō.52. Appetitus est potentia animæ, & concurrit vt efficiens in animalibus vnà cū imaginatione ad causandum motum progressiuū, vt ibi dicitur. & similiter in.2.de aīa.tex. cō.27. enumeratur. Nisi esset ꝙ ad intellectū debet reduci appetitus intellectiuus, qui est voluntas, & ad sensum debet reduci appetitus sensitiuus. nam vbi est sensus, ibi ēt est dolor, & voluptas. vbi autē hæc sunt, necessario est desyderium.2.de aīa.te.c.20. Etenim Peripateticorum sniа est, ꝙ virtus cognoscēs & appetitus est vna ſm rē, & differunt ſm quod quid erat esse, i. ſm rationes formales. Vnde lucidissimus Themist.in.3. de aīa.cap.48. super te.cō.29. expresse dicit ꝙ appetitio, sensus cōcupiscentia, & desyderium dicitur: appetitio intellectus voluntas. ac subiecto quidē idem est sensus & appetitio eius, sed ratione cogitationeꝝ discrepant. Eodē modo intellectus & voluntas idē sunt, sed diuersitatē essentię & definitiones enarrant. Idem tenet Cō. in.3. de aīa, in cō.49. Et aduerte hic, vt notat Ammo. ꝙ in isto tex.13. Aris. diuidit aiam in suas potestates. cuius argumento est, qa dicit vt intellectus & sensus. & licet dicat de motu ſm locū, & statu, et motu alimenti, per hoc debet exponi, i. principia istorum motuum. & licet Cō. in cō. videatur dicere ꝙ ista diuisio est de operōnibus virtutum aīæ, ab ipsa tandē veritate coactus

in principio

Secundo d anima. te.

Solutio.

Secundo de anima. te.

Solutio.

Secundo de tex.24.

Solutio.

in principio cōmen.15. vbi ponit continuationem, expresse testatur diuisionem istam esse de virtutibus animæ. quod nota.

Secundo dē cō.16.

Solutio.

Decimasexta contradi. est in cō.16. Viuere dicitur de nutrimento & augmento solum. Sed oppositum dixit supra tex.cōmen.13. Soluitur, hic sumitur nomen vitæ præsius, ibi vero latius.

Secundo de tex.20.

Decimaseptima contradi. est super tex.20. Aristot. & Cōmen. asserūt ꝙ vbi est sensus, ibi est imaginatio, & appetitus. quod probant. quia vbi sensus, ibi dolor, & voluptas consequitur, vbi autem hæc sunt, necessario & desyderium est. & ita videt ꝙ non possit esse sensus sine appetitu. Huius tñ oppositum memini me legisse apud Alexand. in paraphrast de anima, in cap. de impulsu & vi impulsoria, vbi inter alias differentias, quas ponit inter appetitum & vim sensualem, hæc est vna, ꝙ omnino ante appetitum sensus semper est, non semper autē post sensum est appetitus. quod si ita se habet, non vbicūq; altera harum potestatum est, ibidem semper alteram esse contingit, & est expressa contradictio, sicut vides. Nisi esset ꝙ Alex. loquitur de appetitu, qui est principiū motus localis determinati in animalibus perfectis inuenti. Vnde ista se habent per ordinem, imaginatio, assensus, impulsio, actio. stat enim esse imaginationē sine assensu, vt imaginemur Solem esse pedalem, & tñ non assentimus. similiter non oēm assensum sequitur impulsio. nam, qui cupiam, quod album sit, assentit, non cōtinuo in id impulsu trahitur. &, si Socratem esse eum, qui obiter progreditur, assentimus, nō proinde ad rem quapiam appetitione & impulsu trahimur. Accidit etiam vt plerūq; impulsione, atque appetitu parati nihil agamus, quoties appetitui neq; consilium, neq; deliberatio suffragauit, vt asserit idem Alexā. in cap. de phantasia, in para. de anima. & ita patet quòd loqtur de appetitu determinato & perfecto. Arist. autem loquitur de appetitu imperfecto, et imaginatione impfecta, quæ est respectu obiecti præsentis, vt notat Cō. ibi in cō. & omnes expositores.

Secundo de cō.20. Solutio.

Decimaoctaua cōtradi. est in cō.20. Dicit ꝙ omne animal habet imaginatiuam. Oppositū infra.156. Solui-
tur, loqtur hic de imaginatiua absolute, siue pfecta, siue impfecta: ibi vero de imaginatiua perfecta tantū.

Secundo de cō.22.

Decimanona contradi. est in cō. 22. Dicit ꝙ sentire est actio. Oppositum infra. cō.52. vbi dicitur ꝙ est pati. Nisi esset ꝙ sumpsit actionē pro passione. aut, si verius dicamus, non est formaliter actio, neq; formaliter passio, sed assimilatur illis: & hoc Deo duce in.3. de anima declarabimus, vbi videbimus in simili quomodo intelligere sit pati. sed pro nūc recurre ad.13. qōnem quolibetoꝝ Scott. artic.3. & ibi videbis veritatem.

Solutio.

Vigesima contradi. est in tex.24. Arist. & Cōmen. videntur dicere formam esse actum agentis in patiēte & disposito. Sed huius oppositum habetur in.7. meta. tex. cō.26. vbi dicitur ꝙ agens non facit in alio aliud, sed ex alio aliud. non enim facit in materia formam, sed ex materia formatū. Solutio. generatio, & omnis motus dupliciter potest cōsyderari. Vno modo, vt est extra animam in effectu. & sic quod per se generatur, est compositum ex materia & forma, istud enim terminat in esse reali actionē agentis. & isto modo Arist. loqtur in.7. primæ philosophię. Alio modo consyderat vt est in abstractione animæ, vt refertur ad sua principia, ex quibus constat, & sic sunt materia, forma, & priuatio, quorum duo sunt per se, & vnum per accidēs. vnde sic in ratione generationis ista tria apparent, s. termini, & subiectum. nam generatio est transmutatio ex nō esse ad esse. nam ex hoc, ꝙ est transmutatio, apparet subiectum, & eius transmutatio est actus transmutabilis, & non esse est priuatio, & esse est ipsa forma. & sic intelligit dictum Philosophoꝝ, dum dicit formā esse actum agentis, ſm rōnem cōsyderata generattone. Aut dic ꝙ compositum est terminus totalis, sed forma partialis.

Secundo de aia.cō.24.

Vigesimaprima contradi. est in cō. 24. Habetur ꝙ actio attribuitur primitus formę. Oppositum est pº de anima.cō.3. vbi dicit aliqua accidentia primitus attribui corpori ꝯ animæ. Soluitur, ꝙ illa accidentia, quę dixit Cōmen. primitus attribui corpori ꝯ animæ, non intellexit de corpe in quo est anima, sicut forma in materia, sed de corpore extrīseco, sicut est vapor respectu somni, aut aliquid huiusmodi. & sic non est ad propositum. Sed adhuc dubitatur. quia actio videtur primo composito attribui in procemio meta. & pº de anima 64. Soluitur. cōposito vt quod, formæ vt quo. et hoc non negat hic Cōmentator, quia dicit ꝙ actio attribuitur primitus ent propter formam.

Solutio.

Secundo de aia. tex.26.

Vigesimasecunda contradi. est in tex.26. Aristo. in
præsenti loco laudat illos, qui opinati sunt animam sine corpore nō esse. Sed hoc videtur inferre animam intellectuam sine corpore non esse. Sed huius oppositū videtur ex.2. de anima, vbi dicitur, ꝙ separat, sicut perpetuum à corruptibili. & est contra id, quod demōstratur in.3. de anima, ꝙ nullius corporis est actus. Nisi esset ꝙ hoc dictum locum habet de anima vegetatiua & sensitiua, quæ sunt formæ organicæ constitutæ, sicut formæ, quæ cōstituuntur per subiecta, tales enim sunt inseparabiles, & separatio earum à materia est corruptio earū, vt dicit Cōmen. 4. phȳsi. cō.18. Fallit autem de intellectiua. quia Aristot. de illa supertius dixit ꝙ est aliud genus animæ, & ꝙ separatio eius nō est per corruptionem, sed sicut perpetuum à corruptibili, quia est separatio ſm maximam distantiam in essentia & natura. Sed contra istam solutionē, quę licet sit Ammo. in præsenti loco, est replicā. quia Arist. hoc infert ex his, quæ in te.24. & .25. demonstrata sunt, videlicet ꝙ aia est actus corpis. sed hoc est cōe omni aiæ, vt patet per Aris. supra te.cō.5. vbi dicit ꝙ, si quid igit cōmune est omni aiæ, anima vtiq; erit actus corpis instrālis potentia vitā habentis. Et confirmaē, quia actus, et perfectio dicit in relatione ad id cuius est, & relatiua nō possunt absolui nec in esse nec intellectu. Ideo aliter soluo ꝙ aīa rōnalis dupliciter concipi pōt, vt aīa, & vt intellectus. Magna. n. differentia est inter aiam & intellectū, vt patet per Arist. in pº de aīa. te.cō.23. vbi impugnat Democritū non distinguentē inter aiam & intellectū. vnde aīa cùm definiat per corpus, nulla aīa quatenus aīa, pōt esse sine corpore, qa est actus corporis. Sed in hoc est differētia inter aiam intellectiuam, & aiam plantę, & sensitiuam. qa istæ sunt actus corpis cōstituti in esse per corpus, & dependent à corpe, et quò ad essentiam, & quò ad operationē, sed aīa intellectiua solū est actus dans operari, & vt sic nō est separabilis à corpore. vnde Cō. dicit expresse pº de aīa. cō.12. ꝙ ista est snīa Aristot. de intellectu materiali ꝙ est abstractus ſm essentiā, qa non est virtus organica, & ꝙ nihil intelligit sine imaginatione, & per cōsequens quò ad opationem est conunctus. Et hoc intellige vt intellectus cōsyderatur vt est pars aīæ. si vero consyderetur vt intellectus, sic non depēdet à phantasia, nec cōcernit corpus: imo sic est intellecta, quæ intelligit abstracta, sicut aliæ intelligētiæ. vnde sicut nauta dupliciter consyderari pōt, vt nauta videlicet, & sic dicit respectū ad nauim, & nō potest sub illa rōne sine naui esse: & vt homo, & sic separatur à naui, ita intellectiua aīa, vt aīa est, ꝙportat respectum ad corpus, sed vt est intellectiua, est separabilis. Et ex ista solutione patet solutio ad Achillē illoꝝ, qui credūt demōstrare ſm Arist. aīam intellectiuā esse inseparabilem à corpore. qa, si esset separabilis, haberet aliquam operationem sibi propriā, sed propria operatio, si qua

Contra ponentes mentē talitare aīa.

est, quę attribui potest animę intellectiuę, maxime videtur intelligere, si autem intelligere est imaginari, aut non est sine imaginatione, nec ipsum sine corpore esse potest. frustra autem est essentia, quæ non habet operationem sibi propriam. Et istud est argumētū, in quo isti Alexandrei sonant campanas, & dicunt ſm Aristo. animæ intellectiuæ essentiā esse mortalem ſm Ari. & inseparabilem. Dicimus nos ꝙ æquiuocatio decepit eos, & locus cōis, quia non distinxerunt inter aīam intellectuā in ratione animæ, & in ratione intellectus. Vnde licet argumentū eorum cōcludat animam intellectiuam, inquantum anima est, non esse sine corpore, non sequitur autē simpliciter, igitur essentia animæ est inseparabilis simpliciter. nam, vt inquit Auic. in. 6. naturalium. cap. p°. nomeꝑ animæ non est nomen essentiæ. Et licet Aristo. in. 3. de anima locutus sit de intellectu, vt est pars animæ, & sic dicit nihil ipsum intelligere sine imaginatione, innuit tamen Aristo. intellectum etiam habere altam consyderationē, vt intellectus in se consyderatur, vt patet in. 3. de anima, vbi mouet quæstionē. & licet non absoluerit eā, tamen Peripatetici, & sequaces eius dicunt illud esse de intentione eius.

Secundo de aīa. cō. 27. Vigesimatertia contradi. est in cō. 27. Artifex non potest probare subiectū esse, neq; species subiecti. Oppositum primi patet p° elenchoꝝ, vbi probatur syllogismum elenchum esse. Oppositum secūdi patet. 4. cœli. cō. 32. Solutio. Solui. diffuse per tractaui ista in speciali quæstione, quam feci de hac materia, pro nunc dico breuiter ꝙ aliqua subiecta adeo nota sunt, ꝙ scientiæ despiciunt ea, nullam prorsus mentionem facientem de ipsis. aliqua vero subiecta non sunt adeo ignota, ꝙ demonstrari queant. quia, sicut diximus superius in. 4. cœli, super. 32. cō. implicat ꝙ aliquod subiectum demōstretur in scientia, in qua est subiectum. tamē si fuerit aliquod subiectum, quod indigeat aliqua modicula declaratione, tale bene sufficietenus à scientia illa, in qua est subiectum, potest notificari & persuaderi: sicut est syllogismus hypotheticus per naturā, & sicut est via inductionis vel exempli, vnde Auer. p° priorum. cap. de syllogismo hypothetico inquit ꝙ per syllogismos hypotheticos per naturam ostenduntur ea, quæ sunt minus occulta, quàm sint occulta per naturam, sicut esse animæ per suas operationes: sicut fecit Auicēna. in. 6. naturalium, qui ex operationibus animæ notificauit esse animæ: non ꝙ illa sit ratio demonstratiua, sed est syllogismus hypotheticus per naturam, in quo antecedens est notum per se, & consequens ēt est per se notum, & sequela est per se nota. & talis syllogismus nihil simpliciter probat, sed est sola psuasio quædam, et superficialis notificatio. Et ideo dixit bene Cōmen. in. 4. cœli in cō. men. 22. vbi dixit, ꝙ alia est latentia, quæ indiget syllogismo, videlicet categorico: & alia est latentia, quæ indiget inductione. vnde hoc idem sentit Themist. super 2. poste. ca. 11. in sua paraphrasi. Et sic dico, ꝙ ratio illa Philosophi in libro elenchoꝝ non est ratio demonstratiua ad probandum esse subiecti illius libri, sed est quędam persuasio exemplaris & similitudinaria. De partibus vero subiectiuis, an in scia possint demōstrari, nec ne, iā diximus cō. 32. 4. de cœlo diffuse: & ru illuc recurras.

Secundo de aīa. tex. 29. Vigesimaquarta contradictio est in tex. 29. Aristo. dicit ꝙ in animalibus habētibus tactum, manifestum est quod insit etiā appetitus. De imaginatione autem immanifestum, posterius autem consyderandum. Sed huius oppositum dixit supra in tex. cō. 20. vbi inquit ꝙ vbi sensus, ibi est imaginatio & appetitus. Solutio est. vt inquit Simplicius, non est immanifestum si per imaginationem intelligamus indeterminatam, & quæ est respectu singulorum præsentium, quia hoc est clarum. sed per imaginationē hic intelligitur determinata, quæ est respectu absentiū, & cum memoria est coniuncta. vnde aīalia imperfecta bene sentiunt iucundū & triste, sed non per imaginationem. siqdem imaginatio est nobilior & altior sensibus, vt notat Ammo. in præsenti loco. Pro quo nota ꝙ ſm Arist. in. 2. de aīa in tex. cō. 156. Sensus ab imaginatione distinguitur, quia sensus inest oībus animalibus, non aūt imaginatio. Et ex hoc scire potes ꝙ aīalia imperfecta sī sentiunt & appetunt, hoc non est per virtutem altiorē q̄ sit sensus, sicut est in perfectis habentibus imaginationē distinctam à sensu, & nobiliorē & determinatā. & ideo spongia marina, & id genus apperunt, & delectant & cōtristantur circa iucundū, et triste, per sensum, et nō per imaginationem, quę sit virtus supior q̄ sit sensus. & hoc teneas.

Secundo aīa. cō. 11. Vigesimaqnta contradi. est in cō. 32. Dicit Cōmē. ꝙ intellectus speculatiuus non est anima, nec pars aīæ. sed cō. p°. tertij de anima dicit oppositū. Soluitur. intellectus speculatiuus ſm ipsum qñq; supponit ꝑ operatione aīæ, quæ est intellectio: & talis nec anima est, nec pars aīæ, sed est accidens maxime de noua intellectione. quandoq; sumitur pro intellectu potentiæ, qui est pars animæ nostræ, quo mediante intelligimus & sapimus. primo modo hic, secundo modo sumitur ibi.

Secundo aīa. tex. Vigesimasexta cōtradi. est in te. 37. Arist. & Cō. in cō. dicunt ꝙ aīa est causa efficiens corpis. vbi Cō. inqt. ꝙ est causa oium motuum, tam veroꝝ, q̄ existimatorum. Sed huius oppositū inuentimus apud Alex. in paraphrasi de anima in cap. de impulsu & vi impulsoria, vbi dicit ꝙ non proprie mouert corpus ab aīa dixeris. Solutio. Solutur. formæ sunt in duplici differentia, quædā sunt formæ abstractæ à corpore, & per se subsistentes, sicut sunt intelligētiæ separatæ, & tales per se mouere dicuntur, ꝙa in mouendo nō mouentur, neq; per se, neq; per accidens, tales enim habent esse ꝑfectum in se & completū in specie, quæ tota saluatur in vno suppposito ſm Peripateticos, & habent vnitatem numeralem perfectam, & natura priorem suo corpore. Et ideo Cōmen. in p° cœli. in cō. 22. dicit ꝙ cœlum est semper mobile per principium extrinsecum, quod non est corpus, neque virtus in corpore. Sunt iterū aliæ formæ, quæ sunt actus corporis, sicut anima, quæ est corpis actus, quæ in mouendo mouētur per accidens. & tales formę non proprie dicuntur mouere corpus, quia non habent subsistentiam separatam extra corpus. vnde, si anima dicitur mouere corpus, est propterea, quia anima intercedēte mouetur corpus. est enim ratio, qua corpus mouetur. sed non est id, quod proprie per se mouet. motus enim & generationes sunt suppositoꝝ. anima autem, quæ est forma dans esse corpori, non est suppositum, sed est ratio, propter quam suppositum est in actu. vnde forma est actus, sed suppositum est in actu propter formam. & ista est mens Alexandri ibi. inquit enim omnis entelechia & actus per se imobilis est. animā autem entelechiam siue actum monstratum est. quapropter neq; corpus ab anima moueri proprie dixeris: id enim proprium est in his duntaxat rebus, in quibus id quod mouetur, ab eo quod mouetur, abiunctum est, velut à bobus moueri plaustra dicuntur. sed quia communius dicitur ab aliquo moueri id, quod intercedēte aliquo mouetur: sic enim artifex ab arte mouetur, quia per artem, sic ignis à leuitate, sic ipsum animal ab anima moueri dicitur, quia per animam, siue intercedēte anima mouetur. motio enim eiusmodi animali ea parte competit, quà animatum est, non autem qua graue, aut leue, aut calidum, aut frigidum, albū, aut nigrum. Sic igit intellexisti ꝙ suppositā sunt, quæ vere mouentur, & quæ proprie mouent, sed formæ suppositorum sunt ratio, per quā fit motus. sicut artifex est, qui proprie mouet materiam artis, sed ars est ratio mouendi.

Vigesimaseptima

Secundo de aīa. cō. 38. Vigesimaseptima contradi. est in cō. 38. Dicit Cō. ꝙ caput est principium sensationis. Huius oppositum habet in libro de sensu & sensi. vbi dicitur ꝙ cor. Solutur, quicquid dicant alij, veritas est ista. cor est principiū omnis sensationis, cerebrū nullius sensatiōis principium est, sed natura produxit ipsum ad contraopandum cordi ꝑ sui frigiditatem in contemperando cordis calorem, ista est Aristo. via, istud sentit Cōmen. in cō. suo super libro de somno & vigilia in secunda colūna, vbi declarat ꝙ sensus cōmunis organice est in corde, & ꝙ cerebrum non concurrit, nisi tāquam instrumētum ad contemperandū calorem cordis, vt sic proportionatus pro operationibus sensitiuis. Sed Medici instant ratione sensata quòd sensus sint organice in cerebro, quia stante nocumento in prima parte cerebri, fit nocumentū in virtute imaginativa, & in sensu communi: sicut illo, qui præcipiebat ꝙ tibicines deberent excludi à domo propter impedimentum, quod sibi inferebant, stante nocumento in medio fit nocumentum in virtute cogitatiua: sicut fuit ille, qui proiiciebat vasa argentea per fenestram, quidam aūt habent nocumentum in parte posteriori cerebri: & illi non possunt memorari alicuius rei prętęrit̄. ergo videtur ꝙ ista instrumēta talium sensationum sunt in cerebro, & nō in corde. hoc est argumentum contra Philosophos. Nos dicimus pro Philosophis ꝙ hoc nihil mouet. Nā ista contingunt propter impedimentū, quod est in corde. nam facta lęsiōe in cerebro in aliqua sui parte, impedit membra illa caloris deferentis tali virtuti in corde organice existentis. vnde cerebrū ſm diuersas sui partes contemperat calorem cordis tali vel tali virtuti deferentem. & inde est ꝙ facto nocumento in parte media cerebri impeditur temperamentum, & mensura caloris naturalis existentis in corde: quod temperamentum, & quæ mensura est instrumentum virtutis cogitatiuę in corde organice existentis. & ista est sententia Philosophi in. 2. de partibus animalium. cap. 7. & sic de aliis dicas consequenter. ista sunt ex præcordijs Antiquoꝝ Peripateticorum, & à truffatoribus minime intellecta, quorum doctrina non consistit, nisi in multitudine verborum. volunt. n. facere nouas sectas, & miscere Græca Latinis, & medicinalia, & Platonica cum Aristo. et neutrum attingunt: sicut cuilibet parum exercitato in Philosophia Aristo. patere potest.

Secundo de aīa. tex. 40. Vigesimaoctaua contradi. est in tex. 40. Aristot. & Cōmen. volūt solum ignem videri ex elemētis nutriri & augeri. Sed huius oppositum habetur in p° cœli. te. cō. 21. vbi dicitur ꝙ omnia corpora physica, quæ alterantur ſm passiones, videntur habere augmentum & decrementum, puta animalium corpora, & partes ipsorum, & plantarum, & similiter elementoꝝ. Et confirmatur. quia certum est ꝙ augmentum ignis est improprie dictum, cū augmentum verum sit animatorum, vt patet p° de genera. & corrup. tex. cō. 33. & 2. de anima: & per consequens augmentum improprie dictum ita competit terræ & aquæ, sicut igni. non igitur solus ignis maxime videtur augeri & nutriri. Nisi esset ꝙ tametsi augmētum in rebus simplicibus, sicut sunt elementa, sit improprie dictū, in hoc tñ est differentia inter ignem & alia elementa. quia ignis, aut est alterans alia, aut in eo magis dominatur alterare, q̄ in cæteris, est. n. formalissimum inter oia elementa, vt dicitur in 2. de genera. & corrup. tex. cō. 50. solus. n. & maxime speciei est ignis, & 4. meteo. tex. cō. 5. omnia putrescūt elementa, excepto igne. ex sua autem acuitate contingit ꝙ ea, quę non sunt eiusdē speciei, trāsmutat in sui naturam, vt ligna. & in hoc augmentum eius videtur magis assimilari vero augmento, quod fit in viuentibus, vbi etiam nutrimentum mutatur in substantiam alii. & istud est motiuum istorum in præsenti tex. in secunda figura ex duabus affirmatiuis, vt dicit Cōmen. Sed augmentum aquæ, & terræ manifeste fit per iuxta positionem cōsimilis in specie: quia aqua addita aquę, & terra terræ reddunt aliquid maius. Licet igitur ignis non sit verum augmentum, vt dicitur in p° de genera. & corrupti. propter defectum illarum trium conditionum postarum in p° de genera. & corru. tex. cō. 33. tamen magis assimilatur maioratio eius augmēto viuentium, q̄ maioratio aliorum elementorum propter causam prædictam. Vnde licet ignis etiam augeri pōt per iuxtapositionem alterius ignis, vt dicitur in. 2. de generatio. & corrup. tex. cō. 38. Ignis enim augetur igne, & æther æthere, & in hoc conuenit cum augmento per iuxtapositionem facto cum aliis elementis, tñ etiam habet alium modum, vbi per appositionem plurū ligno rum videtur refulgere maior ignis, quod non habent cætera elementa, quæ non sunt tra alteratiua & actiua. & hac ratione solum ignis videtur inter alia elementa nutriri & augeri, cū tñ vere neq; nutritio sit, neq; augmentū, ꝙa non permanet, vt dicit in. 2. de gene. & cor.

Secundo de aīa. tex. 41. Vigesimanona contradi. est in tex. 41. Arist. in paruo spatio sibi contradicit hic. Nā vult omnium natura constantium terminum esse magnitudinis et augmēti. & postea imediate subdit, ignis augmentum in infinitum protendi, quousq; combustibile fuerit. & cū ignis sit vnum eorum, quæ natura constant, & animalia, & partes ipsorum, vt dicit in principio. 2. phy. eius debet esse terminus magnitudinis, & augmenti. & sic vniuersalis interimitur per instantiam particularis aperte, vt dicitur in libro priorum. Hanc autem contradictionem Soto Egidij. Egidius Roma. conatur sedare, dicens sermonem Philosophi esse de natura augmentabilibus, sicut sunt ea, quæ proprie augētur, sicut sunt animata. Vnde iste motus est finitus & terminatus, qui est in corporibus animatis, quæ vere augentur: sed augmentū ignis non est terminatum: igitur in figura secunda sequit ꝙ motus augmenti veri non est ab igne. Vnde Cōmen. per terminos exponit vltima naturalia, quæ inuentūtur in corporibus augmētabilibus, t. aīatis. Et postea præfatus doctor inqrens resolute causam augmenti in rebus naturalibus, d. ꝙ potest esse triplex, forma, materia, & ordo vniuersi. De forma patet, & est cōcessum ab omnibus Peripateticis, sed de materia, inquit, ꝙ, cū aliqd cōstat ex tota sua materia, tale non pōt esse nisi vnum in vna specie, vt colligitur p° cœli. te. cō. 03. vbi dicitur ꝙ mundus, ꝙa constat ex tota sua materia, vnus est numero: quia autem materia passiuoꝝ & actiuoꝝ termināta est, ideo ēt non crescit de facto ignis in infinitum. vnde Arist. vult magis terminationē ignis esse à materia q̄ à forma. in animatis aūt est econtra, qa est propter aīam magis q̄, ꝑpter materiā. Tertio dicit terminatū imponi ex ordine vniuersi. nā, quia elemēta cōtinentur à cœlo, inde est ꝙ sibi imponit̄ terminus, quia quibusdā tēporibus dñantur sydera calida, qñq; frigida: motus. n. Solis in obliquo circulo est causa istius vicissitudinis, vt dicit̄ in. 2. de genera. & corrup. ista sunt dicta eius. Videt in. 2. dicto esse contradictio. qa Cō. Impugnatio. in. 3. phy. in cō. 60. dicit expresse ꝙ infinitas est à materia, & finitas est à forma. et per cōsequens non videtur ꝙ naturaliter termiatio sit à materia. Et quod dicit, ꝙ in rebus constantibus ex tota sua materia vnū individuū est in vna specie, et in illo non pōt esse augmētum, patet ꝙ æquocatio est in sermone. qa per te sermo est de augmēto, quod est in quātitate cōtinua. sic. n. augmentū animatoꝝ est ad terminatum, & augmentum ignis nō est ad terminatum. sed modo loqueris de augmento in quantitate discreta. Amplius licet res constātes ex sua materia sint terminatæ in numero, tamen

non est illud principaliter, sed per viam signi & causæ secundario, vt alias declarauí: quia potius forma limitat materiam, q̃ materia formam, vt alibi demonstraui. Dico cum distinctione in hoc quæsito, præsupponendo primo q̃ Philosophi deuenerunt ad hoc, vt assẽrãt in rebus generabilibus & corruptibilibus dari extrema & media, s. maximum & minimum ex duobus: Primo ex operationibus formarum, q̃a inuenerũt eas esse terminatas, & requirere dispositiones terminatas quantitatiue & qualitatiue, & ſm terminatum tẽpus, & hoc experientia docuit. Vnde Medici de causis sterilitatis loquentes, dicunt quãdoq̃ prouenire propter magnitudinem virgæ. & Aristot. dicit hoc in libris de generatione animalium, q̃ habentes penem immoderatum sunt infœcundi: & etiam propter paruitatem. et ideo datur maximum & minimum, cùm latitudine tamen quadam in istis. Et similiter deuenerunt ad hoc ex cognitione generationum, quæ fiunt in determinatis temporibus. vnde. 2. cœli. tex. cõ. 38. datur tempus minimum in non excedere, ita de qualitatiuis dispositionibus, vt pulchre dicit Cõmen. in. 6. phy. cõ. 91. de embryonibus habentibus quantitatem maximam & minimam, & de quãtitatibus hominum, & vniuersaliter dicit q̃ actio cuiuslibet entis perficitur per quantitatem & qualitatem terminatã. vnde p° capi. de substantia orbis datur exemplum de aqua, dum cõuertitur in aerem, & econtra. Secundo deuenerunt ad istud ex rebus artis. ars enim est æmula naturæ, & naturam imitatur. & viderunt in arte, q̃ ipsa est, quæ imponit terminum rebus in mensura & figura, non instrumenta, vt patet inductiue in omnibus. Et ita etiam dixerũt q̃ sit in natura, q̃ forma naturalis est, quæ imponit terminum & figuram rebus non instrumenta. Nota tamen q̃ est distinctio in istis formis. quia quædam sunt propinquæ primæ materiæ, sicut sunt formę elementariæ, quæ ſm viã Auer. ex hoc habent vt sint quodammodo media inter substantiam & accidẽtia. Et ex hac rõne concluditur q̃ istæ multũ participant de proprietate materiæ. vnde nullam sibi requirunt terminationem & figuram, vt est demonstratum in. 3. cœli. te. cõmen. 67. Figura enim, vt scribit Cõmen. in cõ. 67. associatur in hoc formis substantialibus perfectis in hoc, q̃ nõ recipit diuisionem. & ideo caret motu alterationis, vt dictum est in. 7. phy. & ideo elementa in sua natura consyderata infigurata sunt, & interminata per consequens. & ideo, quia sunt primæ materiæ formę eorum propinquissimæ, & ideo sic habent proprietatem materiæ, quæ est radix interminationis & infinitudinis. vnde etiam propter sui imperfectionem recipiũt quandam penetrationem in suis partibus, vt notat Cõmen. in. 8. phy. cõ. 82. Et propterea concluditur q̃ possunt esse simul in eodem pũcto, vel parte materię in mixto, quod non possunt facere formæ mixtorum perfectæ, quæ appropriant sibi certam quantitatẽ terminatam, & figuram: sed bene tales formæ recipiunt terminationem insequentem formam mixti, & per illam terminantur, & non per proprios terminos, quibus carẽt esse, & qui corrũpuntur in mixtione, si quos habuerunt, dum existebant separata. Et ideo animaduerte, frater mi, q̃ elementa aliter se habent, vt in sua natura consyderantur, aliter, vt tam existunt & sunt partes mundi. primo modo termino carent & figura, sed secundo modo habent terminum, quia vniuersum terminatum est & non infinitum, vt est demonstratum in. 3. phy sic. & magis in speciali adhuc in p° de cœlo. vnde sic figurantur à continente. Ista igitur ratione ignis augmentum in natura sua consyderatũ simpliciter vt est agẽs principale, & non instrumentum animæ infinitum est, apposito combustibili. quia vt sic, vbi desinat, nõ habet. Si autem consyderatur vt est pars mundi, vt sic terminum habet. maxima enim dimensio, quam recipit materia, est illa, quam habet sub forma ignis, & minima illa, cum qua stat forma terræ, vt dicit Cõmen. in. 2. de anima. cõ. 97. & sic ignis in existentia naturæ est determinatus per maximum & minimũ. Sed in hoc est differentia inter ignem & alia simplicia ex vna parte, & reliqua mixta perfecta. quia illa habent terminationem extrinsecus deriuatam propter continens, & ratione quã sunt partes. sed mixta vltra rationem generalem habent intrinsecam causam suæ terminationis, & est sua forma, quæ ex sui perfectione, cùm sit eleuata magis à materia, & accedat magis ad actum & formã, est terminata, & imponens causam terminationis in entibus. vnde ſm q̃ magis & magis eleuantur, sic sunt perfectiores & magis ad vnitatem accedentes. Vnde quidam viri magni tenuere animas perfectorum astalium esse indiuisibiles, tamen in via Auerro. licet diuisibiles sint omnes formæ eductæ de potentia materiæ, sunt tamen magis vnitæ perfectiorum animæ. vnde in animalibus perfectioribus propter istam causam partes diuisæ non mouentur neq̃ viuunt. & ideo licet detur ignis maximus & minimus, & aqua, hoc est ſm q̃ existit in natura, sed in se nõ habet terminum. Et ideo in hoc bene dicit Egidius Roma. q̃ terminatio in igne non est à forma sua, sicut est in animatis, si ipse respexit ad istam differentiam originatam ex propinquitate materiæ & distantia. 2. cœli. cõ. 32. esse elemẽtorum propinquum materiæ: sed non est absolute concedendum terminationem esse à materia, sed à forma principaliter. vnde magis est rationis & formæ, q̃ materiæ. quia, si materia est terminationis causa, nõ est ratione suæ essentię, sed quatenus est formata, et actuata per formã. Et ideo nota bene differentiã inter generabilia simplicia & maxima perfecta: q̃a licet de facto oĩa terminata sint maximo & minimo, tñ secus est in simplicibus et secus in mixtis. q̃a in simplicib⁹ est aĩa extrinseca, in mixtis vltra extrinsecã est causa intrinseca, & est rõ formæ suæ, quę pfecta est, & reqrit figurã & terminationẽ terminatã, cuiusmodi non sunt formę simplices. Et ex hac ratione scire potes quare formæ elementariæ in mixto possunt se penetrare & simul esse in eadem parte materiæ, quod non possunt formę mixtorum perfectorum. assimilantur enim accidẽtibus & qualitatibus in hoc, sicut sapor, odor, & color, qui sunt in eodem subiecto, quia non habent diuersos terminos, sed vna quantitate terminata subiectum insequente terminantur: iuxta illud, tanta est albedo quãta est superficies, ex predicamentis. ita formæ elementariæ in mixtis habentes esse ligatum, habent extendi & terminari per quietem terminatam insequentem mixtum & formã eius, & non habẽt diuersas terminationes, sicut sunt formæ mixtorũ. Ideo Cõmen. 8. phy. cõ. 82. expresse dicit q̃ elementa recipiunt quandam penetrationem in suis partibus.

Tertia contradi. est in cõ. 41. Dicit Cõ. q̃ ignis dñatur in corporibus nutribilibus. Sed oppositũ patet 2. de generatione. in te. cõ. 49. & in. 4. meteo. vbi scribitur q̃ oĩa resistẽtia circa mediũ à prædominio sunt terrea. Solutio. s. fm molem terra dñatur: ignis aũt ſm virtutẽ, et præcipue in nutribilibus: nã generatio est p̃ma participatio aię in calido naturali, & vita est eius permansio. Et ideo dixerunt sapiẽtes q̃ frigiditas nõ ingredi opus naturę igneæ. nãq̃ anima omnia operatur. 2. de anima. tex. cõmen. 41. &. 130. Replicari potest. in maiori quanto est maior virtus. si igitur terra dominatur quantum ad molem: igitur quantum ad virtutem. Soluitur. intelligitur propositio in his, quæ sunt eiusdem speciei: sicut plus ponderat gleba terræ, & velocius descendit q̃ medietas glebæ. tallit in his, quæ sunt diuersarum

Secundo de aia. cõ. 41.

Solutio.

diuersarum rationum. similiter intelligitur propositio illa, quò ad virtutem insequentem talem molem, nõ autem quò ad alias virtutes, quæ illam molem non insequuntur. sic dico q̃, cũ terra quò ad molẽ dominetur in mixtis, talia mouentur ad motum eius. Et ideo canis proiectus de turri descendit virtute elementi dominantis in eo, sed quò ad suum motum, qui est ab anima, & quò ad alias operationes virtutis nutritiuæ & sensitiuæ ignis dominatur, sicut cõmuniter cõcessum est ab omnibus sani capitis.

Secundo de aia. cõ. 48.

Trigesimaprima contradi. est in cõ. 48. Dicit Commen. virtutes corporum cœlestium cõseruant esse ſm omnem dispositionem, & ſm omnes partes. Oppositum videtur in vltimo capi. de substantia orbis, vbi dicit q̃ cœli permanentia non est à virtute. Soluitur. negat ibi virtutem extensam ad extensionẽ subiecti, concedit hic virtutem abstractã, à tali enim est permanentia cœli & motus æternitas. 2. capi. de substantia orbis. & 8. phyſi. cõmen. 15. æterna enim habent causam necessariam conseruantem, & dantem esse.

Solutio.

Tertia secunda contradi. est super tex. 51. Arist. in. 2. de anima tex. cõ. 51. scribit q̃ sensus in ipso moueri & pati aliquid accidit, sicut dictum est: videtur enim quædam alteratio esse. Et Cõmẽ. in cõ. dicit q̃ hoc est primum consyderandum de sensu, vtrum sit de virtutibus actiuis vel passiuis: & q̃ Aristo. posuit sensum in genere virtutum passiuarum. Sed huius oppositum habetur per Alexan. in sua paraphrasi de anima. in ca. de intellectu practico & speculatiuo, vbi dicit q̃ sentire non est pati, sed iudicare atq̃ discernere. Nisi esset q̃, vt scribit Arist. in. 7. phy sicæ auscul. tex. cõ. 12. Sensus ipsi alterantur, patiuntur enim. actus enim ipsorũ motus est per corpus, patiente aliquid sensu. pro quanto igitur sensatio non fit nisi per impressionem specierum sine materia in sensorio resultantem, sic sentire cõsistit in quodam motu & in quadã passione, sed illa receptio & passio non est sensatio formaliter, sed iudicij & comprehensio sensilis in specie relucentis. Et ideo bene loquitur Alexan. q̃ sentire non est pati, sed iudicare atq̃ discernere. Quod etiam ratione sulcitur. quia potest esse pati & receptio speciei in sensorio, & tamen non erit sentire. dicit enim Philosophus ad alia fortiter intenti delata sub oculis non videmus. Amplius sequerẽt virtutes sensitiuas in genere potentiæ esse viliores simpliciter virtutibus vegetatiuæ, vt est nutritiua actiua, & generatiua, q̃a istæ sunt actiuæ & illæ passiuæ, & agẽs est nobilius passo. Et ideo non est credendum operationem sensus esse passionem, formaliter loquendo, licet sine passione quadã fieri non possit. Nec est credẽdum sensum formaliter esse de virtutibus passiuis inquantum sensus, sed vt est operatiuus per organũ. sic enim Aristo. dicit in. 7. patiente aliquid sensu per corpus. & isto modo sunt glosanda dicta Auerr. & reducenda in bonum intellectum. Et qui non vult illo modo intelligere, vadat via sua. arbitrij enim nostri nõ est q̃ quisq̃ loquaĩ. Subtilis doctor in quolibetis quæstione. 13. in arti. 3. in responsione ad secundum, dicit q̃ sicut esse album est habere formaliter albedinem, sic sentire est habere formaliter sensationem. sed hoc non est vniuersaliter verum. q̃a stat aliquid formaliter denominari ab aliqua forma, licet illa formaliter nõ inhęreat, vt cõiter dicitur de his principijs ab extrinseco denoiantibus.

Tertia secunda contradi. est in cõ. 51. dicit sensum esse de virtutibus passiuis. Videtur autem oppositum probasse Philosophus superius in tex. cõ. 37. vbi declarat aĩam effectiue concurrere ad oẽs motus tam veros q̃ existimatos, vt dicit ibi Cõmẽ. in cõ. Soluitur. Dico q̃ opinio illa Alberti magni in. 2. de anima iudicio meo est multum rationi consona, q̃ sensus, licet vt est in potentia ad recipiendum speciem sit passiuus, fit autem actiuus, postea q̃ specie illa informatus fuit respectu sensationis. illi aũt, qui posuerunt motorem separatum concurrere imediate ad sensationem causandam aliqua speciali influẽtia, multum, vt mihi videtur, excedunt limites istius artis. Et licet Cõmẽ. 2. de anima. cõ. 60. moueat istã quæstionẽ, quæ omnino dubia est, & ab eo cum difficultate apparet solutio, tamen talem motorem separatum non ponit, sicut expositores eius dicunt. impossibile enim est q̃ sensatio effectiue sit ab intelligentia, tãquam à causa efficiente, propinqua aliqua spectali influentia concurrente. Nã ſm Auer. me ra. cõ. 31. ad finem, quod mouit Arist. ad ponendũ motum separatum à materia fuit factio virtutum intelligentium: quia virtutes intellectuales apud ipsum sunt non mixtæ cũ materia. omne enim nõ mixtum cũ materia fit à non mixto cũ materia simpliciter: quemadmodum omne mixtum cũ materia generatur à mixto cum materia. & p° meta. cõ. 31. materiale non trãsmutatur nisi à materiali. Et confirmatur. Arist. in pleriq̃ locis dãnat Antiquos, quia effectuum sensibilium ponebant causas insensibiles, sicut patet p° meta. 10. 21. 23. 25. &. 26. modo, si Cõmen. ponat intelligentiã esse immediatã causam sensationis, tũc ipse incidit in foueam quam fecit: quia effectus sensibilis erit imediate ab intensibili et abstracta causa. Amplius, qũo euadet quin aliquid nouum imediate proueniat ab antiquo: Forte dices q̃ hoc facit mediante obiecto, quod concurrit dispositiue & non effectiue. Contra. quia tunc soluuntur argumenta Arist. contra Platonem de ideis, & Auer. contra Autor. qui ponebat datorem formarum: quia tales etiam ponebant ista agentia inferiora concurrere dispositiue. Amplius quomodo causa vniuersalis erit effectus particularis causa imediata non video. hoc autem sequitur euidenter, si intelligentia cõcurrat solum vt efficiens, & obiectum vt disponens. Amplius. Aristote. in. 2. de anima. 52. 59. &. 60. reddit causam, quare non sentiunt sensus se, & quare non sentimus dum volumus, reducit hoc ad istam causam, quia sensus non possunt sentire sine motore extrinseco: tale autem est obiectum, vt omnes dicunt. Amplius. 59. & super cõ. libri de somno & vigilia habetur q̃ prima pfectio sensuum fit ab intelligentia agente, quæ declaratur in libro de animalibus, sed ista postrema perfectio fit a sensibilibus. hæc & alia adduci possunt, quæ gratia breuitatis omitto. Dico igitur, siue species sensibilis idem sit cùm sensatione, siue non idem, quæstionem istam ab Auerro. motam esse propter speciem, non propter sensationem. quia miratur ipse, vnde habet obiectũ producere spiritualius esse quàm sit suum esse. nõ à medio, vel ab organo potest esse ista maior spiritualitas in specie quàm in obiecto: quia medium concurrit vt materia tantum in receptione speciei, effectus autem potius insequitur agens, quàm materiam. Et ideo videtur esse ponendus extrinsecus motor. et hoc nõ potest negari. sed non modo, quo Moderni ponunt. Nam intelligentia ipsa secundum Arist. concurrit ad omne opus mundi huius: ideo enim mundum hunc oportet superioribus lationibus cõtinuum esse, vt omnis virtus eius gubernetur inde, meteoro. primo. vnde, sicut in generatione animalis virtus informatiua existens in semine in virtute animati, scilicet cœlestis corporis & intelligentiæ non errantis, à qua gubernatur, producit animal, sic obiectum sensibile extra quantumq̃s materiale esse habeat in virtute intelligẽtię, cuius ipsum est quasi instrũm, producit spẽm sensibilẽ habentem spũalius esse q̃ habeat ipsa. sensus aũt specie informatus virtute obiecti primi fit actiuus ad sensationis pductionẽ. sensibile. n. sensum agere tacit ex mẽte Philosophi in lib. de

sensus, ex obiecto enim & potentia paritur notitia. Et hoc videtur velle Cõmen. 2. de anima. cõ. 37. vbi dicit animam esse causam effectiuam omnium motuũ tam verorum q̃ existimatorum existentium in animato, Et ista etiam sententia est eiusdem, 2. de anima. cõ. 149. & non habeo pro inconuenienti hoc, quòd idem sit actiuum ratione alterius, & sit passiuum ratione propria. vnde sicut intellectus possibilis est actiuus & passiuus teste Auer. 3. de anima. cõmẽ. 19. sic imaginor de ipso sensu. Et in hoc iudicio meo recte dixit Albertus, nec rectius dici potuit. Et hoc fuit in causa, sicut mihi videtur, quare Aristot. non posuit expresse motorem istum extrinsecum in sensu, sed bene in intellectu. quia motor iste concurrit vniuersali influetia vnà cum obiecto, quod est causa proxima non dispositiua, sed effectiua particularis respectu speciei sensibilis. in intellectione autem, in qua fit trãsitus de ordine in ordinem, & fiunt potentia intellecta actu intellecta, fuit necessarium ponere istum intellectum agentem: quia ibi manifestum erat q̃ productio speciei intelligibilis non poterat reduci ad phantasma, cùm exeat ordinem & latitudinem sensibilium. sed in sensu, vbi manet consimilis ordo, nõ videtur aliquem motorem separatum appropriatum ponere: sed vniuersalis eius influxus sufficit, sicut etiam in alijs est. Et hoc voluit dicere Cõmenta. vt mihi videtur, dum dixit, sed Aristote. tacuit motorem istum extrinsecum in sensu, & propalauit in intellectu: quia in sensu latet, & in intellectu manifestum est. Sic cognouisti iam quomodo sensus est de virtutibus passiuis, & qũo de actiuis, & respectu cuius, et qualiter.

Secundo de ala. tex. 52. Trigesimaquarta contradictio est super tex. 52. Aristote. & Cõmen. videntur tenere in hoc loco q̃ sensus non sentiunt se. Sed huius oppositum memini me legisse apud Alexand. in suo tracta. de intellectu. cap. 4. vbi agit de intellectu in habitu, vbi inquit q̃ eodem modo sensus seipsum sentire dicitur, quando hæc sentit, quæ actu sibi eadem fiunt. nam, vt diximus, sensus in actu est ipsum sensile, cũ & sensus & intellectus formarum receptione absq̃ materia, quæ sibi propria sunt, partic-

Solutio. ipant. Dicimus nos quod intellectus & sensus in aliquibus conueniunt, & in aliquibus differunt. Conueniunt quidem, quia vterq̃ percipit per speciẽ. 3. de anima. tex. cõmẽ. 2. intelligere est sicut sentire. conuenisset etiam. quia sicut sensus & sensilis est vnus & idẽ actus secundo de anima. tex. cõmen. 141. sic & intellectus & intelligibilis fm actum est vnus & idem actus. & quo ad istam similitudinem sensus potest dici q̃ sentiat se, sicut intellectus, pro quanto est vnus actus vtriusque, scilicet obiecti & potentiæ actu operantis. Differũt autem, quia licet sensus percipiat recipiendo species sine materia, non tamẽ sicut intellectus. quia intellectus recipit species sine materia, & sine conditionibus materiæ: quia obiectũ reducens in specie intelligibili est abstractum à materia & à præsentia materiæ, & ab omnibus circũstantijs & appẽditijs materiæ. secus autem est de sensu, quia sentit cum his & nunc. & ideo intellectus est cõmuniter vnus supra suam essentiam per verum circulum, vt dicitur in primo de anima, quod non potest facere sensus, cùm virtus organica sit, & illo modo sensus nõ potest sentire seipsum. Et istud est ex mente Alexan. in paraphrasi de anima, in capitulo de intellectu fm actũ, vbi formaliter isto modo dicit. Iccirco intellectus in actu, qui idem fit cum intellectu specie, nõ immerito esse intelligere dicitur. ergo sese intelligit, quia hoc idẽ, quod intelligitur, fit. species enim abstractas à materia intelligit: non enim singulariter apprehẽdit hoc, sed in singulari id, quod est, esse intelligit, sicut retro dictum est. Neque tamen ex parti ratione sensum seipsum sentire dixeris, licet ipsę quoq̃ species sen-

filium rerũ excipiat, ea de causa, quia sentit quæcunq̃ sentit, velut addita materiæ: huius enim & singularis functio sensus est, nõ fit autem idem sensus cùm rei sensilis specie, quãuis non more materiæ species excipiat: materiales enim formæ sensilesq̃ secus à sensu, secus ab intellectu pensitantur. & vide cætera, quæ sequuntur.

Secundo ala. tex. 51. Trigesimaquinta contradictio est super eodem tex. Aristoteles quærit quare sensus non sentiunt se: & soluit, quia sensitiuum est in potentia & non actu ipsum sensibile, & nihil mouetur de potentia ad actum, nisi à motore extrinseco. & est locus allegatus, quòd sensus seipsos non sentiunt. Sed huius oppositum memini me legisse apud Alexandrum in tracta. de intellectu, ca. 4. vbi agit quomodo intellectus in habitu seipsum intelligit. vbi expresse dicit, quòd eodem modo sensus seipsum sentire dicitur, quando hæc sentit, quę actu eadem sibi fiunt. Dico quòd in præsenti textu Cõmen, aliter legit textum, q̃ Græci expositores. Vult enim Aristo. tel. adducere rationem, per quam probat sensum esse de virtutibus passiuis & non actiuis. Nam, si sensus esset de virtutibus actiuis, cũ virtutes actiuæ ex se absq̃ extrinseco motore possint operari, sequereť quòd sensus sine sensibilibus possent sentire se, & sua organa, & elementa ipsa sensoria componentia. Sed fm Græcos, dubitatio Aristote. est, quia, si sensus est de virtutibus passiuis: nam sentire in quodam pati & moueri consistit fm omnes, vt dicitur in p° de anima. tex. cõmẽ. 79. vbi dicit, sentire autem & moueri & pati aliquid ponunt: tunc contra hoc suppositum ab omnibus concessum insurgit ista dubitatio, cũ sensus sint passiui, & habent sensibilia secum iuncta: nam organa constant ex elementis, quæ fm seipsa sensibilia sunt, aut secundum accidentia ipsis: quare igitur, sicut sensus patiũtur à sensibilibus remotis, à coniunctis non patiuntur? cur oculos ipsos non cernimus & oculorum colores, sicut per oculos cætera cernimus? Et soluitio Aristote. consistit in hoc, q̃ sensorium est in potentia ad sensibile, & non in actu, sicut cremabile est in potentia combustibile, et non actu, quia si actu esset, non indigeret eo, qui est extra, igne in actu, vt dicit, ad hoc vt comburatur. Et est locus satis arduus & difficilis sicut vides, intantum quòd Plutarchus, vt refert Simplicius, voluit hanc dubitationem protendere contra Empedoclem, & non contra sententiam Aristote. & in hanc sententiam est diuus Tho. in præsenti loco. Et in veritate qui tenẽt in via Aristot. elementa formaliter non remanere in mixto, isto modo habent necessario exponere locum istum. Sed istis aduersatur Simpli. & Themistius, & Alexã. et Ammonius, & Cõmen. vnde volunt ista in telligi fm viam Arist. Sed qũo ex hac solutione patet responsio clare ad obiectionem, difficile est videre. Dicit Ammonius in hoc loco tres causas. Prima est q̃ sensus secus se habet circa sensibile, & secus circa intelligibile se habet intellectus. qa intellectus in intelligendo intelligibile nõ indiget organo, & seipso sufficit, nec aliquid ad hoc habet impedimentum. sed sensus indiget organo, & ideo non potest conuerti supra suum organum, nec supra se. Secunda causa, quia sensus cognoscit spiritualiter & indiget medio, puta aere vel aqua, vt patet in tribus sensibus, & etiam medio debite disposito: & ideo est ratio, quare visus non potest videre colorem sui organi, & tamen colorem extrinsecum potest. Tertia causa, quæ est verior inter omnes, quia id, quod sentit, est totum compositum ex virtute & organo, & totum hoc cõcurrit vt patiens. & qa nihil à seipso pati põt, ideo indiget sensibili extrinseco. Vnde dato q̃ elemẽta sint in organo, quia tñ organũ componitur ex elementis, sicut ex materiali causa, & totum organum vnà cum sentiente virtute fit passum, omnia, quę

in organo

in organo sunt, concurrunt etiam vt materia, non vt agens. & ideo necesse est quòd deducatur ad actum ab extrinseco motore. Accedit, vt dicit Themistius in hoc loco, quòd à iunctis innexisq̃ nulli ictus eueniunt. vnde forma existẽs in subiecto non alterat subiectum, quia alteratio fit per contactum. & ideo oportet q̃ alterans sit distinctũ loco, & subiecto ab ipso alterato. Vn

Quare ethici libre laborantes nõ sentiant se febre. de Arist. in p° de generatione & cor. in tex. cõ. 78. continuum quidem igitur vnumquodq̃, et vnũ ens impassibile, similiter autem & non appropinquantia. Et ista est ratio, quare ethica febre laborantes non sentiunt febrem suam, licet calor ille extraneus sit intensior q̃ sit calor in alijs febribus dependentibus ab humoribus, vt sunt putridæ, vel à spiritibus, vt sunt ephemeræ, qa humor & spiritus sunt corpora distincta à mẽbris sentientibus: sed caliditas febris ethicæ est formaliter & subiectiue in ipsis membris. Sed quò ad authoritatem Alexan. qui videť contradicere huic sententiæ, respondetur q̃ non est intentio Alex. dicere q̃ sensus sentiant se, aut organa sua: quia alibi ipse oppositum tenet, sicut est rei veritas. sed dicit similitudinem inter intellectum in actu & sensum in actu, penes hoc, quia, sicut intellectus in actu & intelligibile in actu vnum sunt, qa vnus & idem est actus vtriusque: sicut in simili dicitur in. 3. phy. q̃ vnus & idem est actus motoris actu mouẽtis, & mobilis actu moti: sic ẽt est de sensu in actu & sensibili in actu. & sic dicunt verba eius, qa dicit. Similiter autem sensus seipsum sentire dicitur, qñ hæc sentit, quę actu tibi eadẽ fiunt: & non dicit q̃ sensus sit conuerti-

Secundo de ala. tex. 58. uus supra suam essentiã, aut supra organum suum. Vn de Auic. dicit in. 6. naturalium q̃ virtus imaginatiua, quæ est spiritualior, q̃ sensus extrinseci, & q̃ sensus cõmunis, non potest imaginari organum suum.

Solutio. Trigesimasexta contradictio est in cõ. 52. Scribitur sensationem exterioris sensus non posse fieri sine præsentia obiecti. Huius cũ oppositum memini nos inuenisse in dictis eius super cõ. libri de somno & vigilia, vbi dicit in somno visionẽ, & gustũ sensationẽ, vel aliquid huiusmodi posse fieri. Soluitur, q̃ talis sensatio nõ est sensus exteriorís, sed est sensus cõmunis, qui vtitur intentionibus pro rebus. vnde illa sensatio non est sine præsentia obiecti: obiectum enim præsens est speciem in organo sensus exteriorís, quam apprehẽdit sensus cõmunis, & non sensus exterior: quia sensus exteriores in somno sunt ligati. nam fm Auer. in prædicto tractatu somnus est ligamẽtum sensuum exteriorum. Et ista est solutio Gregorij Arimmensis in p° sententiarum. 3. dist. pmi, quæst. prima. art. 2. in solutione secundæ experientiæ Aureoli, et dicit istã solutionem esse de mente Cõmẽ. in prædicto loco. Miror maxime de tanto doctore qũo plerunq̃ allegat tot & tantas Cõmen. authoritates, quas aut non intelligit, aut fingit se nõ intelligere. ipse dicit in primis sensationes istas non posse fieri à sensibus exterioribus, qa sensus exteriores sunt ligati: & allegat Cõmen. ibi. sed cõtra sensus cõmunis etiam in somno ligatus est: & ligamentũ non attribuitur sensibus exterioribus, nisi propter ligamentũ prius existere in sensu cõmuni, nã, vt dicit Philosophus, somnus est passio primi sensitiui: primum autẽ sensitiuum appellat sensum cõmunem. Dicamus igitur pro nobis & pro ipso q̃ sensationes dupliciter fiunt, quãdoq̃ per lineam rectam: & ista incipit à sensibilibus extrinsecis, & terminatur ad virtutem rememoratiuã. alia est per lineam reflexam & retrogradam: & ista incipit à virtute rememoratiua, & terminatur ad sensus exteriores. In somno autem potest fieri retrograda sensatio. nam virtus imaginatiua per intentionem, quam recepit ab obiecto extrinseco, vel à virtute rememoratiua, mouebit sensum cõmunem, & sensus cõmunis mouebit sensum particularem, & sic fit talis sensatio. vnde ista sensatio est sensus particularis tãquam subiecti, & non est sensus cõmunis, nisi tãquam agẽtis. Sed illud, quod decepit Gregorium, fuit, quia nõ potuit imaginari quomodo sensatio ista posset esse sensus exterioris, cùm ipsi sint ligati: sed, vt dixi, ipse incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim. nam quomodo potest esse sensus cõmunis, cùm ipse sit primo ligatus? Solumus igitur q̃ in somno perfecto ligati sunt sensus isti, & sensus communis, & præcipue à sensibilibus cõmuniter occurrentibus: & in tali somno non fiunt istæ sensationes. est & alter somnus imperfectus, & in tali fiunt istæ sensationes. & licet sensus exteriores in tali somno ligati sunt respectu sensibilium exteriorum cõmuniter occurrentium ab extrinseco, tamen respectu alterius sensitiuæ, vt ita dicam, per quam ituť ad sensum cõmunem, non sunt ligati, & respectu illius imitari possunt. istud sentit Auer. ibi in litera. Et ne videar ista studio contradicendi dixisse, adduco verba eius formaliter. ingt. quomodo autẽ accidit q̃ homo in somno videt q̃ sentiat per quinq̃ sensus absque eo, q̃ ibi sit aliquod sensibile extrinsecum. & soluit dicens. Hoc accidit per cõtrarium motum ei, qui fit in vigilia. in vigilia enim sensibilia extrinseca mouent sensus, & sensus cõmunis mouet virtutem imaginatiuam: in somno autem quando virtus imaginatiua imaginata fuerit intentionem, quam accepit ab extrinseco, aut ex virtute rememoratiua, reuertetur & mouebit sensum cõmunem, et sensus cõmunis mouebit virtutem particularem: & sic accidit q̃ homo comprehendit sensibilia, licet non sint extrinsecus, quia intentiones eorum sunt in instrumentis sensuum. hæc illæ formaliter. Vide etiam pro hoc ipsum tertio colliget cap. 38.

Secundo de ala. tex. 60. Trigesimaseptima contradictio est in cõ. 60. Dicit Cõmen. q̃ melius est q̃ diuersitas formæ sit causa diuersitatis materiæ, quam econtra. Sed huius oppositum habetur ab ipso octauo physic. cõmen. 46. vbi ex diuersitate materiæ, pbat diuersitatem formarũ. Solu-

Soluto. itur, diuersitas materiæ est causa diuersitatis formæ: sed diuersitas materiæ est signum diuersitatis formæ, non causa. Ratio igitur quam facit. 8. physico. 36. est à signo, non à causa.

Secundo de ala. tex. 62. Trigesimaoctaua contradictio est super tex. 62. Aristote. definiẽs sensitiuum dicit, esse tale potestate, quale sensibile est tam actu, & subdit quòd patitur non similem ens, passum autem assimilatum est. videtur igitur sensibile in principio esse contrarium sensitiuo, & in fine simile. Ex hoc igitur sequitur sensationem esse alterationem in contrarietate fundatam. Huius tamen oppositum Aristote. supra tam dixerat in tex. cõmen. 60. vbi distinxit ipsum pati & alterari, asserens aliud esse corruptionem quandam, aliud autem salutem potius. et ita finaliter concludebat, quòd alteratio, qua secunda potentia deducitur ad actum, est ex secundo genere alterationis. sic quando sciens in habitu exit ad actum considerandi: & similiter quando sensus exit in actum sentiendi. Soluitur, vt dicit Aristote. quia non habemus propria nomina, quibus nominare possimus huiusmodi intentiones factas à sensibilibus in sensus, oportuit vti nominibus istis tãquam propriis, ipsis pati et alterari. Sed aduerte q̃ in alteratione proprie sumpta, quæ est corruptio quędam, talis est inter terminos contrarios: sicut est in vero motu, q̃ est de contrario in contrarium. Sed huiusmodi contrarietas non inuenitur in sensitiuo, quia non mutatur de forma contraria in formam cõtrariam: nec sic assimilatur sensibili vt fiat eius materia. ex hoc enim, quòd sensitiuum visus mouetur à colore, non albescit, neque nigrescit, sicut tam fit in alteratione vera, vbi passum est materia agẽtis. sed

Solut. contradi. Zim. o im [illegible]

folum formam eius recipit: hoc enim est vniuscuiusq; sensus proprium, susceptiuum esse specierum sine materia, & propterea neq; pati nec alterari proprie dicitur. Sed istud est aliud alterationis genus, quod in perfectionem desinit, pro quanto ista receptio est solius formæ, quæ tandem terminatur in iudicium & cognitionem. quemadmodum enim dicimus cerã excipere sigillum, & imaginem auream, non tamen quatenus aurea est, cera enim sine auro, aut ære symbolum excipit, vt dicit lucidissimus Them. Et subdit q; nulla materia de forma sibi accidente, hærenteq; iudicium ferre potest. quoniam materia suapte ingenio incipiens bruta irrationabilisq; est: ratio vero tum de alijs iudicat, tum ratione & forma rationem & formam apprehendit: sensus vero species, & ratio ea est, quę sedem in primo instrumento sentiendi habet. Et hinc scire poteris, propter quam causam ethicus non sentiat febrem suam, quia febrilis ille calor realiter est, & materialiter in membris. & ideo membra, cùm sint caloris illius materia, nõ possunt de illo afferre iudicii, sed bene de calore, quod est in humoribus, aut spiritibus iudicare poterunt, qa ab illis possunt decidi spẽs sine materia in organo tactus, sed à proprio calore nthil patitur, sicut combustibile à seipso non comburitur, vt dicit Arist. in. 2. de anima. in tex. cõ. 52. Et hoc pulchre notauit Themist. in. 2. de anima. in tex. 62. vbi inquit q; sensum proprie pati & alterari à sensilibus, cùm patet q;, si visus exalbuit, alba non percipit, si manus recaluit, calida non sentit: si palatum indulcuit, dulcia non dignoscit, aures strepitum familiarẽ obaudiunt. Ad formam igitur contradictionis dic q; in alteratione & passione vera passum mutatur de habitu contrario in habitum contrarium, & passum fit materia agẽtis, sed in alteratione pfectiua, qualis est sensitiui, non est de contrario habitu in contrarium, nec id, quod patitur fit materia formæ agẽtis, sed solum desinit in iudicium & cognitionem mediante receptione solius formę circũscripta materia. forma. n. sola sensibilis est, quæ sensorium percutit. Solum igit hic est salus, quia sensitiuum, antequã priuatur à sensibili, non habet formam ſm quã fit assimilatio, sed facta passione habet. vnde ex non formato fit formatum, & ex non cognoscente in actu fit cognoscens. sensibilia enim extra actiua sunt huius operationis, vt dicit Arist. in. 2. de anima. in te. cõ. 59. quod qualiter sit intelligẽdum superius declarauimus. non valet autẽ q;, si sensitiuum ante pati non est simile, igitur est contrarium, quia negatio affirmationem non infert. Vel dic q; est priuatiua cõtrarietas, ex quo existens simili fit similis, sed non positiua, sicut est in vera.

Ogare ethicus febrem suam nõ sentit.

Secundo de aia. tex. 62.

Trigesimanona contradi. est super eodem tex. Aristoteles inquit q; sensitiuum est tale in potentia, quale est sensibile actu, & passum est tale, quale est illud. Sed huius oppositum sequitur ex his, quæ scribuntur infra ab eodẽ in te. cõ. 121. vbi dicitur q; proprium est vniuscuiusq; sensus susceptiuũ esse specierum sine materia. Manifestum est autem q; sensibile actu, quod mouet sensum, est forma in materia, sed sensus seu sensitiuum nũquam actu, vbi passum fuerit, habebit formam sensibilis in materiali, & naturali esse. Et tunc iterum cessso q; ista receptio sit ſm speciem, restat qũo sit facta assimilatio inter sensibile habens esse materiale, & ipsum sensum. Solutio. Solvitur, vt tradit Arist. in. tex. cõ. 57. extractio potentiæ secundæ ad actum secundum fit ab eo quod est actu, & simili sic, sicut potentia ad actum. non est enim necesse vt passum assimiletur agenti in natura, aut in forma, aut in modo essendi simpliciter, non in natura, alioquin cœlum non posset agere in ista inferiora, quæ sunt distantis naturæ: nec in forma, alioqn Sol nõ posset generare hominem: nec in modo essendi, sicut est in casu nostro. sed vt scribit etiam Cõmen. 12. meta. c. 18. ista similitudo debet esse talis, qualis est inter potentiam & actum. potentia enim est ordo & habitudo ad actum. quotiens igitur currit inter agens & passum talis proportio, vt tale sit passum in potentia, qua pati possit ab agẽte, qualis est in actu agens, vt posit agere, tunc semper prouenire potest actio, nisi aliqd impediat. Et hoc præcipue etiam verificatur in casu nostro, vt allegatum est ex mente Philosophi. licet igitur sensibile extra habeat esse materiale, & sensus recipiat ſm esse spirituale, est tamen talis proportio, vt sensus à sensibili sic pati possit, sicut sensibile põ agere. Vtrũ autem sensibile virtute propria adæquate, an etiã concurrente extrinseco motore causet istud esse spirituale, dubitatio ardua est, & mora per Auer. in cõ. 60. quę in diget perscrutatione separata, de qua infra dicam. Sic igitur intelligere potuisti, qualis similitudo currit inter sensibile & sensitiuum, quia est talis, qualis est inter potẽtiam & actum. Sed, quia intellectus adhuc nõ quiescit, dicamus, altius quædam repetentes, q; forma rerum sensibilium habet duplex esse, naturale, & extraneum, naturale in materia, extraneum vero in medio, vel in aia, sicut scribit Cõmen. in. 2. de anima in cõ. 97. Et, qa anima est primo diuersa à materia, est alter modus receptionis animæ, & alter materiæ, vt scribit Cõmen. 3. de anima. cõ. 5. in princi. Sic enim anima quodãmodo dicitur esse omnia, quia per sensum est omnia sensibilia, & per intellectum est omnia intelligibilia. 3. de anima. te. cõ. 37. vnde Cõmen. in lib. destructio destruct. disputa. 3. in solu. 28. dubij, dicit q; quælibet forma habet esse duobus modis, videlicet esse intelligibile, quando comprehendit separatum à materia ab intellectu: & esse sensibile, videlicet id, quod habet actualiter in materia. verbi gratia lapis formam habet materialem extra actum, & aliam formam, quæ est intellectio, & comprehensio facta in anima, prout anima rationalis capit eam separatam. quia igitur forma quælibet, dicit, habet duplex esse in anima, & extra animam ex formis sensibilibus istis, sicut materia est in potẽtia ad talem formã in esse naturali, sic anima est in potentia ad eandem formam in esse spirituali, quia lapis non est in anima, sed forma lapidis, vt dicit in. 3. de anima. &, sicut agẽs transmutans materiam in esse naturali, assimilat sibi passum in tale esse, sic sensibile mouens sensum in esse spirituali assimilat sibi ipsum in tali esse, vel per se, vel concurrẽte extrinseco motore. Et ad hoc animaduertens Philosophus in. 2. de anima. in tex. cõ. 138. dicit q; videns quodãmodo coloratus est: sensorium enim vnumquodq; susceptiuum est specierum sine materia. Vides igitur clare qũo sensitiuum fit simile, vbi passum est à sensibili. Et hoc est, quod Cõmẽ. notat in cõ. 62. vbi inquit q; sentiens innatum est perfici per intentionem rerum sensibilium, non per ipsas res sensibiles. Et, si non, tunc esse coloris in visu & in corpore esset idẽ. Et, si ita esset, tũc esse eius in visu non esset comprehensio. vbi patet hanc esse differẽtiam inter esse coloris in visu, & esse eiusdem in corpore colorato. quia in visu est comprehensio, sed in corpore colorato non est comprehensio. Et propterea inquit Cõmen. q; Arist. animaduertens ad hanc differentiam dixit q; sentiens est illud, quod est in potentia, sicut sensatum est in perfectione. & non dixit q; est in potentia sensatũ: quo ntam, si ita esset, idem esset esse coloris in visu & in sua materia, ex quo patet colorẽ in visu non esse, sicut forma in materia, sed sicut cognitum in cognoscente.

Solutio.

Quadragesima cõtradi. est super eodem tex. Arist. dicit q; sensitiuum patitur non simile existens, passum autem assimilatum est. Sed ex hoc sequitur, vt sensatio fiat in tempore: quod tamen est falsum, est enim subita mutatio,

Secundo de aia. tex. 6

mutatio, & in talibus non differt fieri à facto esse, nec pati à passo esse, vt demonstratur in. 6. physi. auscultationis. Soluitur. intelligitur isto modo q; sensitiuum ante receptionem speciei à sensibili nõ est assimilatum illi, sed post receptionem, sic enim anima est omnia ſm receptionem, & similitudinem, vt dicit Cõmẽ. in. 3. de anima, ideſt per receptionem similitudinum.

Solutio.

Secundo de ia. cõ. 62.

Quadragesimaprima contradi. est in cõmẽ. 62. Sensibile non agit in sensum, nisi quando est contrarium. Oppositum. 2. de anima. 57. Soluitur. 2. de anima. 57. tex. distinguitur de duplici alteratione, pfectiua, & corruptiua. licet igitur in sensatione non sit vera contrarietas ad agendum actione corruptiua, est tñ aliqualis, talis qualis requritur inter mouens & motũ, & alterans et alteratũ alteratione perfectiua. Vide ibi, & intelliges.

Solutio.

Secundo de ia. tex. 63.

Quadragesimasecunda contradi. est in tex. 63. Aristo. describens sensibile proprium inquit. Dico autem sensibile proprium, quod non contingit altero sensu sentiri, & circa quod non contingit decipi. Circa autem hãc secundam conditionem est cõtradictio, quia Cõmen. dicit hoc esse verum in maiori parte, sed non expressit in quibus casibus est verus, & in quibus non. Themistius autem volẽs hoc specificare in. 2. de anima. ca. 21. super expositione præsentis loci assignat tres conditiones, videlicet q; organum sit incolume, quod nõ sit perturbatum medium, & quod sit debita distãtia. & cùm hac glosa omnes ferè Latini interpretantur locũ istum. Nos autẽ inuenimus Alexã. in paraphrasi de anima in capũ. 12. vbi declarat quæ sunt sensibilia per se, & quæ per accidens, quod assignat quandoq;. inquit enim. In proprijs autem sensibilibus sensus potissime verti sunt, vbi sensibus ea seruantur illæsa, quibus cum sensitiua suscepti nata sunt. Quorum primum, atq; præcipuum est, vti ſm naturam valẽtia & sana sensoria sint. Deinceps vero rei sensibilis situs. neq; enim res retro positas visus cernere potest. Tertio loco æquabilis iterualli mensura necessaria est. nõ enim ex omni spatio sensoria res sensibiles excipere possunt. Præter hæc autem opus est medio, quo intercedente ad sensorios ministerria, commoda, & apta sensibilium susceptio præbeatur. neque enim visio fieri potest, nisi colluminato perspicuo. Postremo nthil oportet, quod sensum interpellat & turbet. neq; enim audire possumus, cùm soni vehemẽtiores obstrepunt, & sensum inturbant. Aut igitur Themistius est diminutus, aut Alexã. superfluit. Dicimus q; Alexandri Themistius dicitur abbreuiator, vt notat Cõmen. 12. meta. cõ. 2. & ideo duæ illæ conditiones expressę per Alexan. reducuntur & virtualiter continẽtur in illis tribus expressis per Themist. nã debita distantia sensilis ad sensum præsupponit etiam debitum situm, & includit illum, quia non dicitur sensibile esse in debita distantia, quando non est in situ conuenienti ad hoc vt sentiatur. sensile etiam dicitur in respectu ad sensum, cuius est inuitatiuum. Similiter vltima conditio, vt non sit aliquis motus fortior, qui impediat, reducitur ad illam, videlicet q; mediũ non sit perturbatum. & ideo quod Alexan. pluribus expressit, Themistius paucis perstrinxit. Quòd si dicatur vltra istas conditiones requiri alią, videlicet q; virtus non sit distracta, qa ad alia fortiter intenti delata sub oculis non videmus, vt dicit Philosophus in libro de memo. & remini. Dic q; continetur in prima illa conditione Themistij. quia in distractione mentis ad altiora reuocatur sensus communis, & spiritus ad interiora, vt notat Cõmen. in cõ. super lib. de somno & vigil. & ſm Alexan. reducit ad postremam conditionem adductam per ipsum, qa motus maiores impediunt minores. & ideo, quando virtutes interiores vigorantur in suis actibus, exteriores debilitantur, & e contra.

Secundo de aia. cõ. 65.

Quadragesimatertia cõtradictio est in cõ. 65. Dicit Cõmen. q; sensibilia cõmunia sunt propria sensui communi. Huius oppositum patet infra cõ. 133. vbi dicitur q; non sunt propria alicui sensui. Soluitur, per sensum cõmunem non intellexit hic virtutem aliquam distinctã ab alijs sensibus, sicut imponit sibi Sanctus doctor hic: sed intellexit cõmunitatem sensuum, quia sensibilia cõmunia possunt sentiri à pluribus q;ꝫ ab vno sensu. & ideo dixit q; sunt propria sensui cõmuni. Et tu vide Themistium in. 2. de anima, super. 133. Et sic argumenta Sancti doctoris nulla. & sic etiam patet quòd nulla sit contradictio.

Solutio.

Secundo de ala cõ. 72.

Quadragesimaquarta cõtradi. est in cõ. 72. Dicit q; color vniuscuiusq; visibilis videtur in luce: siue illud visibile videatur in obscuro, siue videatur in luce. Sed ex verbis infra in eodem cõ. videtur oppositum istius sequi. qa ibi habet q; color non est visibilis, nisi mediãte luce. Soluitur. dictum eius verificatur de visibilibus, quæ videntur in obscuro, & in medio illuminato: sicut sunt noctilucæ, & quercus putrefacta, quæ & die et nocte videri possunt. tamen ratione alterius videntur in die, & ratione alterius videntur in nocte. nam in nocte videntur merito lucis, in die merito coloris, & nõ merito lucis subiectiue existentis in visibili, qa lumen magis obfuscat minus. cùm hoc tñ stat q; talia videantur, vt colorata in medio actu lucido, & mediante luce continentis. Et sic propositio est vniuersaliter vera, q; omnis color in quolibet visibili existens non videtur, nisi mediante luce.

Solutio.

Secundo de aia. cõ. 72.

Quadragesimaquinta contradi. est in eodem cõmẽ. Cõmen. habet q; color non est visibile nisi mediãte luce. Oppositum. 2. de anima. cõ. 67. vbi habetur q; color non est visibilis per aliquam formam sibi cõtingentem, sed est visibilis per se. Soluitur. visibilis est color mediante luce, quantum ad actum imutandi diaphanum, & organũ sensus mediante luce. lux igitur est diaphani dispositio pro formis colorum recipiẽdis, & pro visu. non enim colores in obscuro videri possunt, licet sint actu colores etiam in obscuro existẽtes. visibilitas igitur competit colori per se in secundo modo: quia forma coloris est causa visibilitatis eius. Sic igitur patet contradictionis sedatio, si recte vides.

Solutio.

Secundo de aia. cõ. 76. & 79. Solutio.

Quadragesimasexta cõtradictio est in cõ. 76. &. 79. Quia in. 76. dicit q; medium in sono est aer, non aqua: sed in. 79. dicit oppositum. Soluitur. in aqua non fit sonus realiter, sicut fit in aere, sed solum spiritualiter. & sic ẽt intelligitur dictum eius in cõ. 81. infra. in prin. cõ.

Secundo de aia. cõ. 84. Solutio.

Quadragesimaseptima contradi. est in cõ. 84. Dicit Cõmen. aerem in aure semper moueri, & tamen in. 81. dixit ipsum quiescere. Soluitur in eodem. 84. quia motus aeris existentis in aure est motus proprius: sed motus in aere extraneo, & non organico est motus extraneus. cũ hoc igitur q; talis aer organicus mouetur motu proprio, stat ipsum quiescere quiete opposita motui extraneo. sic soluitur, vt vides, instantia. sicut ẽt ignis in sphęra, ppria põt dici motus, & gelcẽs diuersimode.

Secundo de aia. cõ. 91. Solutio.

Quadragesimaoctaua contradi. est in cõ. 91. Dicit q; non habere pulmonem sit causa remota nõ respirandi. Et tñ pº poster. dicitur q; est causa propinqua. Soluitur. dictum eius in posterioribus habet veritatem respectiue, non absolute: quia non habere pulmonem est causa propinqua respectu non animalis, tamen simpliciter propinqua non est.

Secundo de aia. tex. 92.

Quadragesimanona contradi. est in tex. 92. Aristo. & Cõmen. videntur dicere q; differentiæ odorum male, & cũ difficultate apprehenduntur ab homine. prauc enim odorat homo. Ex aduerso autem scribit Auer. in cõ. libri de Sẽsu & sensi. in capũ. 5. quod homo apparet q; melius distinguit differentias sensibilium olfactus,

q; cæteri

Solutio. ꝯ cætera animalia. Soluitur per doctrinam Aristote. in.5.de genera.anima.cap.2.Nam acute videre, audire,& olfacere bifariam dicitur, aut quia distincte percipiendo differentias istorum sensibilium,aut procul, & à remotis attingendo ipsa,primum prouenit ex syncerita te & temperamento organi,& quia complexio humana est magis temperata aliꝫ complexionibus brutorum, sic omnes sensus hominis sunt pfectiores aliꝫ, vnde distinctius peroipit omnes differẽtias sensibiliũ, ꝯ faciant cætera.sed percipere à remotis obiectũ prouenit ex situ organi. vnde qui habent oculos profundos,et palpebras grossas à remotis inspicitũ,illi autem qui habent oculos eminentes, non possunt ad longam distantiam. sic animalia multa procul olfaciunt ex situ organi,vnde catelli Laconici, qui habent porrectas nares,eminus olfactunt, homo igitur in hoc à ꝯplurib⁹ animalibus vincitur, sed non vincitur indistincte iudicando differentias sensibiliũ.Et hoc etiam fatetur Cõmen.in lib.de sensu & sensi. dicit enim ꝙ apparet ꝙ homo melius distinguit differentias sensibilium olfactus,ꝯ cætera animalia,& tamẽ multa animalia comprehendunt fortius odores à remotis. Hoc etiam inuit in præsenti cõmen.92.prope finem.

Secundo de aia.c.94. Quinquagesima contradictio est in cõ. & in procemio metaphy. Nam hic videtur sensus tactus præcedere alios sensus,& per consequens visus: ibi vero visus aliꝫ præferi sensibus. Solutur,priora generatione via perfectionis posteriora sunt,sic dicimus prioritatem tactus ad alios sensus esse prioritatem ſm subiectum & materiam: sed prioritas visus ad tactũ est prioritas formæ & finis. Et hoc etiam confirmat Cõmenta.in.2.de anima.cõ.77. vbi dicit ꝙ Arist. videtur ordinare consyderationem de virtutibus sensus ſm nobilitatẽ, non autem ſm naturam. prius enim egit de visu ꝯ de aliꝫ, sed Auic.6.naturalium ordinauit talem consyderationem ſm naturã:quia prius egit de tactu ꝯ de aliꝫ. Pro hoc vide.2.de generatione & corrup.tex.cõmen.7.

Solutio.

Secundo de aia.c.97. Quinquagesimaprima contradi. est in cõ.97. Dicitur ꝙ raritas ignis est maxima.Oppositũ.4.physi.72. vbi dicit ꝙ crescit in infinitum. Solutur. est maxima ſm naturam, prout consequitur formam existẽtem in materia,terminatio enim est à forma: sed prout in materia absolute est, in infinitum tẽdit, cũm infinitudo sit a materia.3.physico.62.

Solutio.

Secundo de aia c.98. Quinquagesimasecunda contradictio est in cõ.98. &.101.Quia hic dicit ꝙ omnes sensus indigent medio, ettam gustus,& tactus.tamen de gustu & tactu oppositum apparet in cõmento.101. Solutur.tbi negat requiri medium extrinsecum, & hoc per se: nam in sensu tactus, & gustus non concurrit medium extrinsecum per se, sed per accidens. vide pro hoc cõmen.115. secundi de anima.Et ideo Cõmẽ.in prin.cõ.116.secundi de anima dicit ꝙ aer et aqua in talibus sensibus sunt media,si debent dici media. ex hoc enim apparet ꝙ illa non sunt vere media,sed sunt media per accidens,vt ipse declarauit in cõ.115. Et eodem modo soluitur contradictio iudicis eius super cõ. lib.de sensu & sensi. vbi dicit ꝙ sensus tactus & gustus non indigent medio. & tamen in hoc.98.dicit ꝙ indigẽt medio. Solutur. tbi negat tales sensus indigere medio extrinseco in ratione per se,& veri medij: hic concedit eos indigere vero & per se medio intrinseco. tensibile enim positum supra sensum non causat sentationem,secũdum Aristo,quicquid dicat Auicen.in hoc.

Secundo de aia cõ.100. Quinquagesimatertia contradi.est in cõ.100. Dicit ꝙ amputatio venarum & viarũ anhelitus est propter necessitatem, & non propter melius. Oppositum in simili scribitur in.2.phy.82.&.88.cõtra Antiquos.Ponderas, ꝙa non affertiue,sed dubitatiue loqtur,& cogitat. Quinquagesimaquarta cõtradi.est in cõ.108. Dicit graue & leue esse substãtias, &.5.meta.18. dicit ꝙ sunt quantitates,& pº cœli.17.dicit ꝙ sunt substãtiæ.etiam in.2.de generatione & corruptione,&.7.phy.11. &.2. de partibus animalium. cap.pº. habetur ꝙ sunt qualitates. Vide quæ scripsi super.7.phy.in cõ.11. Et, si vis curiosius videre, vide Cõciliatorem in differentia. 42. in tertio dicendorum.

Secundo aia. cõ.1

Quinquagesimaquinta cõtradi. est in cõ.116. Dicit carnem esse medium, & non instrumẽtum tactus. Sed in cõ.super libro de sensu & sensi. & in.2.colliget. cap. de iuuamentis carnis, & in cap. de iuuamento tactus, dicit oppositum. Vide Conciliatorem differentia. 42. in.3.dicendorum de hac materia. quia qñ dicit Cõmẽ. ꝙ caro est organũ tactus, intelligitur de carne cordis: quia in corde ſm Philosophum est radix istius sensus, & organum, quando dicit ꝙ est medium ,loquitur de alia carne. Alij per carnem intelligunt carnem neruosam esse tactus instrumentũ,& ponunt neruos esse partiale instrumentum tactus, sicut ipsemet Cõciliator tenet. Et huic opinioni fauere videtur Cõmen.2. de anima.cõ.108.vbi dicit ꝙ tempore Aristo.quo scripsit librum de animalibus,non erant noti nerui,sed post per anatomiam apparuit.illud enim,quod scruit Arist,ratione tenuit post per sensum. nam vult ꝙ Philosophus per illud,quod est intus carnem, intelligat neruum: & tale est organum tactus partiale. & ista est via Auer. sine dubio.Sed salua reuerentia Auer.eius positio non videtur esse de intentione Aristot. Nam dicere,quando Arist.composuit librum de partibus animalium,in quo expresse ponit organum tactus in corde esse, sicut est videre in.2. lib.cap. 10. & in libro de sensu & sensi. ꝙ tunc non fuerunt cogniti sibi nerui, quia scientia sectionis erat tunc ignota, istud in veritate esse videtur vnum magnũ mendacium.Nam Philosophus plerũq; de neruis loqui videtur in libro illo, sicut in cap.8. vbi agit de carne, & de his, quæ vice carnis habentur. & in libro de historijs animalium plerunq; de neruosa carne meminit, vt in.3.cap.5. Nec est verisimile ꝙ tantus Philosophus, qui fuit solertissimus naturæ rimator, librũ illum sine anatomia conscriberet. quomodo enim de cordis ventriculis, deꝯ aliꝫ minutissimis membris conscripsisset ita solerter, nisi propriꝫ oculis vidisset singula? Nerui autem non sunt adeo minutissima corpora,ꝙ propter sui paruitatem non possint videri.

Secundo aia. co. 11

Præterea sententia Philosophi fuit sensum tactus medietatem contrarietatum obtinere. Et ideo dicit in.2. de anima in tex.cõ.124. plantæ non sentiunt, quia non habent medietatem: sunt enim complexionis multum terrestris,&.3.de aia.tex.cõ.66. aut Philosophus, omnium enim tangibilium tactus est, sicut medietas & susceptiuus sensus, non solum quæcunq; differentiæ terræ sunt,sed calidi & frigidi, & aliorum omnium tangi possibilium.& propter hoc ossibus & capillis,& huiusmodi partibus non sentimus,quia terreæ sunt.& plantæ etiam ob hoc neq; sensum vnum habẽt,quia terreæ sunt. Arguitur ergo sic, nerui sunt terrestris cõplexionis,sicut omnes Medici, & Philosophi testantur. ergo talibus non sentimus.patet consequentia,quia manente causa,manet effectus,qũo ergo Auer.exponit ꝙ illud, ꝙ est organum tactus est illud,quod est intus:& per illud quod est intus exponit neruum:cũ nullo modo neruo sentiamus? Confirmatur authoritate Philosophi, quę nõ recipit glosam pº de aia.79.tex.scribit enim ibi Philosophus, quæcunq; enim insunt in animalium corporibus simpliciter terræ,vt ossa,nerui,pili, nihil sentire videntur. quare dicendum est illud, quod intus est, esse organum sensationis: & tale est ipsum cor. Ista est veritas. & ita Simplicius, & Antiqui exposuerunt locum

Secundo de aia.cõ.11

Solutio,

Secundo de aia.cõ.129.

Solutio.

Digressio. Secundo de aia.tex.139. tra Auer. intentionem. sensus tact.

Solutio,

Secundo de aia.tex.133.

cum illum. Et in hoc nolo cũ Auer. esse. quia, vt mihi videtur,in hoc quæsito dimisit præceptorem suum,& imitatus est potius Medicos. Nam, sicut scribit Philosophus pº ethico.cap.7.pro defensione veritatis etiam propria impugnare oportere,præsertim Philosophos, magis existimandum est, nam cũm ambo amici sint, pium est veritatem in honore præferre. Excusare ipsum possum,de errore defendere non possum.nam litera sua in pº de anima non loquitur de neruis, sed de ossibus solum.Similiter sermo Medicorum, in quibus ẽt versabatur, fecerunt ipsum à veritate deuiare. Hęc notauimus hic propter errorem cõmunem imponẽtum Aristo.illud,quod negat expresse,& istud non prouenit,nisi quia videnț expositores,& de tex.nihil.

Quinquagesimasexta contradi. est in cõ. 129. dicit ꝙ demonstratio illa Philosophi fundatur super propositiones:quarum vna est,ꝙ omne,quod sentit animal, aut sentit ipsum per contactum, aut mediante corpore extraneo.si ista disiunctiua datur per opposita, sequitur aliquam sensationem sine contractu fieri: cuius oppositum patet.7.phy.tex.cõ.12.vbi habetur ꝙ omnis alteratio perfectiua fit per contactum. si non datur per oppoſita,non est disiunctiua,per Boetium in libro diuisionum. Solutur.per contactum intellexit medium intraneum,& sic sensus est ꝙ omnis sensatio,aut fit per medium intrinsecum,aut per medium extrinsecum.Et ista bene opponuntur,sicut vides.

Quinquagesimaseptima contradi.est in tex.130.Dicit Arist.aerem esse auditus,aquam vero visus,ignem autem aut nullius, aut omnibus cõmunem, quia nihil sine calore sensituum est. Sed huius oppositum habetur ab Auer. in.3.colliget.cap.36. vbi dicit ꝙ auditus est aeris, aqua visus, olfactus attribuit igni. Amplius videtur ꝙ organum olfactus,cùm sit in anteriori parte cerebri, ꝙ sit frigidum & humidum, & ita erit aquæ tantum,& non aeris,aut aquæ.vt Arist.dicit hic. Solutio est,quòd non est intentio Arist.dicere ibi esse organum alicuius sensus ex vno tantum simplici cõstans elemento, quia animal & mẽbra eius ex quatuor constant elementis: sed sua intentio est aliqua sensoria elementis simpleibus attribui,in quibus ipsa mixtio non est manifesta,& sic pupilla attribuitur aquæ,auditus, aeri.vnde si pungatur oculus, non exit nisi aqua, & in auribus,apposito cornu,sentitur aer complantatus,vt dicitur in.2.de anima. Olfactus autem propterea dicitur esse altertus istorum, vt notãt Cõmenta. & Græci expositores, non ratione organi, sed ratione animaliũ, quorum quædam olfaciunt per aquam, vt pisces, & quædam per aerem, vt animalia degentia in aere, Ignis autem propterea dicitur, aut nullius esse, aut omnibus cõmunis, quia ignis, qui est feruor, & exustio, corrũpit organa sensitiua & animalia: alter est elementalis,qui regulatur ab anima.et sic calor ille est naturalis,vt ab anima regulatur,& sic est omnibus cõmunis. vnde proportio cuiuslibet sensus & organi ad ignem sub ratione,qua sunt in actu secundo,est proportio tanquam ad formam. & proportio ad alia elementa præter ignem,vt sic,est sicut ad materiam,quia semper respectus imperfectioris ad perfectius est respectus materiæ ad formam, aut instrumẽti ad agens.3. de anima cõ.36.sed quando Auerro.dicit organum olfactus esse ignis, hoc intelligitur ex parte modi, quo multiplicatur intensio odoris.qui aut est fumalis euaporatio,aut non fit sine ea:& non intelligit quantum ad organum.

Solutio,

Secundo de aia.tex.133. Quinquagesimaoctaua contradi. est super tex. 133. Aristo.& Cõmen.dicunt ꝙ numerus cognoscitur negatione continui.Sed hoc videtur esse contra id,qd habetur in.10.meta.tex.cõ.2. vbi dicitur ꝙ omnis numerus vno cognoscitur,& ibidem tex.cõ.4.numerus ſm quòd est cõpositus ex vnitatibus, mensuratur per vnitates.Amplius est dubium, qũo numerus est priuatio continui, vt dicit Cõmen, in cõ. Paulus Venetus dicit ꝙ sumitur priuatio pro contrario minus perfecto, vt nigredo dicit priuatio albedinis. & quia in inuitando sensum, vnum euidentius sentitur,& certius ꝙ multitudo, ideo dicitur ꝙ numerus est priuatio continui. Sed hoc non potest stare, quia littera dicit ꝙ numerus cognoscitur negatione continui,& Cõmenta.etiam in cõ.videtur ꝙ talia se habent vt priuatio & habitus,qa loquuntur vniformiter hic, sicut de quiete respectu motus. Et ideo dicimus nos ſm Cõmen. ꝙ sicut de quiete dicebatur ꝙ sensus non comprehendit quietem, nisi post comprehensionem motus, ita etiam sensus nõ cognosceret numerum, qui causatur ex diuisione continui,nisi prius cognouisset ipsum continuum, quod est vnum. Et hoc est, quod dicit Cõmen. ꝙ comprehẽsio multitudinis, & numeri est per comprehensionem priuationis continui, quod est multitudo. Vbi aduerte, vt habetur in.4.phy. numerus diuiditur per vnitates, sed non cõtinuatur per vnitates. & ideo in numero est priuatio continuationis.& isto modo sensus cognoscit naturam negatione continui,pro quãto cognoscit multa,quæ non sunt vnita in vno cõtinuo,&,si sensus non præcognouisset vnum continuum, non posset illud iudicare in ratione numeri. & sic numerus cognoscit negatione continui,vnde, vt dicit dñs Albertus hic, sensus oppositorum est idem essentialiter, vbi vt dixi, essentialitas se tenet ex parte potentiæ cognoscẽtis. Simplicius autem dicit in presenti loco ꝙ non est intelligendum numerum cognosci negatione continui, sicut tenebra à visu per priuationem lucis, ex hoc ꝙ non mouet visum, quando quidem numerus est per se sensibilis,sicut vnum, sed quoniam opponitur vnum multitudini, & quia multitudo congregat insimul vnũ continuum ſm vnumquodq; eorum, ex quibus multitudo componitur, quoniam in sensibilibus vnũ, vt continuum,est vnum, non autem in multitudine manifestatur, & in congregatione ipsum continuum, quãuis et vnus sit numerus ſm diuisam collectionem,et vnus est,& cognoscitur,sed non vt continuus,& hoc manifestat continui negatio, videlicet ꝙ numerus non cognoscitur solum vt vnum, hoc enim insensibilibus solum continuum est, sed in collectione istorum talium, collectione recusante continuationem. & est expositio satis subtilis in veritate.& in hoc credo verũ esse quod dicit.quia numerus dicit formam positiuam, & nõ est pura priuatio,sicut quies. Vbi animaduerte ꝙ numerus mathematicus,qui ex vnitatibus idiuisibilibus resultat,vt sic,non cadit sub sensu,sed sub imaginatione. & vt sic, pertinet ad Mathematicum. sed numerus,qui est sensibile cõmune, resultat ex vnitatibus corporalibus sensibilibus. idem enim est dicere res sensibiles & corporales, vt dicit Simplicius in prolo.phy. Et illa ratione vnitas sensibilis est vnum, quod est continuum, non illud, quod pẽsse est indiuisibile, & est principium numeri mathematici, quia illud pertinet ad imaginationem. Ita mihi videtur pro nunc dicere. quare licet in istis sensibilibus cõibus conueniat Naturalis & Mathematicus, tamen alio & alio modo.qa Naturalis consyderat de istis,vt sunt contũcta sensibilibus proprijs, & vt mouent sensus aliquo motu,& ipsis propijs.sed Mathematicus abstrahit ab isto motu istorum,vt conjunctus est propijs, & sic non pertinet sua consyderatio ad sensus istos, nec est sensibilis, sed imaginabilis tantum. Et per hoc patet solutio ad ea, quæ in oppositum adducebantur,quia Aristot.in.10. meta.tractat de numero, vt est quantitas discreta ex vnitatibus indiuisibilibus præcise resultans: & de hoc est verum ꝙ

numeratur

numeratur per vnitates, vt componitur ex eis, & cognoscitur per vnitatis reiterationem. sed iste est numerus formalis. sed numerus sensibilis constat ex vnitatibus sensibilibus, & per illarum iterationem cognoscitur, vt dicit Arist. in. 4. phy. tex. cō. 134. & cognoscitur etiam negatione cōtinui ſm alterum dictorum modorum, vel ſm Auer. vnde numerus sensibilis & naturalis est ille, qui causatur ex diuisione continui. et, qa continuum non componitur ex indiuisibilibus, vnitates istæ sunt res cōtinuæ, sed mathematicus numerus causatur ex vnitatibus indiuisibilibus. Ex hoc patet solutio ad obiectiones, quæ possunt fieri, qūo numerus dicit priuationem vnitatis & continuationis, & tamen oppositum habetur. 10. meta. vbi tex. cō. 8. dicitur q vnū opponitur priuatiue multitudini. & confirmatur, quia vnum dicit indiuisionem ſm Auer. quæ priuatio quædam est, & per consequens numerus non est priuatio vnitatis, sed ecōtra. Solutio. est æquiuocatio in sermone. quia in. 10. meta. agitur de vno transcendenter sumpto: & tale opponitur priuatiue multitudini. & ēt loquēdo de vno, quod est principium numeri dicit indiuisionē, quæ est priuatio multitudinis. tamen hic est sermo de numero sensibili, qui importat negationem continui, ex cuius diuisione resultat, & nō sumitur pro numero mathematico, qui est quātitas discreta ex vnitatibus indiuisibilibus causata: quia talia vt sic sunt separata à sensibus. Vnde pōt dari alius intellectus subtilis illius authoritatis in tex. cō. 133. omnia ista motu sentimus, i. motus contrahit & specificat ista entia ad esse sensibile, & coniungitur ipsi materię sensibili, vt dicit dñs Alber. in quęstione de homine. Sed licet hoc sit verum in se, non tamen est ad propositum. quia tūc esset æquiuocatio in paruo spacio de motu. quia Philosophus in tex. habet statum, quiescens autē eò quòd non mouetur. & tunc non esset verum omnia sensibilia cōmunia contrahi ad esse sensibile per motum, quia sallit hoc in quiete. Nisi esset q Albertus diceret quietem etiam contrahere ad esse sensibile ista, quia natura est principium motus & quietis. Sed magis placet alterum horum sensuum, videlicet Themistij, & Auer. per motum, intelligendo motum spiritualem, vel sicut exposuit Simplic. Et aduerte q discretio numeri, vt numerus est sensatum cōmune, cōmunis est ad omnem diuisionem partium continui, ſm quam diuisionem diuersa cognoscuntur sensata, quæ sunt in ipsis, & sic numerus cognoscitur negatione continui ratione istius diuisionis, seu discretionis partium coniunctarum in separatione consistentium, & includentium negationem vnius continui.

Secundo de anima. cō. 133. Quinquagesimanona contradi. est in cō. 133. Dicit Cōmen. q id, quod inuenitur vni accidentaliter, inuenitur alij essentialiter. Vide oppositum. 2. phy. cō. 48.

Solutio. Solutur, q id, quod est accidentaliter vni naturæ, est essentiale alteri naturæ: sed id, quod est accidentale vni naturæ non potest esse essentiale alicuius eiusdem rationis cum illa natura. primo modo intelligitur authoritas Cōmen. hic: secundo modo intelligitur authoritas eiusdem in. 2. phy. in cōmen. allegato.

Sexagesima contradi. est in eodem cō. Dicit priuationem essentialiter cognosci. sed supra cō. 120. dixit q accidēt aliter cognoscitur.

Secundo de anima. tex. 120. Solutio. Solutur. supra dixit hoc comparādo ad habitum. hic vero dixit oppositū comparando ad potentiam. eadem enim est potentia respectu priuatiōis & habitus essentialiter, licet habitus per se cognoscatur, & priuatio illius habitus per accidens.

Secundo de anima. cō. 134. Sexagesimaprima contradi. est in cō. 134. Dicit Cōmen. q virtus, comprehendens istum esse Socratem, aut filium hominis, est fuptor virtute sensus. Huius oppositū scribit ipse in. 2. de anima in cō. 63. vbi dicit q cogitatiua hominis comprehendit intentiones indiuiduales decem prædicamentorum. Nisi esset q dictum eius hic intelligitur completiue: sed dictum eius supra in. 63. intelligitur initiative. Aut hic loquitur respectu sensus exteroris. virtus ista est superior, qua comprehendimus substantiam aut relationem: & ista virtus est cogitatiua. & hoc non cōtradicit Auer. in illo loco. Solutio.

Secundo de anima. cō. 135. Sexagesimasecunda contradi. est ibidem. Auer. habet q quando coniunguntur duo sensus ad iudicādum super eandē rem ipsam esse eādem, iudiciū est vtriusq; sensus, & non alterius tantum. Sed vide oppositum infra. cō. & tex. 146. Soluitur. dictum eius hic procedit de initio, & occasione iudicij, sed dictum eius infra procedit de complemento iudicij. vnde sensus exteriores respectu sensus cōmunis sunt sicut testes, qui examinantur à iudice, qui dicitur audire iudiciū vtriusq; partis, & postea proferre sententiam. Solutio.

Secundo de anima. tex. 141. Sexagesimaterția contradi. est in tex. 141. Dicit Aristo. q vnus est actus sensilis & sensitiui. Sed huius oppositum inuenimus apud Alexan. in paraphrasi de anima. in cap. de intellectu in actu, vbi dicit q sensus non fit idem cum rei sensilis specie. Soluitur. intentio Philosophi est q, cùm sensibile concurrat sicut motor, & sensorium sicut motum, & quia idem est actus motiui & mobilis, & motus est in mobili non in motore, sic actus sensibilis & sensorij idē est, & est in sensorio non in sensibili. Intentio autem Alex. est q sensus non sentit se, sicut intellectus seipsum intelligit post aliorū intellectionem, & illa ratione Alexan. dicit q sensus non fit idem cum rei sensibilis specie, quia post speciem rei sensibilis non est cōuersiuus supra seipsum, vt seipsum sentiat, sicut est de intellectu. Solutio.

Secundo de anima. tex. 140. Sexagesimaquarta cōtradi. est in tex. 140. Arist. dicit sensum cōmunem cognoscere alteratim inter sensibilia diuersorū sensuum, & in eodem instāti. vbi Commen. dicit in cō. q alietas est quædam relatio, & relatiua insimul existunt in actu. Sed ex hoc sequitur sensum cōmunem apprehendere relationem. Sed huius oppositum colligitur ex sentētia Cōmen. in. 2. de anima. cōmen. 134. vbi dicit q virtus, quæ comprehendit istum esse Socratem aut filium Socratis, est superior ad virtutem sensuum. & ita videtur q relatio non cognoscitur à sensu cōmuni. Soluitur, dictum Cōmen. intelligitur de sensu exteriori, quia ille non cognoscit substantiam, neq; relationē, sed sensus hominis interiores possunt hæc cognoscere. vnde intentio Cōmen. est ibi ponere differentiam inter illos modos duos, ſm quos aliquid dicitur sensibile per accidens. vnus est non simpliciter, & est quando sensibile vnius sensus comparatur ad alium sensum, ex quo accidit vt sit cōiunctum cum sensibili proprio illius sensus. vt si pomum fuerit coloratum & dulce, dulce dicitur sensibile per accidens respectu visus. nam hic est accidentalitas duorū sensuum exteriorum, qui sunt in eadem latitudine, quia ambo sunt exteriores, & vnus non est superior altero. Sed secundus modus per accidens sensibilis est, quando aliquod obiectum per accidens est coniunctum sensibili per se alicuius sensus, quod tamen nō est obiectum alicuius sensus eiusdem ordinis, sed superioris, sicut si album accidat vt sit filius Socratis. vnde ista relatio accidit albo, & non pertinet nec ad visum, nec ad aliū sensum exteriorem, sed bene potest pertinere ad sensum cōmunem, qui est virtus superior ad visum, & ad reliquos sensus exteriores, immo vt dicit Themi. est princeps aliorum, & alij sunt sicut famuli & ministri eius. Et ne videatur tibi mirum, vt relatio sensibiliū rerum sensu percipiatur, vt est sensibilis. nam Aristo. hoc expresse dicit in. 2. de anima. in text. cō. 145. q quia nos vnumquodq; sensibilium ad vnūquodq; comparādo discernimus

discernimus & sentimus, & sentimus q differunt, necesse est vtiq; sensu. sensibilia. n. sunt. vbi Cō. dicit q differentia est sensibilis, quę est inter sensibilia. licet. n. intellectus etiam differentiam inter sensibilia agnoscit, tamen in vniuersali & non signate, & sensibiliter. vnde videtur mihi relationem istam posse agnosci à sensu cōmuni, & non solum à cogitatiua, vt aliqui voluerūt: aliter rō Aristo. in tex. 146. non procederet, in qua demonstrat virtutem sensus cōmunis in eodem tempore indiuisibili apprehendere, & proferre iudicium de diuersis, vel contrarijs sensibilibus.

Secundo de anima. tex. 151. Sexagesimaquinta contradi. est super tex. 151. Arist. in hoc textu dicit q deceptio est magis propria ànimalibus, & in hoc plurimum tempus perficit anima. Sed vtrūq; videtur falsum esse. qa cognitio veritatis, cùm sit animæ perfectio, videtur esse magis propria animę. Secundum etiam falsum esse videtur, quia tempus dispositionis naturalis, & præter naturā æquale esse non potest, vt patet in. 2. cœli tex. cō. 38. vbi Cōmen. dicit in paraphrasi q tempus sanitatis est prolixtus tempore ægritudinis. & p° cœli tex. cō. 15. quæ præter naturam sunt, citissime corrumpuntur. Nisi esset q istud Arist. declarauit qūo sit magis proprium, videlicet ex parte temporis, non quia sit magis naturale. Et quando arguitur q tempus non potest esse æquale dispositionis naturalis, & præter naturam: Respondetur, q hoc locum habet in dispositionibus, quæ imediate inse quuntur formam ab agente mediante forma: iuxta illud, agens quantum dat de forma, tantum dat de accidentibus consequētibus formam, mediante tñ forma. sed cognitio non datur ab agente dante animā, sed causatur ab obiecto & potentia cognoscente. & licet anima pluri tempore versetur in ignorantia, q̄ in scientia, tempus tamen illud breue eligibilius est, quo versatur in scientia, q̄ tempus prolixum, in quo versatur in ignorantia, sicut præponendum est tempus breue in felicitate, q̄ prolixum in miseria: & ita adhuc non est æqualitas, si bene consyderas. proprium igitur hic sumitur, quò ad quando, & non aliter. nam multis modis proprium dicitur, vt patet in. 4. topi. Solutio.

Secundo de anima. cō. 153. Sexagesimasexta contradi. est in cō. 153. Dicit virtutem imaginatiuam distingui ab alijs virtutibus. In cō. 20. huius secundi dicit oppositum. Soluitur, hic loquitur de pfecta imaginatiua, quæ est in determinata parte corporis, & quæ est non solū respectu præsentis obiecti, verū etiam respectu absentis. sed ibi loquitur de imaginatiua imperfecta, quæ solum in imperfectis animalibus, & solum circa præsentia obiecta actū habet, quæ dissēminata est per totum animalis corpus. Solutio.

Secundo de anima. cō. 153. Sexagesimaseptima contradi. est ibidem. Dicit imaginatiuam differre ab intellectu & consilio, quia imaginamur dum volumus. Sed fuit oppositum, q hoc est nihil, quia à pari intelligimus cùm volumus. Soluitur. bene intelligimus dum volumus, sed non intelligimus verum cū volumus, sicut est de sensu & imaginatiua. Solutio.

Secundo de anima. tex. Comen. 155. Sexagesimaoctaua cōtradictio est in tex. cōmē. 155. Ponunt ibi quatuor habitus. Sed oppositū habetur. 6. ethic. cap. 4. vbi sex ponuntur habitus. Soluitur. Philosophus hic distinxit solum habitus, qui noti erant ab Antiquis vsq; ad sua tempora: sed in. 6. ethi. enumerat oēs habitus, quos ipse ex puris naturalibus nouit. Solutio.

Secundo de anima. tex. 156. Sexagesima nona cōtradi. est in tex. 156. In eodē cō. dicitur sensus esse veros in maiori parte. Et tamen oppositum dixit supra in. 152. vbi habetur q sunt semper veri. Soluitur. supra loquebatur de sensu, vt mouetur à sensibili: hic vero loquitur, vt ex se cōponit. Sed contra. nam etiā sensus, vt mouetur à sensibili, non est semper verus, sed frequenter, sicut patet. 2. de anima. commē. 63. & ideo forte sumpsit semper supra, ideſt in maiori parte. Vel si vis q ly semper sumatur, vt distinguitur contra frequenter, dicas q illud est verum, seruatis illis tribus conditionibus positis à Themistio in. 2. de anima. super tex. 63. Et Auer. seipsum glosat consimiliter. 4. metaphy. cōmē. 26. vbi habet hæc verba. Comprehensio autem, quæ fit vno sensu, & vno modo sensus, & in eadem dispositione est vera semper. Hæc de secundo dicta sufficiant.

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,
Super Tertio de Anima.



Tertio de anima. tex. primo. Ontradictio est in tex p°. Aristote. in hoc tex. videtur dicere q per intellectum materialē, qui possibilis est vocatus, homo intelligat. sic enim exponit Themi. & Cōmen. illud, quod dicitur hic. De parte autē animę, qua anima intelligit & sapit, i. per quem homo intelligit & sapit. Sed huius oppositum scribit Alex. in tracta. de intellectu cap. 3. vbi habet q intellectus agens est effectiuus intellectionis. et videtur esse etiā de sententia Commen. 3. de anima. cō. 19. vbi dicit q comparatio intellectus agentis ad materialem est comparatio quodāmodo principij mouentis ad materiam motam. Soluitur. intellectus agens, siue Deus sit, vt posuit Alexan. siue sit pars animæ nostræ, vt voluit Themi. & Cōmenta. pro tanto dicitur esse effectiuus intellectionis, qa comparatio eius ad intellectum materialē est sicut comparatio lucis ad diaphanum. comparatio autem intentionum imaginatarum ad ipsum est sicut comparatio coloris ad visum. et sicut lux est perfectio diaphani, sic intellectus agens est perfectio intellectus materialis. & sicut diaphanum non mouetur à colore neq; recipit ipsum, nisi qñ lucet, ita intellectus materialis non recipit intellecta, quæ sunt hic, nisi ſm q perficitur per istū intellectum & illuminatur per ipsum. & sicut lux facit colorem in potentia esse in actu, ita q possit mouere diaphanum, ita intellectus agens facit intentiones intellectas in potentia esse actu intellectas, quas recipit intellectus materialis. Ratione igitur specierum intellectarum intellectus agens dicitur esse effectiuus intellectionis: tñ iudicium ipsum & discrimen, quo de obiecto intellecto iudicamus fit per intellectum possibilem. nam, si sensus habet virtutem, per quam discernit sensibile, multo magis intellectus materialis. Vnde teneo intellectionem formaliter, qua intelligimus & iudicamus, imediate produci ab intellectu materiali illuminato per intellectum agentem, & informato specie intelligibili, sed dicitur ab intellectu agente causari ratione speciei, quia illa est ab intellectu agente effectiue. Et ista videtur esse sententia Auer. in. 3. de anima. in cō. 19. vbi dicit ponendo differentiam inter intellectum agentem et passibilem, q differunt in hoc, q iudicium est aliquid in capitulo perfectionis iudicis, actio autem nō est ſm illum modum in capitulo perfectionis agentis. Et ēt, si opinio opposita vera esset q intellectio imediate produceretur ab intellectu agente in nobis, non propterea sequeretur hominem formaliter intelligere per intellectum agētem, sed per intellectum materialem, quia eo formaliter anima intelligit & sapit. nam omnes expositores sunt cōcordes in hoc, q intellectus, de quo Aristo. loqtur in hoc principio. 3. de anima, est intellectus materialis. vnde, licet motꝰ effectiue sit à motore, non

tamen

tamen formaliter est in motore, nec formaliter motor denominatur moueri, sed mobile. ita est etiam de intellectione, quæ est quidam motus, licet æquoce dictus. & hoc tangit Cõmen. in præadducta differentia. Et, si replicetur in oppositum per authoritatem Themist. in 3. de anima. cap. 27. vbi dicit hominis essentiam esse intellectum agentem, & ꝙ omnis actio inde deriuatur & dicatur. Sol. Them. vt tradit Cõmen. 3. de anima. cõmen. 20. opinatus est intellectum materialem & agentem, & speculatiuũ esse vnum subiecto, & differre ſm modum. Et licet hoc teneat Them. aduerte tñ ꝙ in via eius iudicium formaliter attribuitur nobis per intellectum materialem, non quatenus ex potestate constat, sed quatenus agens est intellectus, quia illinc oĩs actio dicitur atq; deriuatur. Quòd si intellectus materialis non accipit indiuisibiliter ea, quæ intellectus agẽs tradit indiuisibiliter, nihil est ꝙ miremur, quando huius rei illud exemplum exploratum habemus, ꝙ affectiones corporum, candor, nigror, & eius generis cæteræ, quãquam propria ratione & suapte natura indiuisiles atq; insecabiles sint in materiam, tamen diuisibiliter et secabiliter recipiuntur. Et ex isto capite recte perpenditur ſm Themistium intellectum agẽtem & materialem esse vnum subiecto: quod bene Cõmẽ. videtur intellexisse. Et sic habes quid in via Alexã. Cõ. & Themistij sit dicendũ in hoc quæsito arduo, sicut vides.

Tertio ſ anima tex. 2. Difficultas quo pacto intellectus intelligat. Solo Scoti.

Secunda contradi. est super tex. 2. Arist. & Cõmen. videntur dicere intelligere esse sicut sentire, & ꝙ sit pati. Sed huius oppositum memini me legisse apud Alexandrum in tractatu de intellectu, vbi capit. 5. dicit. Intellectui peculiare esse, actiuum esse. & intellectio, vt inquit, est ei actio, & nõ passio. Subtilis doctor perscrutans circa hoc in quæstione. 13. quolibetorum in artic. 3. dicit ꝙ non est sensus, ꝙ intelligere sit pati formaliter, ita ꝙ sit de genere passionis, sed ꝙ formaliter denominat per hoc, ꝙ recipitur in aliquo subiecto: vt sit sensus, intelligere est recipere intellectionem, & sic etiam sentire est recipere sensationem. Vnde, si obiectum vel Deus causaret sensationem, nõ diceretur sentire. similiter, si intellectus causaret effectiue in se intellectionem, non propterea diceretur ex hoc intelligere, sed potius ex hoc ꝙ recipit intellectionem. Sed ista declaratio non bene exprimit sensum Arist. nec aperit aliquid proprium sensationi & intellectioni, in quo distinguuntur ab aliis formis denominantibus. nam hoc est cõmune omnibus formis denominantibus ab intrinseco, quòd sunt per informationem in re denominata, immo & motus ipse denominat mobile, in quo est formaliter, & nõ denominat motorem. Præterea stat aliquid denominare aliquid, in quo tñ non est per inhærentiam: sicut cõmuniter dicitur de sex principijs. Dicamus igit, vt alias dixim⁹, ꝙ sensus et intellectus materialis sunt de virtutibus animę passiuis ſm sentẽtiam Cõmen. in 3. de anima. cõ. 51. & 3. de anima. cõ. 4. potentiarum autem passiuarum proprium est moueri ab obiecto, cui attribuũtur. &, quia sensus mouetur à sensibili, & intellectus ab intelligibili, ideo intelligere est ſi sicut sentire. Nota tamẽ ꝙ in passione vera sunt duo. vnum est contrarietas, merito cuius est aliqua corruptio: secundo est receptio formæ. sentire & intelligere de passione non habent nisi receptionem tantum, quia in eis non est vera contrarietas, merito cuius concomitetur aliqua corruptio, & ideo est alterum genus alterationis & passionis ipsa sensatio, ꝙ sint veræ alterationes, quæ fiunt ſm veras passiones & passibiles qualitates, vt dicitur. 2. de anima. text. cõ. 57. &. 58. & in. 3. de anima. text. cõ. 28. In talibus enim est eualio & perfectio, vt dicit Cõmen. etiam in cõ. & Themi. in eodem loco super. 2. de anima dicit idem. Vnde, quia sensatio

Propria sortita.

Confutatio.

præsupponit receptionem specierum, & intellectio receptionem specierum intelligibilium, sic sentire & intelligere consistunt in quodam pati, tanquam in necessario præsupposito ad hoc, ꝙ sit sentire & intelligere. Sed intelligere & sentire formaliter non sunt receptio specierum, quia, vt scribit Cõmen. in. 2. de anima. cõmen. 149. recipere aliquid est aliud à iudicare illud. Et Alex. dixit in paraphrasi de anima, in illo cap. vbi agit de intellectu practico & specu. ꝙꝙ per corporeas affectiones sensuum functio fiat, sentire tñ non est pati, sed iudicare atq; discernere. Et ideo Alex. arctius loquens in via Peripateticorum voluit potentias animæ distingui in actiuas & iudicatiuas, appellãs actiuas potẽtias animæ vegetatiuæ: reliquas vero vt sensus & intellectus in numero potentiarum iudicatiuarum, quia istæ sunt virtutes discernentes & iudicantes. vnde. 2. de anima te. cõ. 150. videtur autem intelligere & sapere tanquam quoddam sentire esse, in vtrisq; enim anima iudicat aliquid & cognoscit. Aduerte tamen ꝙ licet ſm Auer. & Alex. tã in intellectione, ꝙꝙ in sensatione concurrat specierum receptio, quæ est passio quædam, differenter tamen est ista passio in sensu & in intellectu. quia sensus patitur, patiẽte aliquid organo. vt dicit. 7. phy. tex. cõ. 12. sed intellectus non patitur, patiente organo, quia nullius organi est actus. 3. de anima. tex. cõmenti. 5. Sed tunc est difficultas apud viam Theo. & Themi. negãtium specierum receptionem in intellectu materiali vere, quõ sit similitudo ista intelligendo, in hoc, quod Aristot. dicit intelligere esse sicut sentire, & quõ sit quoddam pati. Dicamus nos ꝙ in via istorum ista sunt in intellectu intelligenda ſm similitudinem & non vere, vnde in substantia intellectus materialis vere non recipitur aliqua species, sicut in sensorio recipitur species: sed quia accidit substantiæ intellectus materialis propter mixtionem, inquantum videlicet tangit magnitudinem, vt intelligat ea, quæ sunt hic, sicut sensus in sentiẽdo per speciem depẽder ab obiecto sensibili, sic intellectus à phantasmate. 3. de anima. tex. c. 30. intellectiuæ animæ phantasmata vt sensibilia sunt. sicut igitur sensus, ad hoc ꝙ sentiat, mouetur à sensibili, sic intellectus materialis ad hoc vt intelligat, oportet vt quiditatem in phantasmatibus speculetur. 3. de anima. tex. cõ. 32. species intellectiuas in phantasmatibus speculatur. Sed tunc est difficultas, ſi intellectus non intelligit per receptionem speciei sicut sensus, quõ igitur intelligere est pati ſm istam viam? & quõ Aristote. dixit intellectum locum esse specierũ. 3. de anima. cõ. 6. vbi laudat Antiquos? &. 3. de anima. tex. cõ. 38. lapis non est in anima, sed species? Soluitur ſm viam similitudinis. Nã intellectus, vt intelligit, sic discernit & iudicat, & intelligere formaliter non est pati, sed iudicare & discernere obiectum intellectum. sed, quia hoc iudicium quod affert de istis, non competit sibi inquãtum intellectus est, sed inquantum est tangens magnitudinem: nullus enim intellectus abstractus vere à magnitudine intelligit aliquid eorum, quæ sunt hic, vt dicit Them. 3. de anima. cap: 45. & est etiam sententia Cõmen. 3. de anima. cõ. 19. sic igit intelligere intellectus materialis fit de rebus sensibilibus, quę sunt potẽtia intellecta pro quanto fit in phantasmatibus, sicut sentire fit respectu sensibilis, &, quia hoc sibi ex passione cõtingit, vt magnitudini est cõnexus & iũctus, sic itelligere est quoddam pati. qa huic intellectui vt moueatur ab obiecto, quod est hic in phantasmate relucente hoc sibi accidit. & sic est passiuus non vere, non solum quia non per organum, verum etiam quia neq; vere in sua substantia aliquid recipit per informationem, sed solũ modo prædicto per viam similitudinis. Sed tunc est in hoc difficultas, quia intelligere videt esse actio transiens, et non immanens.

immanens. Dic ꝙ iudicium est in iudice. Cõmen. 3. de anima. cõ. 19. iudicium est in capitulo perfectionis. licet igitur actus intelligendi intelligatur quodammodo transire in obiectum, hoc est pro quãto terminatur ad ipsum: tñ iudicium est actus iudicis, & virtutis discernentis. Et hoc voluit Alexan. in prædicta authoritate, quæ in principio contradictionis adducebatur, ꝙ intellectus actiuus est, & intellectio est ei actio & nõ passio. Scis igitur ex sententia Peripateticorum, quõ intellectio non est passio formaliter, sed iudicium. & quia iudicium attribuitur formæ & agenti, potius est actio ꝙꝙ passio. verissime tñ est qualitas, quæ est in ipsa virtute iudicante. Et, quia non inconuenit vnam & eandẽ formam posse spectare ad diuersa prædicata ſm diuersas habitudines, qualitas. n. est ſm quam quales esse dicuntur: &, qa ab intellectione dicitur intellectus intelligẽs, & sensus à sensatione dicitur sentiens: sic sentire & intelligere sunt qualitates. Si hoc intellexerit Scotus ille subtilis, bene dixit. Si vero consyderentur, vt præsupponunt receptionem specierum, quæ receptio est passio quædam, sic sunt in capitulo passionis. Si consyderentur in ordine ad potentiam elicẽtem istos actus, sic sunt actiones. Sic concorda dicta sapientum. Si quæratur in via Theophrasti & Themi. cur sensus non potest sentire sine receptione speciei, & intellectus materialis potest: Dic, quia intellectus est substantia immaterialis, cui competit receptio vera, sensus vero est materialis & virtus organica. & licet recipiat sine materia, alteratur tñ quodam modo, & patitur patiente organo. vnde sensibilia excellentia corrumpunt sensum 3. de anima. tex. cõ. 7. sensus enim consistit in quadam consonantia & ratione. 2. de anima. tex. cõ. 143. Sed intellectus, cùm nullius organi sit actus, non opus est vt intellectio fiat per contactum, sicut sensatio. Hac enim ratione ostendit Arist. in. 7. phy. ꝙ in sensatione alterãs & alteratum sunt simul, quia alteratio quædam sensus esse videtur. tex. cõ. 12. Sed intellectus, cùm nõ sit corpus neq; virtus in corpore, potest iudicare de obiecto sine receptione vera speciei in sua substantia facta. Vnde, vt dicebaẽ ex sententia Philosophi. 2. de anima. tex. cõ. 150. intelligere & sapere videtur tãquam quoddam sentire esse: ꝓpterea quia in vtrisq; aĩa iudicat aliquid, & cognoscit aliquid eorũ, quæ sunt. Hoc. n. argumentò decepti sunt Antiqui, arguentes in secũda figura ex duabus affirmatiuis. Non est igit similitudo penes formalem receptionem specierum vtrobiq;, sed penes iudicium, sicut vides. Sed differt iudiciũ intellectus à iudicio sensus. quia sensus ad hoc vt iudicet, præsupponit in sensorio passionẽ à sensibili respectu speciei sine materia. sed intellectus hoc non requirit: ideo potest diiudicare sine receptione spẽi in sua substãtia, sed in parte sensitiua, in qua recipiuntur phantasmata. & sic altera tio est in parte intellectiua, non ratione subiecti, sed ratione virtutis sensitiuæ, quæ est coniuncta ei, cui accidit vt sic, vt tangat eam, ex parte. s. qua intellectus est. Et hoc fuit in causa ꝙ Aristo. in. 2. de anima locuturus de virtute sensitiua in genere, præmisit sentire in quodam pati & moueri consistere, in tex. cõ. 51. sicut tã concessum erat ab Antiquis, vt patet p⁹ de anima. tex. cõmen. 79. Et ideo, quia mens eius non erat hoc sane dictum simpliciter, sensum pati & moueri, & ab alio agere, seu in actu esse, ideo ibi in tex. cõ. 54. apponit corrigendo hoc dictum, primum quidem tãquam idem sit moueri, et pati, et agere dicim⁹. & motus est actus quidam, imperfectus tñ. Vbi, vt notat lucidissimus Themist. innuit differentiam inter moueri & agere, & inter pati & agere. licet enim sensus patiatur & mouea-tur à sensibili, vt dictũ fuit, non tamen agit ratione sensibilis in hoc, ꝙ iudicium sumit de sensibili, sed hoc habet ex se & sua ratione formali. in plus enim est agere, vel in actu esse, ꝙ sit motus aut passio. nam vt d. Themist. ibi, ita actus excedit motum, sicut genus excedit speciem. nam motus est actus quidam, ſ. imperfectus: ratio autem actus generaliter est. Et, ſi instetur contra hoc authoritate Philosophi in lib. de sensu & sensi. vbi habet ꝙ sensibile sensum agere facit: & in. 2. de anima. te. cõ. 59. vbi dicit, ꝙ actua operationis sensibilis sunt extra: Dic ꝙ facit ipsum esse in actu, quò ad speciei receptionem, pro quanto sensus patitur aliquid patiente organo, vt dictum est: sed nõ facit ipsum agere in hoc, ꝙ discernit & iudicat, quia hoc habet ex sua intrinseca rõne. sensus enim & intellectus sunt ex virtutibus animæ, quæ habent discernere & iudicare, sed sensibile solum quò ad hoc habet virtutem sensitiuam excitare, et est sibi occasio non causa principalis ferendi iudiciũ, organum etiam non patitur à sensibili ſm passionẽ corruptiuam, neq; passiue: nõ enim albescit, nec nigrescit, vt patiuntur corpora: imo talis alteratio in perfectionem terminatur, quia est receptio specierum sine materia, & sensitiuum etiam operatur non vt potentię factiuę, sed ſm iudicium & cognitionem.

Tertio ſ anima. cõmẽ. 4. &. 5.

Tertia contradi. est super cõ. 4. &. 5. Cõmen. tenet intellectum materialem esse abstractum, & immortalem. Sed huius oppositum habetur in. 3. de anima. tex. cõ. 20. vbi loquens de intellectu agente dicit ꝙ ipse solus est immortalis. & patet ꝙ hoc non potest absolute intelligi. quia vltra intellectum agentem etiam intelligentiæ mouentes orbes sunt abstractę & immortales. igitur hoc intelligitur comparatiue, in ordine videlicet ad cæteras animæ virtutes & potestates. & ita intellectus possibilis non est imortalis. Soluitur, inter virtutes animæ sunt duæ, quarum vna est omnia fieri, alia est omnia facere: sed illa, quæ est omnia facere, est præstantior ea, quę est omnia fieri, & sic in supremo gradu abstractionis sola essentia intellectus agentis peruenit: sicut si quis dicat Solem esse magis abstractum, ꝙꝙ lucem. Ex hoc tamen non sequitur quin intellectus potestatis etiam abstractus sit, quia abstractio & immortalitas non consistit in puncto, sed habet latitudinem magnam, quia distantiæ entium sunt valde diuersæ. 2. coeli. cõ. 64. vnde intellectus materialis est in infimo gradu abstractorum. 3. de anima. cõ. 19. concordat Themi. 3. de anima. capꝫ. 36. & sic elicio solutionem istam, aliter etiam dici potest, vt notaui in tabulis.

Solutio.

Quarta contradi. est in cõ. 5. Auer. vbi reprehendit Alexan. qui, sicut sibi imponit, posuit intellectum materialem causatum ex mixtione elementorum, & vniuersaliter omnes alias virtutes animæ, dicit ꝙ hoc est contra Aristo. quia sententia Arist. fuit primas perfectiones animæ esse à motore extrinseco. Sed ipse nõ recordatur suimet super. 7. meta. cõ. 31. vbi reprehendit Auic. ponentem datorem formarum, & Themistium ponentem motorem extrinsecum respectu animalium ex putrefactione generatorum. Soluitur. meminī me diffuse dixisse de hac materia sup quæstione nostra de speciebus intelligibilibus. sed pro nũc dico ꝙ via Aui. & via Alexãdri sunt duæ viæ extremæ. sed via Auer. est media, & partim discrepat ab vtroq;, & partim cum vtroq; conuenit. Auice. ponebat, sicut Plato in simili dicebat, ꝙ motor separatus erat causa adæquata productionis formarum. vnde Cõmen. ibi contra eos dicit ꝙ, ſi ita esset, nõ opus esset materia in generatione. nam materia est, ex qua fit aliquid inexistẽte. si autem tales formæ non educuntur de potẽtia materiæ, sed totaliter sunt ab extrinseco, videtur ſm ipsum ꝙ materia superfluat: quia sequitur ex positione tales formas esse per se subsistentes. Alexander vero videtur esse in alio extremo, vt sibi imponit Cõmẽ, quia ipse voluit aĩam

Tertio ſ anima. cõ. 5.

Solutio.

intellectiuam

intellectiuam hominis, et animas brutorum, & vniuer
saliter omnes materiales formas esse causatas ex diuer-
sa mixtione elementorum tãquam ex causa adequata:
sicut est de qualitatibus secundis, vt est color, & sapor,
qui causantur ex primis qualitatibus elementorũ. vn-
de dicit Cõmen. q̃ ista positio est quasi positio negan-
tium agens, & concedentium materiam tantũ: & sunt
illi, qui ponũt casum: sicut patet, 2. phy. Sed via Auer.
est in medio. qa ipse tenet q̃ formæ istæ animatorum,
sicut est anima cogitatiua hominis, & omnes inferio-
res animæ sunt eductæ de potentia materiæ, non tñ in-
sequuntur mixtionem elementorum tãquam causam
effectiuam adæquatam, imo elemẽtorum mixtio con-
currit in genere causæ materialis. sed illud, quod cõcur
rit effectiue, est virtus informatiua existens in semine,
& est motor extrinsecus, qui est intelligentia separata,
à qua rememoratur talis virtus. & ita Cõmẽ. medium
tenens extrema dimisit, sibiipsi non obuiando.

Tertio ad ani ma. cõ 5. Quinta contradi. est in eodẽ cõ. 5. Dicitur q̃ in cor-
poribus cœlestibus non sunt plura individua in eadem
specie. Oppositũ videtur. 2. cœli. cõ. 59. vbi ponit om-
nia corpora cœlestia esse eiusdem speciei. Soluti. mul-
totiens dixi tibi speciem aliam vnuocam, aliam ana-
logam esse, sicut est de genere & differẽtis. sic in pro-
posito negat hic in corpibus cœlestibus esse plura indi
uidua in vna specie vnuoce dicta, cõcedit tamen in ta-
libus esse plura individua in specie analogice dicta, quę
est sm prius & posterius.

Solutio.

Tertio ad art ma. cõmẽ. 5. Sexta contradi. est in eodem cõ. 5. Supius, vbi iã di-
ximus in solutione secundæ qõnis, ipse declarans quo-
modo ex intellectu & intelligibili fiat maxime vnum,
dicit, quia non fit aliud ab eis, sicut est in compositis ex
materia et forma. Sed huius oppositum sentire videtur
12. meta. c. 51. vbi habet q̃ in solo intellectu diuino in-
telligibile & intellectum vnum sunt. Dico, quicqd di-
cant Moderni, q̃ intellectus Auer. iste est, q̃ ex intelli-
gibili & intellectu fit maxime vnum, quia esse intelli-
gibilis & esse intellectus sunt vnum & fiunt vnũ. Nam
quid melius q̃ Auerroem per Auerroem interpretari?
Dicit seipsum declarando. 12. meta. cõ. 30. intellectum,
cùm intelligitur, fit idẽ cum eo, s. cũ intellectu. Et sub-
dit. & intellectus est illud, quod intelligitur. & propter
hoc dicit q̃ intellectus sit res intellecta. Et hoc est con-
sonum viæ Aristotelicę. nam ipse. 3. de anima habet q̃
anima est quodammodo omnia. 37. cognitum enim fit
vnum cum potentia cognoscente, & esse rei cognitæ,
vt sic est esse rei cognoscentis. Ista igitur identitas vni-
uersaliter reperitur in omni potentia cognoscente. &
quanto potentia cognoscens abstractior fuerit, tanto
maior est identitas cogniti cum natura, quę cognoscit.
Et suprema virtus abstracta à materia, & à qualibet
imperfectione est intellectus primi entis. hinc est q̃ ibi
intellectus & res intellecta sunt idem omnibus modis
sm viam Auer. Vnde, cùm res intellecta ibi sit diuina
essentia, in qua est omnis perfectio, omnis bonitas sine
aliqua dependentia vel potentia, vel quasi potentia, il-
lic est mare indeficiens bonitatum, & perfectionũ, in-
de spargunt flumina & riuuli entibus, sm quod vnius-
cuiusq; dispositio requirit. Et hoc est, quod dixit Aris.
in p° cœli. in tex. cõ. 100. Ideo intellectus diuinus essen-
tiam diuinam aspiciens omnia videt, quia videt illud,
quod est omnia eminenter, nã videt illud, quod est ens
per essentiam. nil aliud videt sm Auer. perfidum, nisi
suam essentiam: sicut inquit ipse. 12. meta. cõ. 51. si quis
cognosceret naturam caliditatis existentis in igne, non
diceretur ignorare naturam caliditatis in alijs rebus ca
lidis. vnde. 4. physi. cõ. 122. dicit. Si illud, quod est cali-
dũ simpliciter, est ignis simpliciter, illud, quod est ali-
quod calidum, est aliquis ignis. sic, cũ Deus sit ens per
essentiam, alia entia sunt entia per participationẽ, alia
entia aliquid diuinitatis participant, sicut patet etiã. 2.
de anima. tex. cõ. 34. & 2. cœli. tex. cõ. 64. & p° physi.
81. Solũ igitur in intellectu primi intellectus intelligibi
le est idem simpliciter & omnibus modis, quia ibi est
entitas per essentiam solum, & in nullo alio intellectu:
quia in alijs est participatio entitatis, & non est fontalis
plenitudo. solum enm vnum est ens simpliciter per
fectum, & illud Deus est. 5. meta. cõ. 21. Noluit igitur
Cõmen. absolute q̃ intelligibile non fiat idem cum in-
tellectu in alijs intelligentijs: sed voluit q̃ omnimoda,
& simplex identitas non est nisi in solo primo intelle-
ctu. Et ideo dixit. 12. meta. 51. q̃ Deus intelligit entia
eo modo, quo non est fas homini: immo eo modo, quo
nullus alius intellectus ea potest intelligere, disputatio-
ne. 3. in solutione. 28. dubij contra Algazelem in libro
destructionum. Et ideo fuit opinio eius, sicut tibi patet,
q̃ in alijs intellectibus citra primum quilibet intelligit
aliquid extra se. vnde intellectus secundæ intelligentiæ
intelligit primum extra se, quia ipsa prima intelligẽtia
non eminenter continetur in essentia secundæ, sed po-
tius econtra. Et quia secunda intelligentia eminenter
continet posteriores, imo omnia alia, dicimus q̃ non
intelligit ea sm ipsum extra se: qa videndo seipsam vi-
det illud, quod est omnia infra ipsam. Et ideo voluit so
lum primum intellectum esse incausatum, in quo intel-
ligibile et intellectus sunt idem per essentiam omnibus
modis. sed in alijs intellectibus ex parte est identitas, et
ex parte diuersitas: ex parte est actualitas, & ex parte
potẽtialitas: sicut infra declarabimus magis. Nota ista,
quia multi cristato capite non potuerunt ascendere ad
hoc, vt intelligerent quomodo ex intellectu & intelli-
gibili nõ fit aliud, sicut ex materia & forma: & quomo
do solum in primo intellectu est verum omnibus mo-
dis, & in alijs sm quid: & hoc respectu primi. Quia igi-
tur materia nũquam fit forma, neq; forma vnquam fit
materia, sed ex materia & forma fit aliud, quod nõ est
neq; materia, neq; forma, & istud est compositum ex
materia & forma. et, quia intelligibile fit intellectus, &
intellectus fit intelligibile, ideo non fit aliud ab eis, ideo
fit maxime vnum ex eis. Et licet in omni intellectu lo-
cum habeat, simpliciter de solo intellectu verificat om
nibus modis. Et hoc declarabitur statim, quando de-
clarabimus, quomodo in omnibus intelligẽtijs est po-
tentia citra primam.

Solutio.

Septima contradi. est in eodẽ cõ. 5. Scribit Cõmen. Tertio ad ani ma. cõm.
reddens causam, quare ex intellectu & intelligibili fit
maxime vnum, dicit quia illud, quod fit ex eis, non est
aliud ab eis, sicut est compositum ex materia & forma.
videtur velle compositum substantiale dicere tertiam
entitatem realiter distinctam à partibus. Cuius tñ op-
positum videtur sentire p° phy. 17. Soluitur tibi à me, Solutio.
& illic vide. dico enim q̃ tibi loquitur de toto integrali,
vt patet in litera. sed de composito substantiali nõ pos-
sum videre qũo non habeat aliquam vnitatem per se,
& entitatem distinctam ab entitate partiũ. Dicant alij
quicquid velint, dico q̃ mens Auerro. est ista, sicut ibi
late probatum est.

Octaua contradi. est in eodẽ cõ. 5. est contradictio. Tertio ad ar me. cõmẽ.
Quia dicit intellectum agentem esse quasi formam, &
intellectum passiuum esse quasi materiam. Sed oppo-
sitũ scribit ipse. 12. meta. cõ. 17. vbi dicit q̃ intellectus
possibilis respectu intellectus agentis est quasi locus
eius, non quasi materia. Solutur. in materia duę sunt Solutio.
conditiones. Vna, q̃ de potẽtia eius forma materialis
deducatur ad actum. Et quantũ ad istam conditionem
respiciens, dixit Cõmen. in. 12. meta. in cõ. 17. q̃ est lo-
cus, non materia intellectus possibilis, respectu agentis
intellectus, nã intellectus agens non est eductus de po-
tentia

tentia intellectus possibilis. Alia est conditio materiæ,
q̃ ipsa sit informabilis per formam, & perfectibilis per
eam. & quantum ad istam cõditionem intellectus pos-
sibilis habet rationem quasi materię, non materię, quę
formam mediantibus dimensionibus & qualitatibus
recipit, sed habet proportionẽ materiæ abstractæ, quę
comparata ad suum actum est sicut potentia. nam via
eius fuit ex intellectu potestatis, & ex intellectu agente
vnam intelligentiam resultare, quæ merito intellectus
possibilis passiua est, & receptiua, sed merito intelle-
ctus agentis est productiua.

Nona contradictio est in commento. 5. in solutione
tertiæ quæstionis. Cõmentator dicit q̃, cùm ens diui-
datur in ens sensile & intellectile, & sensile in materiam
& formam, ita ens intellectile pariformiter videtur di-
uidi in aliquid proportionale materiæ, & in aliqd pro-
portionale formæ, & intellectus materialis est in tali
modo, videlicet q̃ est ens proportionale materiæ. Hu-
ius tamen oppositum scribit Alexander in tractatu de
intellectu capso p°, vbi declarat quare intellectus ma-
terialis dicatur, non qa est subiectum aliquod, vt mate
ria, quæ per præsentiã formæ potest hoc aliqd fieri, sed
quia materia habet essentiã suam in potentia, quia ola
potest, ad quæ habet potentiã. id enim, quod est poten
tia quatenus hmõi est, materiale est. Et patũ infra po-
nens differentiã inter sensum & intellectũ materialem,
inquit q̃ sensus, cũ per corpora fiant, non sunt hęc, quę
percipiunt, sunt tñ actu alia quædam. est. n. sensus facul
tas corporis cuiusdã, ideirco & corpis passionis est ali-
quid sensuũ perceptio. et ex hac causa non oium omnis
sensus est perceptiuus, est. n. & ipse tam aliqd actu. in-
tellectus vero, cũ nec per corpus aliquid percipiat, nec
corporea facultas sit, nec patiatur, nullum oĩno entium
actu est, nec est hoc aliqd potẽs, sed est simpliciter po-
testas quædam huius perfectionis & aiæ, specierum et
nouos; susceptiua. Amplius idem Alex. in paraphrasi
de aĩa in cap̃. de intellectu practico & speculatiuo ex-
presse dicit intellectum rectius cõparari agrapho, s. in-
scriptionis carentiæ, q̃ ipsi tabellæ. tabella. n. est in nu-
mero entiũ. vbi expresse vult intellectũ non esse in nu-
mero entiũ, sed priuationem quandam. Soluti. opinio
Alexandri est multum remota in hoc ab opinione alio
rum Peripateticorum. Theophrastus enim, & Themi
stius, & Cõmenta. volũt intellectum esse æternum &
immortalem: immo volunt prædicti q̃ nõ est potestas
animæ, in qua sunt aliæ potestates, sed est substãtia su-
perior anima, quã contingit separari, sicut perpetuum
à corruptibili. ita notat Themistius in. 2. de anima. cõ-
mento. 31. & Commen. cõmen. 21. & 31. et in. 3. de ani-
ma. cõ. 5. Et tunc secundum istos viros intellectus ma-
terialis dicitur esse potentia, & nullã dicitur habere na
turam, nisi quia possibilis est vocatus. 3. de anima. tex.
cõmen. 5. ista ratione, vt refert Themistius in. 3. de ani-
ma. ca. 39. authoritate Theophrasti. inquit enim, cùm
intellectus homini extrinsecus accedat, cũq; tanquã ap
positus intellectusq; sit, quęritur quẽadmodum congo
nitus nobis dicatur, demũ quæ nã confirmatio natura
vt eius sit. Certe id, quod dicitur, nihil actu esse intelle-
ctum ad potestatem, ola recte hactenus dicitur, quate-
nus & in sensu, non tñ vlq; eò ad vtium resecanda res
est, neq; tã nihil actu probandus, vt neq; ipsemet sit.
calũnia hæc esset & oratio contentioni cauilloq; proxi
ma. Sed ita intelligendum, vt in aĩo talis quædã sit ge-
neris potẽtia sit pro subiecto formarũ ac gremio, qua-
lis in rebus materialibus facultas illa est, quæ constitu-
tioni earũ & concretioni substernitur. Vbi patet sm
istos viros intellectũ materialẽ esse in numero entium,
& esse subiectum omnium formarum in esse intelligi-
bili, sicut materia est subiectum omnium formarum in
esse sensibili. Et quod dicitur non esse aliquid actu, hoc
referendum est ad ipsam priuationẽ, & potentiam seu
carentiam formarum talium, vbi sic conseruerat. Ale-
xander autem tenuit animam intellectiuam esse vnam
formam dãtem esse homini formaliter, & eductam de
potentia materiæ, in qua sunt omnes virtutes, scilicet
altrix, sensibilis, motiua, appetitiua, intellectus, & vo-
luntas. verum in hoc est differentia, quòd omnes ani-
mæ humanæ potentiæ sunt organicæ, excepto intelle-
ctu materiali, qui est suprema animæ humanæ potẽ-
tia, secundum quam anima tranſcẽdit corpus, ita quòd
huiusmodi potestas non est alligata organo corporali,
sicut sunt aliæ potestates. vnde ex alijs potestatibus
animæ & organo corporeo resultat aliquod in actu, &
demõstratum: etenim ex oculo & visu fit aliquod actu
videns, & sic de singulis. non sic est de intellectu, quia
nullius partis corpis actus est, sed est potestas animæ,
& perfectio eius, quæ est gremium formarum & no-
tionum. Alia etiam differentia est inter sensum & in el
lectum materialem. quia sensus, cùm per corpora fiat,
patitur patiente corpore, intellectus autem per corpus
non intelligit, quia nec actus corporis est, nec patitur
patiente corpore. Et ideo Alexander omnes demõstra
tiones Aristotelis, & verba eius interpretatur hoc mo
do, quòd videlicet intellectus non est corpus, nec vir-
tus in corpore, quia non est iudicium demonstratum
in actu, sicut sunt corpora composita ex materia et for
ma. nec etiam est virtus in corpore, quia non est vir-
tus affixa organo, sicut sensus. nec patitur passione cor-
pore sicut sensus, quia forma existens in subiecto pati-
tur passione subiecti. cùm autem intellectus non sit vir
tus organica, ideo non est virtus corporea. Et eadem
ratione dicitur simplex, et eadem rõne dicitur imor-
talis, quia nõ accidit sibi mors rõne, qua fit virtus orga-
nica. & ideo dicit intellectum à principio rectius com-
parari agrapho, idest carentiæ inscriptionis in tabel a,
quàm tabellæ non scriptæ, quia tabella dicit aliquod
ens in actu cõpositum ex materia & forma per se sub-
sistens, cuiusmodi non est intellectus, vt diximus: quia
non est aliquod subiectum, ex quo & forma suscepta
possit fieri aliquod per se subsistens in actu, sicut ex pri
ma materia & forma substantiali fit aliqd per se vnum
in actu per se subsistens. vnde, si materialis dicitur, est,
quia est in potentia ad omnia intelligibilia, quia om-
nia quæ sunt, intelligi possunt, & potentia reducitur ad
materiam, vt testatur etiam Commẽta. 12. metaphy.
commento. 26. Vbi animaduerte quòd Commenta.
non videtur bene habuisse mentem Alexandri, nec ex
consequenti impugnatio Commentato. procedit con-
tra mentem Alexandri. Nam non vult etiam Alexan-
der intellectum materialem esse formaliter non ens &
priuationem puram, sicut sibi imponit Cõmen. alio-
quin quomodo Alexander fateretur intellectum mate-
rialem esse susceptiuum notionum & formarum? Vn-
de in paraphrasi de anima ita scribit in cap̃. de intelle-
ctu practico & speculatiuo. Nihil igitur est ex his, quæ
sunt actu, materialis intellectus, sed omnia potestate.
cùm enim ante intellectionem nihil sit actu, vbi quid
intelligit, id quod intelligitur fit, siquidem illi intelle-
ctio. cùm aduenit quòd intelligibilis rei speciem habet.
Solum igitur intellectus materialis, formalis, & prom-
ptitudo quædam est ad formas excipiendas, tabellæ
nondum scriptæ persimilis, quinimmo ipsius tabellæ
agrapho, hoc est inscriptionis carẽtiæ, q̃ tabellæ simi-
lior. tabella. n. iã in entium numero est. quapropter aia
ipsa, & id, quod aia prædictum est, tabellæ potius com-
parari potest, ipsa vero inscriptionis carentia ferè in-
tellectus materialis est promptitudo & facultas quę-
piã, excipiendis inscriptionibus accõmodata. sicut igi-

tur in tabella accidit, vt ipſa quidem, in qua aptitudo ipſa, & facultas eſt inſcriptionis excipiendæ, vbi quid inſcriptum eſt, patt aliquid videatur, cùm aptitudo ipſa & facultas in actum prõpta nihil omnino patiatur: nec enim ſubiectum vllum eſt, eodẽ pacto intellectus nihil patitur, cùm nihil ſit eorum, quæ ſunt actu. In libro autem de intellectu capꝫ. de intellectu materiali ſeipſum melius declarat, quomodo intellectus materialis nihil ſit actu. inquit enim. Intellectus, cùm nõ per corpus aliquid percipiat, nec corporea facultas ſit, nec patiatur, nullum omnino entium actu eſt, nec eſt hoc aliquid potẽs, ſed eſt ſimpliciter poteſtas quædam huius perfectionis, & animæ ſpecierum, & notionum ſuſceptiua. vbi patet intellectum materialem non eſſe actu aliquod entium eorum, quæ recipiuntur in intellectu, nec eſt aliquod potẽs, id eſt aliquod ſubiectum in actu, ſed eſt potentia animæ ſuſceptiua notionum. Sentẽtia igitur Alexandri eſt quòd intellectus materialis aliud eſt ex parte, qua materialis, & aliud ex parte, qua intellectus. nam materialis dicit potentiam, quæ eſt priuationi contuncta, & ſic eſt priuatio omnium intelligibilium actu. ſed quia iſta priuatio fundatur in eſſentia, in cuius illa eſſentia eſt aliquid ex natura rei, quia eſt potentia animæ, quæ eſt gremium formarum, & quia iſta potẽtia, quæ eſt ſubiectum formarum, non eſt corpus, nec virtus in corpore, nec ex ipſa, & organo fit aliquid demonſtratum, ideo dicitur non pati patiente corpore. Voluit igitur Alex. intellectum materialem eſſe ſimpliciter priuationem, ſed quò ad formale dicit priuationem, ſed connotat aliquid reale, & eſt potentia, quę eſt gremium ſpecierum intelligibilium. nam & Alex. in paraphraſi de anima oſtẽdit modum, quomodo intellectus materialis poteſt ſeipſum intelligere poſt aliorum intellectionem: quod non feciſſet, ſi pura priuatio eſt apud ipſum.

Tertio d anima. cõ. 5.

Decima contradi. eſt in eodem cõ. in ſolutione tertiæ quæſtionis. Dicit nullam formam liberatam eſſe à potentia, niſi primam formã, & per conſequens in omnibus intelligentijs citra primã aliqua eſt potentia. Huius tamen oppoſitum habetur. 3. phy. 32. vbi dicitur ꝙ in æternis non differt poſſe ab eſſe, &. 12. meta. cõ. 30. vbi dicitur ꝙ in ente æterno nulla eſt potẽtia omnino, & idem habetur ibidem. 35. 41. &. 44. &. 2. cœli. 32. 33. &. 34. vbi habetur ꝙ in ente æterno poſſibilitas eſt neceſſitas.

Solutio.

Soluitur. potentia duplex pro nunc. quædam realis & phyſica: & iſta ſemper cum actu habet cõpoſitionem facere. alia eſt potentia, quæ nihil reale dicit: & iſta cõmuni vocabulo potentia logica nuncupatur. Dico autem potentiam logicã ens rationis per actum collatiuum intellectus, cauſatum ex non repugnantia terminorũ, ſm quod non repugnant. Dico nũc quamlibet intelligentiam citra primã dupliciter conſyderari poſſe, & ſub ratione generis, & ſub rõne ſpeciei, nã intelligentia Saturni poteſt concipi, & inquantum ens, & inquantum tale ens. ſi autem conſyderata fuerit inquantum ens eſt, non repugnat ſibi ꝙ maiorem perfectionem habeat, q̃ ſit illa, quã actu poſſidet. quia, ſi ſibi latitudo maioris perfectionis repugnaret inquantum ens, ita quòd ratio formalis entitatis eſt præciſa cauſa iſtius repugnantię, tunc cuilibet enti iſtud repugnaret, & per conſequens primo enti: quod falſum eſt, & impoſſibile. & eſt ſimile, ſi talꝑ repugnaret viſio, inquantum ens, & ſonabile, tunc cuilibet animali repugnaret. & ideo ſub ratione generis ſecunda intelligẽtia potentiam, et priuationem aliquam includit: quæ tñ nihil reale dicit, ſed ſolũm non repugnantiam. Si autem conſyderata fuerit ſub ratione ſpeciei, inquãtum ſcilicet eſt tale ens in tali gradu entitatis ordinatum, ſic ſm Philoſophos omnis perfectio apta nata ſibi competere ſub ratione, qua talis ab æterno ſibi ineſt. Et ſm hunc ſenſum dixerunt in æternis non differre potẽtiam ab actu. Et, quia ſola prima intelligentia habet omnem perfectionẽ poſſibilem reperiri in habitu entis, cùm ſit rectius entitas q̃ ens, vt videbimus ſtatim, inde eſt ꝙ in ea nulla eſt potẽtia, nec ratione generis, nec ratione ſpeciei. omnes autem citra primã priuatæ ſunt gradu aliquo entitatis, & bonitatis ſub ratione entis. nulla autem ſub ratione talis entis potentiam aliquam habet ſub ratione, qua talis. ſic igitur applica ſingula ſingulis, & ſolue & concorda ea, quæ in apparentia diſſonare videntur.

Tertio d ma. cõ. 5.

Vndecima contradictio eſt ibidem. Dicit Auer. ꝙ ſolum in prima intelligentia quiditas & eſſentia idem ſunt, in aliꝭ autem differt quiditas ab eſſentia. Sed huius oppoſitum nos inuenimus in. 3. de anima. tex. cõmen. 9. vbi abſolute Philoſophus in abſtractis videtur vniuerſaliter concedere quiditatem, & eſſentiam idem eſſe, &. 7. metaphy. tex. cõ. 41. hoc idem habetur. Debes ſcire pro ſolutione Auerro. voluiſſe quiditatem, et eſſentiam nõ eſſe nomina ſynonyma, quia talia ſm ipſum non vſitantur in doctrina demonſtratiua, niſi forte ad exponendum: tamen in præſenti loco diſtinguatur, quia ſub propriꝭ rationibus ſumũtur. Vnde ſcias quiditatem eſſe abſtractius q̃ ſit eſſentia. vnde quiditas ſolum actum dicit, & ab actu nomen quiditatis eſt deriuatum. vnde ſm ipſum. 7. metaphy. 21. &. 34. tota quiditas eſt à forma. eſſentia autem eſt maioris ambitus, quia competere poteſt & entibus in actu, & entibus in potentia. Et ideo ſm principia ipſius habemus concedere materiam eſſentiam eſſe, ſeu naturam, quiditatem vero minime. ſimiliter habemus cõcedere materiam eſſe de eſſentia compoſiti, non habemus autem concedere materiam eſſe de quiditate compoſiti. vnde pº phyſic. cõ. 5. in fine cõ. dicitur ꝙ materia, & forma ſunt partes qualitatiuę, id eſt partes eſſentiales compoſiti, non tamen tam materia q̃ forma ſunt partes quiditatis compoſiti, ſed tota compoſiti quiditas forma eſt. Illud igit̃, quod in rebus iſtis ex materia & forma compoſitis facit quiditatem ab eſſentia differre, eſt materia, quæ eſt radix potentialitatis. Sic pariformiter manuducam intellectum tuum à ſimili procedendo, vt intelligas quomodo ſolum in prima intelligentia eſt quiditas & eſſentia vnum & idem omnibus modis. Reuoca in memoriã ea, quæ pauloante dixi, videlicet quòd ſola prima intelligentia & ſub ratione generis, & ſub ratione ſpeciei cõſyderata eſt actus purißimus: omnes aliꝫ citra primam, aliquam potentiam habent, ſaltem ſub ratione generis. quia igitur ratio in rebus materialibus, per quam quiditas ab eſſentia differebat, erat potentia annexa cũ actu, ſi in primo ſit actus ſine potentia ſolum, ſequitur ibi ſolum quiditatem, & eſſentiam idem eſſe. in aliꝭ autem, cùm ſit compoſitio ex actu & potentia, non ſicut ex poſitiuo & poſitiuo, ſed ſicut ex poſitiuo & priuatiuo, vt ſupra declaratum fuit, & longe ante nos ſubtiliſſimus Doctor in octaua diſtinctione primi quæſtione. 2. pulcherrime declarauit, ſequitur ergo ꝙ in talibus quiditas et eſſentia quoquo modo, vt dicit Cõmen. idem non ſunt. Sed intellectus ſubtilizãs dubitare poſſet propter qd dixit, quoquo modo non ſunt idem. Soluitur. in rebus cõpoſitis ex materia & forma ſimpliciter, & ſine additione aliqua, concedendũ eſt quiditatem & eſſentiam non eadem eſſe. Sed in intelligentijs citra primam abſolute illud non concedit Cõmen. ſed cùm ly quoquo modo, quæ eſt dictio diſtractua. Et ratio eſt iſta, quia in iſtis inferioribus eſt vera compoſitio ex potentia vera realꝫ & forma. & in talibus ſequitur ꝙ eſſentia & quiditas non ſunt idẽ ſimpliciter. ſed in abſtractis, qa ibi non eſt phyſica potentia, ſed logica tantũ, quæ eſt ens rationis:

pro tanto

pro tanto dixit ꝙ quoquo modo in eis quiditas & eſſentia non ſunt idem. Dixit etiam quoquo modo, quia in talibus non eſt potẽtia, niſi ſub ratione generis, non ſub ratione ſpeciei. & ideo aliquo modo in eis quiditas & eſſentia idem ſunt, & aliquo modo non idem. ſed in rebus materialibus tam ſub ratione generis q̃ ſub ratione ſpeciei quiditas & eſſentia nõ ſunt idem. Et, quia in ſolo primo ente, vt diximus, q̃ditas & eſſentia idem ſunt, ideo dixit Auer. in lib. de ſtructio deſtructionum diſputa. 6. in ſolutione. 6. dubĩ ꝙ prima cauſa eſt quiditas ſimpliciter, & omnia alia entia quiditatem habẽt ea mediante. Ex his applica, & ſolue.

Duodecima contradi. eſt in tex. 17. Ariſt. in illa demonſtratione aperte teſtatur animam intellectiuã eſſe naturam quandam, vt notat Cõmen. in cõ. dum dicit. Et quia conſyderatio de anima eſt conſyderatio naturalis, quia anima eſt vnum entium naturalium. Sed huius oppoſitum habetur in pº de partibus animalium, vbi quærit vtrum de anima omni ſit conſyderatio naturalis, & determinat oppoſitum. Et inter alias rationes adducit iſtam, quia non omnis anima eſt natura. Aliqui ad pauca reſpicientes enunciauerunt Ariſt. ibi locutum fuiſſe ſuperficietenus, & probabiliter, & dicunt rationes eius ibi non tenere. Nam prima ratio reflectitur, dum dicit, ſi Naturalis conſyderat de intellectu, tunc igitur de omni intelligibili cõſyderaret, & ſic ſola ſcientia Naturalis omnia conſyderaret, nam oportet Philoſophum concedere aliquam ſcitẽtiam de intellectu cõſyderare, & tunc idem dicam ſibi, ſicut ipſe dicit de Naturali. Amplius, vt aiunt, ipſe aſſumit propoſitiones falſas, quia dicunt ꝙ non omnis anima eſt natura, quia non intellectus. Sed huius oppoſitum ſcribit in præſenti demonſtratione, vbi probat ꝙ oportet ponere intellectum agentem, quia in omni natura eſt aliquid, quod eſt omnia fieri & aliqd, quod eſt omnia facere. patet autem ꝙ minor eſt, ꝙ anima intellectiua eſt natura quædam. Amplius ſua probatio falſa eſt, dum aſſerit non omnem animam eſſe naturam, quia nõ omnis anima eſt principium motus, quia non intellectus. Sed huius oppoſitum ſcribit Philoſophus in. 3. de aia. tex. cõ. 48. vbi dicit ꝙ iſta duo ſunt principia motus intellectus & appetitus. & idẽ dicit in tex. ſequenti. Vnde ſm viam iſtorum, non ſolum Ariſt. non fecit rationes demõſtratiuas, imo neꝙ probabiles, cùm ſundentur ſuper propoſitionibus falſis. Et ita oportet ſm mirabilem iſtorum phantaſiam Ariſt. ſophiſticis rationibus paralogizare. Scribit. n. Cõmen. in pº phy. cõ. 10. ꝙ tales ſunt ſermones vani, qui peccant in materia & forma. Et ſic accidit Philoſopho, qa propoſitiones eius ſunt falſæ, & peccant per æquiuocationem, cùm natura aliter ſumatur, vt patebit. Dicimus nos ꝙ non eſt credẽdum magiſtrum primum aliquid dixiſſe ſine forti ratione, & ita eſt de quolibet verbo eius, vt ſcribit Cõmen. in pº de generatione & corru. cõ. 38. Mirũ eſt profecto mirum de tam craſſa hominum iſtorum ignorantia & temeritate, imo materiam cõfitentia, qui inuentunt locos in Ariſto. vbi ex intentione examinat illam qõnem et ſatis diffuſe, & in loco ꝓprio: attinebat enim illa quæſtio illi libro, vt clarum eſt, & dicũt Ariſtot. nõ eſſe tenẽdum, imo, quod plus eſt, aſſerũt ipſum fundari in propoſitionibus falſis. Sed videant ipſum in oĩbus libris eius, ꝙ doctrina eſt conſona in dictis eius. Vnde. 6. primæ philoſophiæ, vbi ponit diſtinctionem ſcientiarum ſpeculatiuarũ penes quiditatiuam cõſyderationem, ex triplici modo definiendi & abſtrahendi, dum aſſerunt naturalẽ definire per materiam ſm eſſe, et definitionem, intulit in tex. 2. ibidem ꝙ Phyſici eſt de quadam anima conſyderare, & non de omni. Patet autem ꝙ hoc dicit propter intellectum, de quo dixit. 2. de aia ꝙ videtur eſſe genus aliud animæ, & hoc ſolũ contingere ſeparari, ſicut perpetuũ à corruptibili. &. 6. primæ philoſophiæ dicit ꝙ non oĩs forma, de qua Naturalis conſyderat, cũ materia eſt. & Cõmẽ. dicit, ꝙ illud fuit dictũ propter intellectũ. &. 7. meta. te. cõ. 35. idem habet Philoſophus, ꝙ Phyſici nõ intereſt de omni aia differere. Dicamus igit̃ ꝙ differentia eſt inter aiam & intellectum. in hoc. n. taxauit Ariſt. Antiquos in pº de aia. Anima. n. in propria ſignificatione dicit quicunq; corporis actus ſeu ꝓfectio prima eſt, & ſine corpe eſſe non potens. Vnde Ariſt. in. 2. de aia. tex. cõ. 20. laudat Antiquos, qui dixerunt aiam non eſſe corpus, nec ſine corpore eſſe. Intellectus aũt dicitur, qui nullius corporis actus eſt. vnde ſine corpore eſſe poteſt, cũ ſua eſſentia non dependeat à corpore. Vnde illæ aiæ proprie ſunt q̃dratiuæ conſyderationis à Naturali, quæcunq; proprie ſunt aiæ. Scribit. n. Ariſt. iſtam vẽm propoſitionẽ in principio. 3. de cœlo, ꝙ oẽs naturales ſubſtãtię aut corpora ſunt, aut cũ corporibus generantur et corrumpũtur. ſi aũt intellectus cũ corpore non generatur, neꝙ corrumpitur: non igitur intellectus erit ſubſtantia naturalis. ſubſtantiæ. n. naturales intelliguntur, quæcũq; quiditatiue à Naturali conſyderani, non ſm eſſe. alioquin nec primus motor à Naturali cõſyderaretur. Dico igitur Ariſt. iſtã fuiſſe indubitatam iſtam de anima intellectiua, ꝙ ſit æterna & abſtracta, & quæ extrinſecus aduenit nobis, vt patet in. 2. de gene. animalium cap. 3. & tunc à Natura non cõſyderatur, niſi inquantũ eſt principiũ, per quod homo intelligit & appetit appetitu intellectiuo. Vnde recte dicit Cõ. ꝙ illa aiæ deſitio non vnitooce cõpetit intellectiuæ, & alijs. Vnde, ſicut intelligentia conſyderata a Naturali, inquantũ eſt anima orbis, pro quã o dat ſibi motũ, & ſic, vt ſcribit Cõmen. aſſimilatur formæ naturali, pro quãto autem non diuiditur ad eius diuiſionẽ, aſſimilatur abſtractæ formę. propter hoc ſi non dicitur intelligentia quiditatiue à Naturali conſyderari, ſicut neꝙ ſequebatur de intelligentia. Sed replicabis ꝙ eſt ratio diuerſitatis. quia intelligentia habet aliam operationem natura priorem, in qua non dependet à corpore, videlicet intelligere & velle: ſed anima intellectiua non habet, quia Ariſtote. dicit in pº de anima. Intelligere, ſiue ſit imaginari, ſiue non fieri poſſit ſine imaginatione, non contingit abſq; corpore eſſe. & ita, cùm anima intellectiua non habeat aliquam operationem ſibi propriam, non poteſt à corpore ſeparari, & ita quiditatiue à Naturali conſyderabitur, intelligentia vero ſolum quò ad quia eſt. Sed, ſi hoc argumentum demonſtrat, tunc igitur non eſt differentia inter intellectum & animam: & ita male Ariſt. taxauit Antiquos in hoc, & male aſſeruit ipſum ſolum à corpore ſeparari. Dicamus igitur ꝙ tenendo, ſicut tenendum eſt ſm Ariſt. ꝙ intellectus ſit virtus abſtracta à materia, vt fuit opinio ettã Theophraſti, qui fuit auditor Ariſtot. & opinio Themiſtĩ, & Cõmen. ꝙ de neceſſitate habet intellectionem perpetuam, per quam intelligit in ſe conſyderatus ſubſtantias ſempiternas, et eſt ſemper felix in ſe. Vult enim Cõmen. ꝙ, ſi noſter intellectus nõ poteſt intelligere ſubſtantias abſtractas, ꝙ nullus intellectus poſſet etiam intelligere: quia in talibus, vt dicit. 3. de anima. cõ. 16. quicquid intelligit vilius intelligit nobilius, & non econtra. Licet igit̃ intelligere in nobis, quod cõmuniter experimur, & de quo Ariſt. egit in. 3. de anima, cum imaginatione ſiat: & ſic

Solut. contradi. Zim. talis

Tertio d an mã. cõ. 5.

Tertio d an mæ. 17.

Solutio quo dam.

Solutio ſo cietas.

Solo ꝓpria.

talis intellectus dicitur anima & natura, qa assimilatur animæ & formæ naturali: quia vt sic est motor coniunctus tangens hominem, sicut intelligentia orbē: tamen in se cōsyderatus, cū non diuidatur ad hominis diuisionem, sed sit substantia abstracta, sic habet intelligere eternum supra tempus, & supra omne corpus. Et de tali ter consyderato intellectu & intellectione non pertinet ad Naturalem, cuius argumento est cp Aristo. mouens hanc quæstionem in. 3. de anima, nō soluit ibi, sed dixit cp de hoc erit posterius cōsyderandum, quia vtique debat hoc spectare ad scientiam Diuinam, quæ est posterior via doctrinæ cæteris scientijs. Vnde &. 9. primæ philosophię de tali intuitiua cognitione intellectus respectu substantiarum separatarum dicit cp non est in nobis, sicut cæcitas. Et beatus Thomas ab ipsa veritate coactus concessit ibi, & notauit illud de mente Philosophi, videlicet cp intellectus hominis habet quoddam intelligere, non dependēs ab imaginatione, sicut est intuitiua cognitio intelligentiarum, quod quidem intelligere homini fm Peripateticos, licet non contingat nisi in postremo, in se tamen consyderatus intellectus ita per habet illud. Et hoc etiam notauit Cōmen. in p° de anima. cō. 12. li bene animaduertis. Dicitur igitur resolute intellectum cōsyderari à Naturali quò ad cp est modo prædicto, quidditatiue vero à scientia Diuina. Et ita non est contradictio in dictis Arist. alicuius momenti. Ad rationes respōdetur, cp bene ratio procedit de Philosopho Naturali & non de Diuino, quia scientia Naturalis est scientia specialis, ad quam spectat consyderare quidditates rerum sensibilium in particulari & sub particulari ratione formali, quia inquātum sensibiles sunt: sed scientia Diuina est scientia cōmunis, ad quam spectat omnia consyderare in ratione cōmuni & trāscendenti, vt dicit Philosophus in procemio Meta. & clarissime in. 11. meta. cap. 2. vel. 3. ad finem. Sr igitur Naturalis quidditatiue consyderaret intellectum, igitur oēm intellectum abstractum cōsyderaret quidditatiue, quia non est maior ratio de vno q̄ de alio, in eo cp est intellectum & abstractum, & ex alia parte consyderaret quidditatiue omne sensibile. ista autem sunt extrema, quia vnum est fm esse & rationem in materia, aliud vtroq; modo abstrahit, sed qui consyderat quidditatiue extrema, debet etiam & media cōsyderare. & ita etiam Naturalis quidditatiue cōsyderaret entia imaginabilia: qa si de quo minus, ergo & de quo magis. Si enim Naturalis per te abstracta vtroq; modo quidditatiue consyderat, multo magis minus abstracta consyderabit. Sed non valet de Diuino, quia licet Diuinus omne abstractum & intellectum quidditatiue consyderat, nō tamen omne intelligibile consyderat quidditatiue, nisi sub ratione transcendenti. sed vltra illam rationem remanet specialis, quæ est scientijs specialibus propria. Dices, scientia Naturalis & Diuina consyderant de omni anima: igitur nulla alta remanebit scientia, quia Naturalis per te consyderat vegetatiuam & sensitiuam, & Diuinus intellectiuam: & qui consyderat de omni tali, consyderat de omni sensibili & de omni intelligibili: igitur scientia Mathematica non erit. Respondetur, negādo consequentiam, quia licet scientia Naturalis quidditatiue consyderet omne sensibile, & Diuina omne intelligibile quidditatiue, hoc tamen est sub ratione cōmuni, & ideo restat specialis consyderatio entis imaginabilis ipsi Mathematico. hoc aūt isti videre non potuerunt. Si replices, dicam pariformiter de Naturali, qa ponam cp consyderat quidditatiue omne sensibile, cūm cōsyderet de sensu, & dico etiam cp quidditatiue consyderat de intellectu. sed dicam cp cōsyderat de omni intelligibili, inquantum intelligibile est, & sic non superfluunt aliæ scientiæ. Respondetur, cp hoc nō potest dici, quia Naturalis est artifex specialis, & ratio sua formalis est consyderare res, vt concernunt materiam sensibilem, & motum, quia non abstrahit à materia sua cōsyderatio; quę est principium sensus & motus. Vnde Cōmenta. 7. meta. & Arist. dicit cp homo non potest intelligi sine carnibus & ossibus. vbi Cōmen. in cō. dicit cp impossibile est intelligere qditates naturales sine sensu & motu: sed ratio intelligibilis, inquantum intelligibile est, et ratio intellectus inquantum intellectus est, abstrahunt à sensu & motu: & ideo ista ratio formalis consyderandi non potest esse Naturalis, sed est scientiæ Diuinæ appropriata. Vnde ratio entis inquantum ens nō est magis abstracta, q̄ ratio intellectus inquātum intellectus, aut ratio intelligibilis inquantum intelligibile, sunt. n. rationes trānscendentes. res enim sicut se habent ad entitatem, ita & ad veritatem, ex. 2. primæ philosophiæ, tex. cōmen. 4. Et confirmatur per Boetium in primo de Trinitate, vbi ponēs differentiā inter istas tres scientias speculatiuas penes modos formales cōsyderandi, inquit cp in Naturalibus proceditur rationabiliter, qa est de rebus sensibilibus cōtingentię et variationi subiectis, in quibus rara est certitudo: in Mathematicis disciplinabiliter, quia procedimus per imaginationē: in Diuinis autem intellectualiter. Idem etiam confirmat dominus Albertus in principio suæ meta. & est sententia Aristo. expresse in. 6. primæ philosophiæ, in tex. cōmen. 2. nam, cūm scientia Diuina illa dicatur, si alicubi autem, vt asserit, diuinum aut honorabile existit, in tali natura existit, videlicet quæ est abstracta vtroq; modo, modo omne tale est intellectus & intelligibile. & ista ratio est Diuini, non naturalis, licet etiam sit de abstractis fm indifferentiam. Sic igitur patet cp intellectus inquantum intellectus, pertinet ad Diuinum, & omne intelligibile inquātum intelligibile, sicut omne ens inquantum ens. & ita hoc non est Naturalis. Ad aliud respondetur cp isti æquiuocant. nam natura quandoq; sumitur pro omni essentia & substantia, & quandoq; sumitur proprie, vt de ea consyderat Naturalis, vt est principium motus. Aliter enim cōsyderatur natura in scientia Diuina, & aliter in scientia Naturali, vt scribit Cōmen. in. 5. meta. cō. 5. Dico igitur cp in. 3. de anima. cō. 17. dum Arist. dicit in omni natura dari vnū, quod est omnia facere, sumitur pro omni substātia seu essentia. Vnde sic in natura entium est vnum, quod est omnia fieri vt materia, & vnum, quod est omnia facere, & illo modo primus motor natura dicitur: quia vt scribit Cōmen. 12. meta. cō. 17. omnes formę sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore: tamen primus motor non est natura, vt definit in Physicis, immo ex hoc excluditur à consyderatione Naturali quidditatiua, quia non habet in se principium motus, vt patet. 2. physi. cō. 73. illo modo etiam intelligentia dicitur natura. Vnde Cōmen. in principio libri de substantia orbis inquit. Declaratum est corpora cœlestia esse composita ex duabus naturis, sicut corpora generabilia & corruptibilia componuntur. Sed in lib. de partibus animalium, quando Philosophus dicit cp non omnis anima est natura, sumit naturam proprie, vt est definita in Physicis. quia intellectus nedum illo modo natura non est, imo proprie loquendo etiam nō est anima, quia, vt diximus, differentia est inter animā & intellectum. Ad illud autem, in quo dicebatur probationes Aristot. non valere, quia probat per hoc non omnem animam esse naturam, quia non omnis anima est principium motus, cuius oppositum ipse dixit de intellectu. 3. de anima. cōmen. 48. &. 49. pariformiter dicitur cp negauit intellectum esse principium motus, sicut natura definitur, quæ est principiū intrinsecum ipsi naturato, in quo est per se: sed intellectus et q̄libet intelligentia

gentia non est principium intrinsecum, cùm principia debet de animalibus Naturalis inuestigare, qa ista est intentio Philosophi ibi, sed extrinsecum. Vnde Commē. p° cœli cō. 22. inquit, cū cœlum sit semper motum, necesse est vt moueatur per principium extrinsecum nō corporeum, neq; vt sit virtus in corpore. Virtutes igitur naturales, definit in libro physicorū, sunt corpora, aut virtutes in corpe, cuiusmodi non est intellectus. Vnde Cōmen. in. 12. disputa. contra Algazelem inqt in solutiōe dubij primi, cp emanatio Dei benedicti fm Philosophos recte loquentes nō est fm naturam, neq; fm volūtatem, quæ est in nobis. Et ita isti hallucinati sunt non intelligentes veritatem, neq; mentem Arist. Albertus autem cognomento Magnus in lib. 11. trac. p° cap. de animalibus, dicit rationes Aristo. procedere de intelligentijs cōmuniter, & non de intellectu hominis. Sed cū reuerentia non bene dicit. quia Aristot. ibi loquitur de intellectu, qui refertur ad intelligibile, sicut sensus ad sensibile. patet autē cp iste est intellectus passibilis. 3. de anima. cō. 2. Sr igitur est intelligere sicut sentire. Amplius Aristo. ibi adducit tertiam rationem ad eandem conclusionem, vbi probat scientiam Naturalem quidditatiue non consyderare de intellectu. Et videtur mihi cp sit per locum à maiori negatiue, & est confirmatio nostrorum dictorum, nam scientia Naturalis nullam rem abstractam à materia fm definitionē consyderat, sicut sunt entia mathematica. Et hanc probat, quia Naturalis consyderat ea, quæ à natura fiunt: in talibus autem est ratio boni & finis, demonstratiū est autem in. 2. physi. cp natura agit propter finem: ted in talibus entibus in abstractione consistentibus non est ratio boni neq; finis, vt asserit, & habetur etiam in. 3. meta: sequitur igitur cp multo minus poterit consyderare intellectum, qui est omnino abstractus. Vnde ex modo loquendi illa est tertia ratio: aliter sermo eius non esset continuus. Et ista est cōfirmatio omnium dictorum nostrorū superius, quia verum vero consonat ex omni parte. Sr dicatur cp Cōmen. 2. phy. cō. 26. dicit cp quidditatiua consyderatio se extēdebat vsq; ad vltimā formarum māterialiū, & primam abstractarū: Dic cp per vltimā intellexit cogitatiuam, & hoc inclusiue vsq; ad materiā abstractarum exclusiue: quia illā quidditatiue non cōsyderat, quia intellectiua est primus terminus, in quem desinit exclusiue, & ipsa cogitatiua inclusiue. Vnde in sua media dicit cp de anima intellectiua cōsyderat scientia Naturalis, vt est proportionata materię, non igitur absolute & in se. Sic gloria dictum eius. 3. de anima. cō. 17. & p° de anima. cōmen. 12.

Tertio de anima. cō. 20.

Decima tertia contradi. est in cō. 20. Dicit Auer. cp intellectus in potētia prius applicatur nobis, q̄si agens. Huius oppositum patuit cō. 18. &. 36. Nisi esset cp intellectus possibilis est prior origine: sed intellectus agēs est prior prioritate perfectionis. Aut aliter, cùm intellectio, quæ fit in nobis, duplex sit, & per intellectum speculatiuum, & per intellectum adeptū, intellectus possibilis quò ad primā intellectionē, præcedit intellectum agentem quò ad secundam. quia secunda primam supponit. 3. de anima. 36. licet, vt dictum est, secūda longe perfectior est prima secundum ipsum.

Solutio.

Tertio de anima. cō. 20.

Decima quarta cōtradi. est in cō. 20. Intellectus fm Auerro. in lib. de anima dicitur quatuor modis videlicet, de intellectu materiali, & de intellectu in habitu, & de intellectu agente, & de virtute imaginatiua. Huius tñ oppositum scribit Alexā. in tracta. de intellectu, qui in principio inquit cp intellectus apud Arist. est trinus. primus enim est intellectus materialis, secundus in habitu, & tertius est intellectus agens. Solutur intellectus proprie, qui est vniuersalium, triplex est. & sic loquitur Alex. extensiue aūt imaginatiua etiam dicit intellectus respectu particularium. vnde etiā intellectus passiuus dicitur 3. de anima. tex. cōmen. 20. & sic accipit intellectum etiam Arist. ibidem in tex. cōmen. 48. vbi dicit, Videntur autem duo hęc mouentia, aut appetitus, aut intellectus, si quis imaginationē posuerit, sicut intelligentiam quandam.

Solutio.

Decimaquinta contradi. est in cō. 26. Dicitur cp formatio intellectus est semper vera. Sed oppositum habētur in cō. 21. vbi dicitur cp formatio intellectus non est vera neq; falsa. Debes scire cp Cōmē. per formationem hic intellexit primā operationem intellectus, qua quidditas ipsa simplex in se apprehenditur per intellectum. & quia quidditas ipsa forma est, ideo ab ipsa formatio dicitur: aut quia intellectio talis mediante specie fit, quæ apud Arabes ēt forma nuncupatur, sicut alias declarauit. Circa aūt talem intellectionem dist in cū est. nam aut illud, quod apprehenditur, est conceptus simpliciter simplex: & talis in se consyderatus non habet aliqd, per quod possit sciri, & aliquid per quod possit ignorari: & circa talē nulla potest esse deceptio in intellectu, imo ibi veritas est. talis autem veritas in prima operatione intellectus consistens non est formalis veritas, quę. fm compositionē, vel in diuisione consistat, sed solum consistit in hoc, cp obiectum ita se offerat potentiæ cognoscenti, sicuti ipsum est in se. si autem conceptus fuerit simplex, qui simplici actu intelligēti conceptus fuerit simplex, qui simplici actu intelligēti conceptus esse possit, sit tamen conceptus ille resolubilis in quid, et in quale, in talibus potest contingere falsitas virtualis. puta si intelligeretur homo irrationalis. & de hoc loquebatur Philosophus. 2. meta. tex. cō. 14. quādo dicebat cp falsa in se ratio nullius est simpliciter ratio. ibi. n. est falsitas virtualis. virtualem autem falsitatem appello, quando obiectum concipitur in actu simplicis intelligentiæ, sub aliqua ratione sibi repugnante. sed quādo esset copula formalis, tunc etiam esset falsitas formalis. Ad propositum ergo prima operatio intellectus est semper vera, seruatis istis conditionibus. & veritas illa consistit in hoc, cp obiectum ita præsentet se intellectui sicuti est: veritas enim est adæquatio rei ad intellectum, quando autem dixit Cōmen. cp nō est vera neq; falsa, intellexit de veritate & falsitate, quæ in compositione & diuisione consistit, quia talia solum in secunda intellectus operatione habent fieri.

Terno de anima. cō. 20.

Decimasexta contradi. est in cō. 2-. Habet Auer. cp scientia in potentia generatur à scientia in actu. Sed huius oppositum habet. 3. de anima. cō. 5. in solutione tertiæ qōnis, vbi habet hoc pro inconuenienti, quia tunc scientia, quæ est in magistro, esset generans scientiam, quæ est in discipulo, sicut ignis generat altum ignē sibi similem. Debes scire cp Auer. hanc consequentiam, et rationē accepit à Themistio super. 3. de anima. cap. 22. &. 23. Themistius autem videtur deduxisse illud ex sententia Platonis, inquit enim cap. 22. Quòd si cui extrema opinio incredenda videatur, omnes homines, qui ex actu & potentia conditi dicimur, ad vnicum intellectum agentem referri, vnde consistimus sumusq; homines, nihil est, quamobrem auersari absterreri ue debeat. vnde enim communes illæ animi conceptiones, prænotionesq; cōmunes omnibus haberentur vnde ingenita illa impressaq; omnium mentibus primorum notiția consistisset natura duce, nulla ratione, nulla doctrina? vnde postremo intelligere mutuo & intelligi vicissim possemus? nisi vnus singularisq; intellectus fuisset, quem cōmunem omnes homines haberemus. Quocirca verissime illud apud Platonem legitur. Nisi inqt hominibus cōmunia essent multa, sed proprium quid aut impromiscuū contineretur in singulis, non esset admodū facile ostendere, & significare alteri voluntatem suā. hæc ille. Nos autem alias declarauimus Pla-

tonis authoritate nõ procedere de intellectus vnitate, cũ totum studium Academicorum sit in purificatione & immortalitate animarum humanarum, sed illud dictum Platonis erat propter ideas ponendas, nã nisi esset vna cõis idea, in qua hoies conuenirent, non facile alter alteri suos conceptus posset exprimere. Ista aũt ratio Themist. et Auer. vt alias deduxi, multas habet instantias, quas afferre possem, sed quidqd sit pro nũc, dico sm ipsum, sciam nõ posse gnãri à scia, sicut ignis generatur ab igne, hoc aũt sequitur sm ponentes pluralitatẽ intellectus, vt ipse opinat. quod qũo declaratur, non est præsentis negocij, si qua tñ est declaratio, vide quæ dicit Themõ. & isto modo negauit ipse gnãri scientiam à scia. tñ q scientia absolute alia vta non possit generari quantũ ad indiuiduũ, nullibi ipse dixit hoc: imo præsens cõmentũ est contra illos, qui tenent nostrum scire esse reminisci sm Auerr. sed videant quæso cõ. 2. primi poster. & cõ. 48. & 49. primi meta. & 7. meta. cõ. 58. & in fine. 2. posterio. & in cõ. super lib. de sensu & sensi. in colũna tertia. & 3. de anima. c. 5. & 20. et. c. 18. cap. 4. & tunc videbunt vtrum ista tuerit opinio Auerrois nec ne. Ita volumus notare, ne verbositas aliquorum mentem Auerro. peruerteret.

Tertio d anima. com. 29.

Solutio.

Decimaseptima contradi. est in cõ. 29. Habeẽ q delectatio nõ est in intellectu. Sed huius oppositũ habetur. 12. meta. te. cõ. 39. Soluit. in intellectu non est delectatio eiusdem rõnis cum illa, quę est in sensu, sed bene alterius rationis potest delectatio esse. Vide Themistium in. 3. de anima. cap. 47. & intelliges hoc.

Tertio d anima. com. 29.

Decimaoctaua cõtradi. est in eodem cõ. Fuit oppositum nobis. nã ibi dicit Cõ. q proprię appetitus sensitiui & desyderij sensibilis est cũ præsentia obiecti sensati: econtra aũt est de appetitu intellectuali. Sed huius oppositum inducebatur de aialibus perfectis, qa talia habent imaginationẽ & desyderiũ respectu absentium sentatoꝝ, sicut patet. 2. de aia. 156. & 20. Nec valet si dicatur q ibi loqtur de imaginatione, non aũt de desyderio. nã desyderium consequitur imaginationem, sicut vmbra cõsequitur corpus. Soluitur. ista differentia intelligitur enim præcisione: sicut dicitur in simili de vniuersali & singulari, vt sunt obiecta sensus & intellectus.

Solutio.

Tertio d anima. com. 33.

Decimanona contradi. est in cõ. 33. dicit Cõ. q cogitatiua nõ cõponit intelligibilia singularia. Huius oppositum patet in hoc. 3. cõ. 20. & 22. Confirmat. quia cogitatiua apparet intellectus particularis, eo quia homo per ipsam particulariter discurrit. Soluit. dictum Cõmen. hic intelligitur sano modo. & sensus est iste, cogitatiua non cõponit singularia, i. terminos simplices: qui cũ vniuersales sunt, quia hoc pertinet ad intellectum, qui est superior cogitatiua. singulare hic non sumitur, vt distinguitur contra vniuersale, vt intelligit contradicens, sed vt distinguitur contra compositum.

Soluto.

Tertio d anima. com. 14.

Vigesima contradi. est in cõ. 34. Dicit q bonum & malũ, verum & falsum sunt in eodẽ genere. Sed oppositum huius patet. 6. meta. te. cõ. vltimo. vbi habet q bonũ & malũ sunt in rebus, sed verũ & falsum sunt in intellectu. Soluit, q bonũ & malũ dupliciter possunt sumi. vno mõ vt mouent in genere causæ efficientis: alio modo vt mouent in genere causæ finalis. si primo modo, sic bonũ & malũ sunt in aia sicut verum & falsum: & sic sunt in eodẽ genere, qa vtrũq; est cognitio. nam 12. meta. cõ. 36. balneũ in aia mouet vt efficiẽs, & balneum extra animam mouet vt finis. & ideo, si cõly dicatur vt mouent in rõne finis, sic habẽt esse in rebus. de hoc tamen latius dicemus in cõ. vltimo. 6. meta.

Solutio.

Tertio d anima. com. 16.

Vigesimaprima contradi. est in cõ. 36. Auer. in recitãdo opinionẽ Themi. dicit q ponẽdo intellectũ abstractũ, tunc hoc verũ est q id, quod est magis vtibile, magis cõprehendit. Sed oppositum huius patet. 2. meta. cõ. pº. Soluit. dictũ eius hic intelligitur sic, q, si intellectus abstractus intelligit res materiales imperfectas, multo magis aptus est intelligere res abstractas pfectas. hoc tñ non est sibi facile, sed difficile. & ita dixit. 2. meta. cõ. pº, q exemplũ illud Philosophi de visu noctuæ respectu luminis diei non ostendit impossibilitatẽ, sed difficultatẽ. dico per locũ à minori q, si intellectus ista imperfectiora intelligit, multo magis aptus est intelligere res ipso pfectiores, sicut Deus est & abstractæ substantiæ. hoc tñ non est sibi facile, sed laboriosum, propter ipsum in cognitiõe nostra naturali depẽdere à sensatis.

Solutio.

Tertio d anima. cõ. 36.

Vigesimasecunda contradi. est in eodẽ cõ. 36. In illa parte, in qua reprehẽdit Alex. videtur habere pro inconuenienti q æternum in sua actione indigeat aliquo corruptibili, ita q ex eis fiat vna actio. Sed huius oppositum patet. 3. de aia. cõ. 18. de intellectu agẽte & phantasmate. similiter. 7. meta. c. 31. & 2. phy. te. cõ. 26. vbi dicitur q Sol & hõ generant hoiem. Soluitur. Cõmẽ. negat æternũ non posse cõiungi corruptibili, eo modo, quo Alexan. ponebat. qa sicut sibi imponit Auer. ipse Alexan. tenuit intellectũ possibilẽ esse generabilem & corruptibilẽ, & potuit intellectũ agentẽ abstractũ esse, qui apud Alexan. Deus est: & dixit q in copulatione intellectus adepti Deus vntebat formaliter intellectui possibili, hoc aũt non põt intelligere Cõmen. nã, si aliquod abstractũ informaret corruptibile, aliquo modo à corruptibili depẽderet. & ideo cauẽat qui ad intentionem eius tenent aiam intellectiuã dare esse formaliter homini. Illud aũt, quod de phantasmate & hoie allegabat, nihil mouet: tũ quia phantasma non est materia intellectus agentis, nec virtus informatiua hois est materia respectu Solis in hois productione, sicut intellectus possibilis erat materia sm Alexan. respectu intellectus agentis in copulatione: tum ẽt, quia phantasma Socratis & Platonis nõ est primum instrũm intellectus agentis, sed secundariũ & extraneũ quoquo modo, sicut patet. 3. de aia. 5. 19. & 20. cõ. Nam sicut dicit Auer. species est in prima intentione naturę, non indiuiduũ, nisi per accidens. & ita dicendũ puto de Sole & hoie. sed de hoc latius vide. 8. phy. cõ. 15. vbi declarat quõ nouitas sit in effectu deriuata à voluntate antiqua, & quõ non.

Tertio d anima. cõ. 36.

Vigesimatertia contradi. est in eodem cõ. 36. In illa parte, in qua ponit opinionẽ suam, dicit q intellectus in habitu est, per quẽ extrahimus intellecta. Huius tñ oppositũ supra dixerat cõtra Alexan. hoc idẽ opinantem. Soluti ibidem, vbi contra Alexã. arguit, & contra Auẽpace. ibi. n. dicit, & etiam quõ attribuit actio propria intellectui, quæ est facere intellecta intellectui generabili & corruptibili, s. qui est in habitu. Nisi quis ponat q intellectus, qui est in habitu, sit intellectus agẽs compositus cũ intellectu materiali, vt dicit Themi. aut ponat q forma postrema nobis, qua abstrahimus intellecta, & intelligimus ea, est cõposita ex intellectu in habitu, & intellectu agente, vt Alexã. & Auẽpace ponunt: sicut nos ẽt reputamus esse apparens ex sermone Arist. in intellectu in habitu. ergo nõ discordat ab Alexan. nisi pro quãto ponebat intellectũ materialẽ, q est pars ipsius, esse corruptibilẽ: non aũt in modo ponẽdi.

Solutio.

Tertio d anima. com. 51.

Vigesimaquarta contradi. est in cõ. 51. Dicit Auer. q bonum actuale cõmune oibus est laudabile. Oppositum pº ethi. cap. 16. Soluitur. sumitur laudabile ethicorum pº strictius q̃ hic: quia ibi sumitur vt distinguitur cõtra honorabile, hic aũt lato vocabulo sumptum est.

Solutio.

Tertio d anima. com. 66.

Vigesimaquinta contradi. est in cõ. 66. Dicit Commen. q tactus comprehendit sensibile suum sine medio. Huius tamen oppositum patet. 2. de anima. commen. 107. 108. 115. Soluit. tactus quantũ est merito receptionis non indiget medio, sed per accidens & merito contactus nihil prohibet ipsum medio indigere.

Solutio.

Marciantonij

MARCIANTONII ZIMARAE SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS AVERROIS, ET ARISTOTELIS,

Super Libris de Sensu & Sensilibus, et de Somno & Vigilia.

Super libro de sensu & sensi.



Cribit Cõmẽ. super cõ. libri de sensu & sensi. q virtutes diuersificantur adinuicem sm fortitudinem & remissionem. Vide oppositum huius. 7. phy. cõ. 20. ad finem cõ. Solutio. Solutio. non ratione sui (quia in indiui sibili consistũt) diuersitas virtutum est, sed est merito dispositionum & merito sui instrumenti, sicut patet primo de anima. te. cõ. 65. vbi dicitur, si senex accipiat oculum iuuenis, videbit vtiq; vt iuuenis.

In libro de som. & vig.

Contradi. est in lib. de somno & vig. Arist. cap. 3. in fine ibi, Mouent autẽ quidam dũ dormiunt, & faciunt multa, quæ vigilantium sunt, dicit q illi, qui exercent opera vigilantium, faciunt hæc non absq; phantasmate & sensu aliquo, somnium enim est quodãmodo sensamentum. Dicendum est autem postea de ipsis. somnia enim meminerunt expergefacti, actus vero vigilię non meminerunt. vbi videtur Arist. dicere istos somniare, dum exercent opera vigilantium, & quando expergiscuntur, bene memorant somnij, sed nõ actuum, quos exercuerunt. Sed huius oppositum expresse de istis legimus in. 5. de genera. animalium. cap. 1. vbi redditur causam, quare infantes rideant in somno. Inquit. n. q accidit dormientibus animalibus in somno sensus, non modo eo, quo somnia vocantur, sed etiam præter somnia: vt ijs, qui dormiẽtes resurgunt, & quidem plerąq; agunt sine insomnio. sunt enim, qui dormiẽtes resurgant & ambulent, videntes eo modo, quo qui vigilant. ijs enim, qui sensus accidentium contingit, quanquam non vigilãtibus, tamen non vt somniũ. vbi expresse colligitur, istos, qui dũ dormiunt, exercent opera vigilum, non somniare, sed sensu aliquo agitari. Nisi esset q duplex est somnũ: quoddam, quod fit imaginatione & memoria, & illi qui hmõi somnum patiuntur, memorantur expergefacti: quoddã vero fit cum imaginatione sed non memoria. & ideo tales expergefacti non memorantur actuum, quos in somno exercuerũt. & de tali loquitur Philosophus in lib. de somno & vigilia. Sed ista solutio non satisfacit. qa Arist. dicit istos bene recordari somnij, sed non actus: quod non esset, si illud somnium sine memoria fieret. Ideo aliter dicendum est triplicem esse sensum, videlicet in actu, & iste est in vigilantibus. est ẽt sensus secũdus, qui nobis somniantibus contingit. imaginatio enim eorum, quæ insomnia vocantur, sensus quidã est, tertius vero est medius inter illos, & est ille, qui contingit dormientibus exercentibus opera vigilantium, qui apertis oculis faciunt multa opera vigilantiũ, & tñ dormiunt. quod illo experimento cõprobatur, qua cũ expergiscuñ, interrogati, de talibus nõ recordantur. Amplius aũt, qa tales exponũt se plerũq; maximis periculis, quod non facerent si vigilarent. accedunt. n. plerunq; ad loca inimicoꝝ & verberant illos: & plerũq; verberant colũnas, imaginãtes se verberare inimicos, & ideo isti operantur à phantasmate, sed non est verũ somnium. Cattsa aũt, propter quam isti non recordantur actus, sed bene recordant somnij, i. phantasiæ dicta est ab Arist. in problematibus. Et iõ non oportet dicere talẽ imaginationẽ fieri, nulla concurrẽte actione memoriæ, vt dicit Ioã. grãma. ibi, sed melius est distinguere aliter de somnio vero, videlicet quod non contingit vere dormiẽti, in quo sensus exteriores sunt ligati. & hoc potest cõtingere ex imaginatione coniuncta memoriæ & scientiæ, qñ coniungitur primo modo isti expergefacti recordantur somnij: si vero non, non. Aliud vero est somniũ improprie, quod contingit homini, in quo sensus exteriores quodãmodo sunt ligati, et quodãmodo soluti. Nam istis, inquantũ oculis patentibus exercent opera vigilantiũ, & spiritus, & nerui deseruientes virtuti motiuæ sunt soluti sic. inquantũ vero isti non percipiunt se videre nec audire, sic sunt ligati. & istud rectius dicit imaginari q somniare. & de isto Arist. dicit, quòd est quodãmodo somnium ipsum phãtasma. vtuntur enim isti quodãmodo phantasmatibus pro rebus, sicut verberantes colũnas existimant se verberare inimicos: licet per accidens contingere possit, vt etiam inimicos verberent, sicut imaginantur. sed hoc accidit.

Solutio.

Alia solutio.

MARCIANTONII ZIMARAE SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

Super Primo Metaphysicorum.



Primo meta. in procem.

Agrediamur nunc obsecro dicta Arist. & Auer. in Metaphysicis. Art. dicit animalia habẽtia memoriam esse prudẽtia. sed cũ ex libro de memoria illa aialia habent memoriam, quæ tẽpus percipiũt, quia est respectu præteriti, sequitur q alia ab hoie sentiunt tps. Sed huius oppositum habeẽ ex. 4. phy. te. c. 131. quia tẽpus cũ sit numerus motus, nullum aial percipit tẽpus. sed nullum aial nouit numerare, nisi hõ qui habet intellectũ, quia numerare solius intellectus est, vt ibi dicit. Nisi esset q differentia est inter hoiem et brutа, nã homo solus per se sensum tẽporis habet propter prædictã causam: alia vero aialia ex accidenti, p quanto agnoscunt motionẽ, & passionẽ, quam aliquo tẽpore acceperunt. & ista est sńia Themi. in. 3. de aia in cap. 64. Forma igit temporis à solo hoie, nedũ materia cognoscit, sed habentia memoriã præter hoiem agnoscũt materiã tantum. Amplius, vt d. Themi. in cõ. super lib. de memoria & reminiscentia lib. 1. cap. 5. Bruta hoc solũ cognoscunt se modo corruere, aut olim corruisse, sed tñ præteritum tẽpus à futuro non discernunt. tẽ homo recordari se percipit: sed hoc brutis est negatum.

Solutio.

Secunda contradi. est ẽt in proœ. primi meta. Arist. in proœ. primæ philosophiæ dicit q vniuersalia hominibus sunt difficillima ad cognoscẽdum. Sed huius oppositũ legimus in pº physicæ auscultationis in te. cõ. 4. vbi ostendens ordinem doctrinæ, inquit ab vniuersalibus ad particularia esse procedendum, quia vniuersalia sunt magis nota nobis. Alexander autem in præsenti loco volens istam sedare contradictionem asserit quòd non est idem primũ quod vniuersale. Prima Philosophia, cùm sit scientiarum certissima, scientiarum au-

Primo meta. in procem.

Alex. solo.

tem certissimę maxime prior⁹ sunt, Metaphysica est de prioribus, quæ quidē hominibus sunt difficillima. vtia autem, quę in physicis asseruit esse nobis notiora, nō sunt eadem cum primis, sed sunt cōmunia, vt genera. quæ quidem solutio nisi recte intelligatur obscura est, & non videtur satisfacere, quia Arist. in procę. enumerans conditiones sapientis inter alias cōditiones asseruit istam, videlicet quòd sapientis est omnia cognoscere, vt possibile est, i. in vniuersali. vnde scribit. Horum autem hoc quidem omnia scire vniuersalem scientiam maxime habēti inesse necesse est: hic enim nouit omnia aliqualiter subiecta, & postea sequitur. Ferè autem & difficillima sunt hominibus ad cognoscendum quæ maxime vniuersalia sunt. nam à sensibus sunt remotissima. Amplius prima philosophia est de cōmunibus & generibus saltem analogice dictis, quia ens & vnum sunt cōmunissima omnibus per analogiam. & sic contradictio adhuc perseuerat in suo robore. Nisi esset ꝙ duplex est vniuersale, vt innuit etiam Auerro. in cō. magno p⁹ posterio. cō. 12, quoddam. n. est vnum numero ſm essentiam, sed est vniuersale causalitate, sicut est primum efficiens & prima materia. quoddā vero est cōmune pluribus per prædicationem, vt sunt genera & species. Tunc igitur dictum Aristot. asserentis vniuersalia esse hominibus difficillima ad cognoscendum, quia à sensibus sunt remotissima, habet locū de vniuersalibus ſm causalitatem, & talia sunt prima seu principia omnium, idem enim dicitur primum, quod principium ex. 5. primæ philosophiæ. & hoc voluit dicere Alex. quòd refert dicere aliquid esse primū & vniuersale, s. vniuersale per prædicationem, de quo loquebatur in Physicis, sed primū & vniuersale causalitate non distinguuntur. & sic intelligitur solutio Alexan. Quod autem asserebatur etiam primam Philosophiam cōsyderare de communissimis per prædicationem, sicut est ens & vnum: Respondetur ꝙ hoc verissimum est, tamen talia licet in prima cognitione incomplexa sint notissima: nam ſm Auic. ens & res prima impressione imprimuntur in anima: quantum ad scientificam cognitionem naturalium proprietatum, quæ per demonstrationem acquiritur, cognitio eorum est difficillima. & sic patet solutio.

Tertia contradi. est in cō. p⁹. Inquit Auer. ꝙ materia non vere generatur, neq; corrumpitur. Huius autē oppositū meminimus nos legisse sup p⁹ phy. cō. 60. Solutē, materia vere gñatur & vere corrumpitur subiective: motus enim est in moto & non in motore. & qa subiectū generationis & corruptionis est materia, proterea dicimus nos ipsam vere generari & vere corrūpi: quia, s. subiectum est. Materia non vere generatur, neq; vere corrumpitur, quam generationis, aut corruptionis terminus. Primo modo loquitur p⁹ physico. cō. 60. sicut ipse seipsum ibi declarat. Secundo modo loquitur hic: & etiam loquutus est Philosophus p⁹ phy. te. cō. 82. Dicant alij quidqd velint, distincto vera est in se, nec aliter dicta Auer. admitticē conciliari possunt.

Quarta contradi. est in cōmē. 9. primi huius. Dicit Auer. ꝙ forma hominis non est homo. Huius oppositum patet per ipsum. 7. meta. 34. &. 21. Dico ꝙ solutio patet ex cō. 21. septimi meta. quia ibi dicitur ꝙ homo potest dupliciter sumi, vno modo pro sui quiditate. & cùm sua quiditas sit sua forma: nā materia nec est propria quiditas, nec quiditatis est pars: sic forma hominis homo dici potest. Si autem homo sumatur pro essentia hominis, quæ quia composita est ex materia & forma, sic hominis forma non est homo: quia forma est altera ps essentiæ hominis, & altera est materia. etenim materia & forma sunt partes essentiales compositi, sicut patet p⁹ physi. cō. 5. &. 7. meta. 37. & ideo refert dicere in via Auer. aliqd esse de essentia alicuius, & aliqd esse de quiditate illius. sicut supra declarauimus in. 3. de anima, super cō. p⁹, quiditas est quid magis abstractum ꝙ essentia. Consimiliter materia bene dicitur essentia quædam aut natura: quiditas tamen proprie loquēdo dici non debet, sed si quando ꝙ dicitur, sumit pro essentia. & ideo aliquid potest esse de essentia, quod tamen non erit de quiditate illius: sed solum vehiculum quiditatis, & tale est materia ſm ipsum. Et per istam distinctionem soluuntur omnia argumenta Subtilis doctoris in. 7. meta. & in. 3. senten. distinctione. 22. quæstione vnica, si bene aduertis. Et etiam per istam distinctionem soluitur contradictio: quia forma hominis est homo vno modo, & forma hominis non est homo alio modo. Vide cō. 21. septimi meta. & intelliges totum, quod diximus esse de intentione Auerrois.

Quinta contradi. est in cō. 12. Videtur ponere formas mixtorum distinctas esse à formis elementorum, & per consequens ponit pluralitatem formarum. Huius tamen oppositum patet p⁹ cap. de substātia orbis. Solutionē quære ibidem: nā super illo loco diffuse dixi.

Sexta contradi. est in cō. 15. Raritas & densitas ſm Auer. sunt de prædicamento situs. Huius tamen oppositum dicitur. 7. phy. cō. 15. vbi dicitur ꝙ sunt qualitates: &. 4. physi. cō. 84. vbi dicitur ꝙ sunt quantitates. Soluitur. supra. 4. phy. 84. dixi de hoc. et etiam. 7. physico. 15. non oportet igitur tertio repetere. non te pigeat reuoluere chartas.

Septima contradi. est in eodem cō. 15. Dicitur ꝙ impossibile est vt idem recipiat passionem, & transmutetur de contrario in contrarium. Huius tamen instantia patet p⁹ phy. 63. de materia prima, & p⁹ de substantia orbis, & in quampluribus alijs locis. Soluitur. Intelligitur de esse in actu, nō de ente in pura potentia: sicut est prima materia. Nam, si ens in actu, inquantum in actu, idem manens, mutaretur de contrario in contrarium, tunc simul & semel esset in actu et in potentia respectu eiusdem: quod non capit intellectus Philosophorum.

Octaua contradi. est in cō. 17. Dicit Auer. ex sententia Alexandri genus à materia differre. Huius tamē oppositum videtur. 10. meta. tex. cō. 24. Soluitur. Genus non est vera materia, vt dicit Cōmen. hic, quia materia talis non est actus aliquis, nec actum habens, neque vniuersalem, neq; particularem, sed est pura potentia. Et ideo caueant ponentes formam corporis substātiæ materiæ primæ coæternam esse. tunc enim materia esset corpus aliquam formam vniuersalem habēs: & ita nulla esset differentia, quam ponit Auer. hic, inter genus & materiam. Genus enim non dicit puram potentiam, sicut prima materia: & per hoc à materia differt. nec dicit vltimum actum non cōtrahibilem per alium actum quiditatiuum, sicut differētia specifica dicit: sed dicit quādam formam generalē, quæ mediat inter puram potētiam & actum completum, qualis est vltima differentia. & ideo genus potest prædicari, non autem materia. quia prædicatum, vt dicūt Logici, habet modum formæ, & quia genus aliquam formam dicit, non autem materia, inde est ꝙ illud prædicatum esse potest, illa vero minime. Tamen licet genus vera materia non sit, tamen est materię proportionale, sicut dicit Porphyrius cap. de Differentia. nam, quemadmodum ex materia & forma fit vnum per se compositum, sic ex genere & differētia fit per se vna species. &, quia sicut materia in physica compositione contrahitur, quā lificatur, & perficitur per formas, & substernitur formæ tāquam subiectum, sic genus perficitur, contrahitur, & actuatur per differentias, & substernitur eis, sicut perfectibile ad perficiēs, & sicut subiectum ad formam

Differt ꝛic quid esse te essentia, & de quiditate alicuius.

Primo meta phy. cō. 12.

Solutio.

Primo meta phy. cō. 15.

Solutio.

Primo meta phy. cō. 15.

Solutio.

Primo meta phy. cō. 17.

Solutio.

Solutio propria, & Alexā. verborū interpratio.

Prio meta. cō primo.

Solutio.

Primo me ta. cōmē 9.

Solutio.

mam. & inde fuit ꝙ modus prædicandi generis fuit in quid: & modus prædicandi differentiæ fuit in quale, quia genus prædicatur per modum per se stantis: differentia autem per modum informantis, & alteri adiacentis, & per modum qualificantis prædicatur. et ideo genus in quid, & differentia prædicatur in quale. Solutio ergo cōtradictionis stat in hoc pūcto. genus non est vera materia, genus tamen est materiæ simile.

Primo meta phy. cō. 28.

Solutio.

Nona cōtradi. est in cō. 28. Vniuersale intellectum, inquit Cōmenta. est prius ſm causam eo, quod est sub eo. Huius tñ oppositum patet p⁹ de anima. cō. 8. Solutur, istud dictum procedit de vniuersali Platonico, quod erat per se existens separatum à singularibus: sed dictum primi de anima. cō. 8. locum habet de vniuersali Aristotelico. sicut patet etiam. 12. meta. cō. 4. vbi dicitur ꝙ vniuersalia apud Arist. sunt collecta ex singularibus ab intellectu, qui accipit inter ea similitudinem, & facit ea intentionem vnam.

Primo meta phy. cō. 39.

Solutio.

Decima contradi. est in cō. 39. Dicitur ꝙ nihil mediat inter materiale & abstractum. Oppositum patet 2. phy. tex. cō. 26. de forma hominis vltima. Soluitur. authoritas eius sic intelligitur, nulla natura est in re extra, quæ non sit, aut à materia separata, aut in materia immersa. De forma autē hominis vltima non dicimus ipsam mediam esse per abnegationem vtriusq; extremi, sed dicitur media ſm similitudinem, & ſm comparationem. nam pro quanto in aliquo conuenit cum formis matertalibus, materialis esse videtur: pro quāto ratio cōuenit cum abstractis, aliquo modo abstracta est. & ideo forte dixit Themistius scientiam de anima Mathematicā esse, sciētiam & mediam: sicut etiam nos superiori anno. 1506. declarauimus pulchre, dum librum de Anima interpretaremur.

Primo meta phy. cō. 40.

Solutio.

Decima contradi. est in cō. 50. Scribitur Antiquos quatuor causas cognouisse. Huius oppositum patet. 2. physi. cō. 9. vbi dicitur eos ignorasse formam. Soluitur. hoc habet locum de Antiquis, qui fuerunt Aristo. tempore. & ita glosat Cōmen. hic propositionē istam. Sed. 2. phy. cō. 9. loquitur de alijs Antiquis, qui longe ante tempora Aristot. de causis rerum disputabant: illi enim solum materiam cognouerūt. Philosophia enim balbutiēdo incœpit: sicut dicitur in hoc primo. Et ideo distingue tempora, & concordabis scripturas: sicut inquit diuus Hieronymus.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS AVERROIS, *super Secundo Metaphysicorum.*

Secūdo metaphy. comen. primo.

PRima contradi. est in cō. p⁹. Auer. facit istam consequentiam, ꝙ, si intellectus noster non intelligeret abstractas substantias, tūc aliquid natura fecisset frustrā. quia fecisset illud, quod est in se naturaliter intellectum, non intellectum ab alio. Sed oppositum huius sequitur ex dictis eius. 7. meta. cō. 58. vbi dicit hæc verba. essentię rerum intelligibilium sunt existentes, licet non intelligantur. Confirmatur authoritate eiusdem ibidem cō. 46. substantiæ sensibiles sunt substantiæ, licet non definiātur. non enim diuersantur in suis substantijs, quando definiuntur, & quādo non definiuntur. sicut est dispositio in visibilibus: quoniam ipsa non sunt minus visibilia quando videntur, ꝙ quando non videntur. Et confirmatur, nam Philosophus. 2. de anima. te. cō. 142. reprehendit Antiquos opinantes sensibile & sensum esse relatiua simpliciter: quia tunc nullus esset actu color sine visu. sed idem est iudicium de sensibili respectu sensus, & de intelligibili respectu intellectus. 3. de anima, tex. cō. 3. sicut ergo sensibile non habet esse per sensum, sic nec intelligibile per intellectum. Et confirmatur, quia intelligibile intellectum natura præcedit: prius autem inquantū prius non dependet in esse à posteriori. Præterea, ratio Auer. vt dicit Sanctus doctor hic, & doctor Subtilis in. 2. meta. qōne. 3. videtur peccare per fallaciam consequentis, quia arguit sic, si substantiæ abstractæ non sunt intelligibiles ab intellectu nostro, ergo à nullo: ac si sic argueretur, nullus homo currit, ergo nullum animal currit. Præterea peccat secundo in hoc, quod ipse dicit, ꝙ essent frustra. Sed hoc non procedit. quia frustra, vt dicitur. 2. phy. est quando aliquid est respectu alicuius finis, quem nō includit. manifestum est autem ꝙ finis intelligentiarum non est vt à nostro intellectu intelligantur. quare multipliciter peccat ratio Auer, sicut vides. Soluitur. Multi modernorum laborauerunt in deducendo consequentiam istam Auer. vt talia inconuenientia euitarēt, &, quia dicta eorum vana sunt, ideo pono modum, ſm quem Cōmenta. in via sua habet defendi. Dico ſm ipsum in. 3. de anima in infinitis locis ꝙ intellectus noster, cùm sit virtus separata à materia, est totius entis, & ista fuit prima rō Philosophi ad probandum immaterialitatem eius. nā materia est sicut opacitas quædam obtenebrans lucem. & ideo quanto virtus aliqua fuerit magis immersa materiæ, tanto magis est à cognitione deficiēs: & per consequens quanto magis ad immaterialitatem accedit, tanto magis ad cognitionem tendit. & ideo non inconuenienter dictum est quamlibet intelligentiam esse plenam formis, pro quanto quælibet intelligentia, cū sit à materia separata, est omnīū cogitatiua. quod quomodo contingat nō est præsentis negocij. Auer. igitur sermo, sicut mihi videtur, innititur huic fundamento. Nam si substantiarum abstractarum cognitio nostro intellectui repugnaret, aut hoc esset inquantum materialis, aut inquantum humanus, aut inquātum abstractus et inquantum intellectus est. Non inquantum materialis est, quia demonstratum est in. 3. de anima ſm ipsum, ꝙ intellectus est virtus abstracta à materia. Nec inquantum humanus. quia vt humanus potest intelligere res materiales, quæ sunt potētia intellectæ: ergo multo magis poterit intelligere abstracta, quæ sunt actu intellecta. licet non ita facilitet. nam sicut dicit Cōmen. commen. 36. super. 3. de anima, vbi examinat dictum Themistij, si posuerimus ꝙ intellectus materialis non est admixtus materiæ, tunc ille sermo erit verus, s. ꝙ illud, quod est magis visibile, magis comprehenditur. quoniam quod comprehēdit minus perfectum ex eis comprehendentibus, quæ non sunt admixta materię, necesse est vt comprehendat perfectius, & non econtra. Et confirmatur. quia aliter desyderium naturale esset ad impossibile. nam, si intellectui humano, inquātum humanus est, repugnet abstractorum cognitio, cùm homo naturaliter ad talem cognitionem inclinetur, teste Philosopho in procę. meta. sequitur ergo tale desyderium ad impossibile ferri. Nec valet, si dicatur talem cognitionem esse possibilem pro alio statu, quia licet ita sit ex parte rei, tamen apud Arist. non inuenitur aliqs locus, in quo ponat alium statum. Imo oppositum potest colligi ex dictis eius in p⁹ &. 10. ethic. vbi ponit ꝙ felicitas mortuis contingere non potest. Relinquit igitur, si intellectui nostro talis intellectio repugnaret, ꝙ hoc esset inquātum abstractus, & inquantum intellectus est,

Solutio. Digressio ꝙ defentione Auerro. ſm sua fundamēta.

ętus est, sed quod repugnat intellectui inquãtum intellectus est, illud repugnat cuilibet intellectui: sequitur ergo ꝙ, si substantiæ abstractæ à nostro intellectu non essent intelligibiles, ꝙ à nullo intellectu essent intelligibiles. nam in his, quæ sunt eiusdem naturæ, aut vnuocę, aut analogicæ, quidquid per se repugnat alicui rationi naturæ, repugnat omnibus existentibus sub illa natura: sicut per oppositum, si quid per se competit alicui rationi naturæ per se, competit omnibus illius naturæ. 2. cœli. 59. & ista ratio Cõmenta. est à signo, non à causa, si bene aduertis. Et ex hoc etiã sequitur per locũ à signo, ꝙ tunc natura fecisset aliquid ociosum. nam cùm esse substantiarum separatarũ sit vita intellectualis. 12. meta. 39. si à se non intelligerentur, frustra essent, quia frustra est essentia, quæ caret propria operatione. modo substantia intellectualis non habet aliquã operationem insequentem formam materialem inquantum materialis est, vt calefacere insequitur calorem: nec operationes animæ vegetatiuæ, aut sensitiuæ, nec etiã intellectiuæ, vt diximus in deducẽdo. Forte dices ꝙ adhuc haberẽt operationem, quæ est ſm locum mouere. Sed contra. motio ꝑsupponit in intelligẽtijs ipsum intelligere, & velle. 12. meta. cõ. 36. si igit ipso intelligere carerent, carerent & mouere ipso, & ita essent frustra. quia cũ sint naturaliter intelligibiles, & à nullo sint intellectæ, carerent ergo sua naturali operatione: ergo ociosæ essent in natura, sicut diximus. & omnia ista sequuntur à signo, non à causa. & sicut vides, tolluntur omnia argumenta Latinorum contra Auer. Ad contradictionis autem formam soluentes dicimus rerum essentias posse existere, esto ꝙ non intelligant, loquendo de essentijs rerum, in quibus suum esse nõ est suum intelligere. sed tale intelligere est sibi aduẽtitium & extraneum: sicut accidit lapidi ꝙ sit intellectus, & habeat esse cognitum. sed in essentijs rerum, quarum esse est suum intelligere, in talibus fallit propositio Auer. sicut est in proposito de abstractis substantijs. si enim tales non essent actu intelligentes, & intellectæ tales non essent. quia suum esse est suum intelligere, & econtra ſm Philosophos. modo aut ẽ istud sequitur ex hypothesi data, vt deduximus per iocum à signo, nõ autem à causa.

Secundo media. cõ. 11. Secunda contradi. est in cõ. 11. Auer. videtur ponere dissolutionem fieri à priori ad posterius. Oppositũ autem videtur dicere ipsemet in cõ. 23. septimi meta. Magna fuit quæstio de hac materia apud Plusquam commen. super pº Technis, & Conciliatorem in differentia. 8. & omnes sequaces, an resolutiua via fieret ab effectu ad causam, an econtra. & Plusquam cõmen. voluit ꝙ fieret à causa super effectum: Conciliator autem

Solutio. voluit, & oẽs Moderni ꝙ fieret oppositio modo. Nos autem in hac materia mediando dicimus compositionem, & resolutionem dupliciter fieri posse, vno modo ſm rationem, & alio modo ſm naturam. & tunc dicimus ꝙ resolutio, quæ sit ſm rationem, procedit à causa super effectum. Vnde Themist. pº posterio. analytico rum cap. 16. inquit resoluere appello, vera conclusione posita, causas, ex quibus confecta est conclusio, exquirere. Et illud maximo argumento est. nam liber posteriorum, resolutorius apparet, eò quia de posteriori resolutione agitur ibi, quæ est penes materiã necessariam: talis autem resolutio est circa demonstrationem, quæ est ibi subiectum. demonstratio autem, de qua agitur ibi principaliter, est demõstratio simpliciter, quę à causa super effectum procedit, quia per illam acquirit scire simpliciter definitum in illo libro: non autẽ per demonstrationem quia, quia illa non facit scire simpliciter, sed ſm quid. nam scire simpliciter est rem per causam cognoscere, & quoniam illius est causa, & ꝙ impossibile est aliter se habere. Quia igit resolutio illa, quæ ſm rationis discursum, penes causas attẽditur supra effectus, sequitur ergo Plusquam cõmen. rectius sentire in hoc ꝙ Moderni. Scire enim resolutorie aliquem effectum, & intelligere est, cũ cognouerimus causas eius simplices, & principia prima vsq; ad elementa, vt dicitur pº phy. tex. cõ. primi. Et hoc etiam Auerro. confirmat in præsenti loco, quando dixit ꝙ, si postremum non fuerit', & prius sit, non potest fieri sua definitio, quæ per dissolutionem habetur. Et confirmatur. nam clarũ est ꝙ in Mathematicis scientijs est maxima certitudo per resolutionem. patet autem ꝙ ibi non fit demonstratio quia, & per consequens resolutio ſm rationem non fit ab effectu ad causam, sed potius econtra. et istud apud me non est dubium, dicant alij quidquid velint. Alia est resolutio, quæ fit ſm naturam: & talis fit ab effectu ad causam. natura enim resolutio mixta in quatuor elementa, & elementa in materiam & formam. de ista resolutione loquitur Cõmen. 7. meta. cõ. 23. quia ibi loquitur de dissolutione, quæ fit attendendo penes illud, quod est à natura, non autem à ratione. Et istius etiam sententiæ est beatus Doctor in. 3. meta. in expositione secundi textus, sicut videre potes ibi euidenter.

Secundo media. cõ. 16. Tertia contradi. est in cõ. 16. Dicitur ꝙ Mathematicę demonstrationes sunt in primo ordine certitudinis, & Naturales sequuntur eas in hoc. Huius oppositum dicitur pº de anima. tex. cõ. primi, vbi dicitur ꝙ scientia de anima excedit oẽs alias scientias nobilitate subiecti, & certitudine demonstrationis præter Diuinam. Solutio. Solutio. Solvitur, multæ sunt, & variæ expositiones illius loci, sicut nosti. sed illud, quod nobis videtur esse dicẽdum pro nunc, est istud, quod notat hic Cõmen. in cõ. isto. Dicit enim ꝙ in eadem scientia, si diuersatur certitudo ſm magis et minus, multo magis diuersatur in diuersis scientijs ſm genus. Pro quo debes scire, vt scribit Cõmen. pº cœli cõ. 22. Qm autem qñ differentes sunt demõstrationes, quarum alteri attestatur sensus, & alteri non, aut quia non est innata sentiri, aut quia nõ est possibilis vt sentiatur, fides primę demõstrationis erit magis perfecta. Vnde ex hoc colligo ꝙ demonstrationes Naturales, quibus plures sensus attestantur, sunt maioris certitudinis ꝙ demonstrationes, quibus pauciores sensus attestãtur. Et, si certitudo Mathematicarũ scientiarum compararetur certitudini demonstrationũ Naturaliũm penes hoc, dico ꝙ cæteris paribus semper demonstrationes Naturales essent certiores demonstrationibus Mathematicis. ꝙ naturales causæ sunt magis sensatæ, ꝙ causæ mathematicæ: Naturalis. n. versatur circa sensibilia propria, & Mathematicus circa sensibilia cõmunia. Si vero certitudo demonstrationis attendatur penes abstractionem & simplicitatem subiecti, sic Mathematicæ excedunt Naturales scientias. ꝙ vt dicitur. 3. de anima. & 3. cœli. & 2. physic. naturalia se habent per additionem ad Mathematica. vnde sic Arithmetica certior est Geometria, quia est de paucioribus, vt dicitur pº posterio. cap. illo. Certior autẽ est scientia altera altera. Ista autem propositio sic intellecta habet veritatem vt in pluribus: fallit autem quantum ad librum de anima, præcipue quò ad tertium librum, in quo agitur de intellectu, qui est ens magis abstractum ꝙ quodlibet mathematicum. Quandoq; autem certitudo attenditur penes iudicium potentiæ apprehendentis talem certitudinem, & penes hoc, ꝙ scientia ostendit illud, à quo est fons, & origo cogitationis omnis, & principiorum omniũ in alijs scientijs, & in qualibet scientia. Et sic scientia de anima cùm tractet de intellectu agente, & possibili, qui distinguit, & iudicat quamlibet veritatem in qualibet scientia, certissima est omnium scientiarum præter Diuinam. & ista fuit mẽs Themistij ibi, & Auer. in cõ. 2. primi de anima ad calcem

substantia. cem cõ. si bene aduertis. Sed dices replicando ꝙ, si isto modo scientia de Anima esset certior alijs scientijs nobilitate subiecti, & certitudine demonstrationis, à pari & Diuina scientia saltem quantum ad secundum esset certior. Soluo. scientia de Anima nõ est nobilior, neq; certior Diuina quantum est merito subiecti. Nam illa Diuina dicitur, eò quia circa Deũ versatur, & abstractas substantias, quæ nobiliores sunt anima intellectiua, teste Auerroi in. 3. de anima. cõmento. 19. Neque etiam ratione certitudinis ostensæ potest esse certior scientia de Anima, quia licet scientia de Anima ostendat esse intellectus agentis, à quo est certitudo principiorum scientiarum omnium, tamen Diuina etiã consyderat de Deo, qui est altior causa veritatis, & certitudinis q̃ sit intellectus agẽs. nam, vt dicit Cõmẽ. in. 2. meta. cõ. 4. omnia entia acquirunt esse, & veritatem à prima causa. et ideo bene dixit Cõ. cõ. pº. ꝙ scientia de Anima in nobilitate subiecti excedit omnes alias scientias. & etiam in certitudine demonstrationis præter Diuinam. Attenditur etiam certitudo demonstrationis ex eo, quia pauciores dubitationes contingunt in eis, & minor est difficultas resoluendi quàm in alijs. Et penes maiorem euidẽtiam illuminationis esse super effectum. & sic loquitur Commentator hic, dum dicit quòd demõstrationes Mathematicæ sunt in primo ordine certitudinis, & Naturales sequuntur eas in hoc, et post Naturales sunt Diuinæ. & hoc quò ad certitudinem demonstrationis quò ad nos, quæ attenditur penes maiorem euidentiam causæ super effectum: licet, si loquamur de certitudine quò ad nos, quæ est penes obiectum magis nobis notũ, vt sic Naturales sunt in primo ordine & Mathematicæ in secũdo. cùm illę sint de sensibili proprio, hæ aũt de sensibili cõi. Diuinæ aũt etiã vt sic sunt in tertio ordine. sed de ordine naturę Diuinæ demõstrationes sunt in primo ordine, Naturales in secundo, cùm sint de substantia. Mathematicæ in. 3. cũ sint de accidentibus. substantia aũt natura prior est accidente. 7. meta. te. cõ. 4. Nolo tñ absolute cõcedere quodlibet consyderatum in Naturali philosophia esse prius natura quolibet cõsyderato in Mathematica. ꝙa hoc falsum est. sed quò ad hoc ꝙ demonstrationes Mathematicę sunt de accidẽtibus præter Astrologiã, sicut patet in. 12. met. 44. et, ꝙa accidẽs posterius natura est substantia, sic quò ad hoc sunt in tertio ordine, quò ad naturã. sed sunt in primo ordine, quò ad nos, penes eui dentiã illuminationis esse super effectũ. Et ad hunc sensum pº poster. multũ Philosophus laudauit Mathematicas demonstrationes, & ẽt in præsenti tex. qñ dicit ꝙ certitudo sermonis mathematica nõ est expetenda in omni re. nam sermones fiunt ſm exigentiam materiæ subiectæ. cogita bene, & pondera, quia pauci vel nulli potuerunt hoc intelligere, sicut passim videre poteris.

Tertio meta phy. cõ. 16.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS AVERROIS, *Super Tertio Metaphysicorum.*



Tertio metaphysi. cõ. primo. Ontradictio est in cõ. pº. Ingt Auer. ꝙ consuetudo Aristote. fuit inducere sermones disputatiuos in quęstiõibus difficilibus. Huius tamen oppositum videtur dicere pº cœli cõmẽ. 2. & pº de anima, cõ. 65. Solutio huius patet ex cõ. 85. primi de cœlo. vide ibi, & consydera.

Tertio meta phy. cõ. 16. Secunda contradi. est in cõ. 16. Dicit Cõmen. ꝙ nomina denominatiua significant vnum compositũ. Hutus tamen oppositum patet. 5. meta. cõ. 14. vbi vult ꝙ nomina denominatiua significãt primo formam, &. 7. meta. cõ. 18. & in prædicamẽtis eap. de substantia, vbi dicitur ꝙ album nõ est in genere propter suum duplex significare. &. 7. meta. cõ. allegato dicit ꝙ, quando accidentia per accidens sumpta fuerint in suis subiectis essentialibus, tunc habebunt noia significantia vtrumq;. De hoc vide, quæ scripsi super cõmen. 8. secũdi de anima. tamen diffusius dicam infra. 5. metaphy. super cõmen. 14. quia ibi est locus proprius.

SOLVTIONES CONTRADICTIONVM IN DICTIS AVERROIS, *Super Quarto Metaphysicorum.*



Quarto metaphysi. cõ. primo. Prima contradictio est in cõ. pº. Dicit Cõmen. ꝙ scientia de natura est de ente mobili. Huius tamẽ oppositum videtur dicere. 12. meta. cõ. 5. vbi dicit ꝙ est de corpore mobili. & in proœm. tno super pº physic. dicit res sensibiles esse subiecta scientiæ Naturalis. Solvitur, nõ est eadem Philosophi de nominibus, vt ipsemet dicit super cõ. pº primi phy. idẽ intelligit apud me Cõmen. per corpus mobile, & per corpus naturale, per res sensibiles, per ens mobile, & per substantiam mobilem. nec multo aliquam discordiam inter Antiquos de subiecto philosophiæ: sed Latini fuerunt authores illius difficultatis. Illud igit, quod ego dico in hac materia, est istud, quod Cõmen. idem intellexit per ista nomina. & ideo in hoc non est insistendum. De ratione autem formali subiecti Naturalis Philosophiæ, licet Cõmẽ. dicat quãdoq; mobilitatem esse, quãdoq; sensibilitatem, tñ ista, si adinuicem comparentur, indubitanter credo naturalitatem esse rationem formalem subiectiuam, & quidditatiuam totius naturalis habitus. Ratio, quæ me mouet, est ista. quia mobilitas & sensibilitas habent reduci ad illam, natura enim est principiũ motus. Amplius, mobilitas est propria passio. et nulla talis potest esse prima ratio subiecti scientiæ: quia quælibet talis est demonstrabilis aut demõstratione simpliciter, aut saltem demonstratione causæ tantum, stat enim aliquam passionem esse per se notam, quò ad simplicem inhærentiam ad subiectum, quæ tamen non sit cuidens cuidentia causæ. & sic est in proposito. quia licet motum esse sit de principijs cognitionis scientiæ Naturalis, & non possit demonstrari demonstratione quia, aut demonstratione dãte causam & esse, nihil tamẽ prohibet posse demõstrari demonstratione causæ tantũ. Amplius, illa est prima ratio formalis subiecti adæquati naturalis habitus, qua primo posita aliqd reponitur sub tali habitu, & qua primò remota aliquid remouetur à tali habitu. huiusmodi est naturalitas: nam omnia habẽtia principium motus & quietis sunt physicę consyderationis, & omnia carentia huiusmodi principio nõ sunt amplius physicæ consyderationis, sicut patet. 2. physi. tex. cõ. 71. Et confirmatur per Philosophum & Commen. ibidem. tex. cõ. 73. vbi probant primũ motorem non esse naturalis consyderationis: quia in eo non est principium motus: tale autem natura est. Cõfirmatur per Auer.

Digressio de rõne formali subiecti Naturalis Philosophiæ.

per Auer. in. 2. primæ philosophię, tex. cō. 16. vbi Philosophus dicit. Quamobrem primo perscrutandū nobis est de natura quid sit. Sic enim & de quo est Naturalis scientia, manifestum erit. & Cōmen. in cōmē. super ists verbis inquit, qñ homo scierit naturam quid sit, declarabuntur et naturalia à non naturalibus. quid clarius dici potuit? Sed fuit dubitatū similiter per magnificentiam tuam propter quid est quòd, cùm Aristt. dicat pº posterio. cp subiectum in scientia sit per se notum in tantum cp Auer. pº phy. cō. vltimo. &. 2. physico. 22. &. 26. &. 2. de anima. 27. & in plerisq; locis alijs tenet subiectum non posse in scientia demonstrari, nec à priori, nec à posteriori & tamē nos videmus temporibus nostris semper in principijs librorum primā quæstionē fieri de ipso subiecto. Nec valet, si dicas cp illud intelligitur quo ad naturam, non quò ad nos. nā, si subiectum non deberet esse notum quo ad nos, saltem demonstrabile esset demonstratione quia. & tunc licet à Latinis teneatur, apud Auer. in vbiq; hoc negatū est.

Dubitatio.

Solutio. Dico quod dubitatio pulchra est, & subtilis, sed illud, quod pro nunc occurrit mihi, est hoc, cp retert aliquid esse notum tale, & retert illud notum esse in ordine ad aliquid pr edicatum attributum sibi ab intellectu. vnde dico cp duplr. Primo modo potest esse per se notum, & tamen secundo modo stat istud dubium esse & latis profectum. ens esse notum est: nec intellectus circa conceptum entis in se errare potest, cum nō habeat aliquid, per quod ignorari queat: quia conceptus eius est simpliciter simplex, & talis aut totaliter scitur, aut totaliter ignoratur, vt dicitur. 9. meta. tex. cō. 22. tū vtrum ens sit vnuocum Deo & creaturæ, similiter vtrū ens dicat conceptum per se tertium à suis inferioribus, dubium est latis & ignotum, & ideo licet Diuina scientia sit de transcendentibus, & communissimis, quæ valde notissima sunt in se, potlent tū de istis formari propositiones difficillimæ, propter quas scientia illa erit ignota latis, & latis d[illegible] sicut as enim ppositionis non oritur ex notitia subiecti, sed ex inhærētia prædicati. Subiectum vero sic, quando talis inhærentia nota est, tunc tota propositio nota est, vnde Philosophus quærit in. 12. &. 13. meta. vtrū ens & vnum habeat aliquam intentionem vniuersalem a tu extra decē prædicamenta. & ista quæstio patet quod difficillima est. Ita in proposito dicimus nos, quantūcunq; ponatur subiectum primę philosophię Naturalis siue ens mobile, siue corpus mobile, siue substātia sensibilis, vel aliquod huiusmodi, dico quodlibet istorum notum esse in se, & nullum vt hic demōstrari potest aliquo genere demonstrationis in scientia Naturali: sed quærere postea vtrum corpus mobile sit subiectum in scientia Naturali, istud non est considerare corpus in se, sed est considerare ipsum in ordine ad aliquod prædicatum attributum sibi à ratione, licet est ista intentio subiectum. & sic stat illud ignotum esse. vnde ista non implicāt, mihi notum esse corpus mobile esse, & tamen cp me lateat vtrū conditiones subiectū scientiæ competant corpori mobili, vt ad totum Physicum negotium pertinet. Ista est extemporanea solutio. tamen magnificentia vestra super hoc cogitabit.

Quarto meta. cō. 3.

Secunda contradi. est in cō. 2. Dicit Cōmen. cp substantia est causa accidentium, non sm finem & agens, sed sm subiectum & materiam tantum. Huius tamen oppositum scribit Philosophus in. 2. de anima. tex. cōmen. 36. vbi dicit animā esse causam corporis animati in triplici genere causæ, formalis, finalis, & efficientis. Et ad hoc mihi videtur dicendū esse, cp substantia composita respectu accidentium existentium in ipsa cōcurrit tāquam materia & subiectū. talia enim sunt terminata, & non habent materiam, in qua subiectētur prius, nisi compositum. talia autē non sunt ab ipso compositio tanquam ab agente, quia, cùm materia & effectēs non coincidant in idem, dicimus cp ab ipso, vt ab agente, impossibile est talia accidentia dependere: & ideo talia dependere ab extrinseco motore in gñe causæ efficientis. nam agens, quantum dat de forma, tantum dat de consequentibus ad formam mediante forma: sicut colligitur ex. 8. physi. 32. &. 3. cœli. cō. 28. Sed dices, qūo compositum est causa talium accidentium, cùm Philosophus pº phy. 82. dicat materiam cum forma causam esse omnium eorum, quę sunt sicut mater? Solvitur, licet composita sint materia, in qua accidentia ista subiectantur, tamen in rei veritate ratio, ppter quam recipiantur in genere causæ materialis est materia: & ratio, propter quā recipiātur in compositio in genere causæ finalis, est ipsa forma, sicut patet. 2. cap. de substantia orbis. substantia igitur composita quomodocunq; distinguatur à materia, & forma, ratione, qua composita est respectu talium accidentium subiectiue in ea existentium, non concurrit vt agens, non vt forma, neq; finis, sed tolum vt materia. Illud autem, quod adducit de. 2. de anima, patet cp nō est ad propositum. quia non negamus substantiam, quæ est forma, posse esse causam finalem, & agentem respectu accidētium. & isto modo patet mens Auer. in hoc loco. Quòd autem quidam dicere voluerunt hic substantiam esse veram causam materialem accidentium, non autem causam agentem veram, sed pullulatiuam, & similitudinariam, sic etiam finalem, ista non sunt Auerroistica, sicut diximus alias, sed veritas in via eius est ista.

Instantia.

Solutio.

Tertia contradi. est in cō. 3. Dicit Cōmen. cp ens & vnum vnam naturam significant subiecto, sed diuersis modis. Huius tamen oppositum habet in. 12. meta. 21. &. 22. cō. vbi habet cp ens non significat aliquam naturam. Solutio. qui ponunt vniuocationem entis & vnitatem cōceptus entis per indifferentiā, dicunt conceptum entis non dicere rem aliquam, neq; realitatem aliquam, sed dicunt cp dicit quandam formalitatē, quæ habet modum intentionis primæ. & tra gloſat Cōmē. 12. meta. cō. 21. &. 22. quia ibi Cōmen. non negat absolute ens non importare aliquem conceptum, sed solum negat cp nō dicit aliquam naturam, i. aliquam rem vel realitatem distinctam à substantia & ab accidente, à Deo & à creatura. sed cp ens non dicat aliquem conceptum realem obiectiuum, hoc nunquam Cōmenta. vt aiunt, negauit. Nobis autem cum supportatione istorum videtur oppositum de intētione eius. nam ego teneo conceptum entis sm ipsum non esse aliqd tertium vniuocum distinctum à suis partibus subiectiuis, neq; naturam, neq; formalitatem importans. Vnde ipse dicit in. 10 meta. cō. 8. ens significat decem prædicamenta prima significatione & sine medio: non quia ens sit cōmune cōmunitate nominis, & immediate significet sua significata, sicut dixerūt vulgares: sed significat decem prædicamenta sine medio, pro quanto descendit non per differētias vniuocas, sicut genus in species: qa tunc ens esset sicut canis, & per consequens non posset subiectū esse in aliqua scientia. Et cp non dicat aliquam naturam distinctam à decem prædicamentis patuit ēt in cō. allegatis. 21. &. 22. 12. meta. Sed illud, quod intendimus probare, est videre vtrum dicat aliquem conceptum tertium distinctum à decem prædicamentis. Et ad hoc dicimus cp bene importat vnū conceptū communem cōmunitate analogiæ respectu decem prædicamētorum, qui dicitur sm prius & posterius. si enim nullam vnitatem haberet, nō esset de eo scientia, & ista est sententia eius expresse in. 4. meta. cō. 2. Iste aūt conceptus sm ipsum non est distinctus à suis inferioribus, vt dixerūt subtiles. vnde. 4. meta. cō. 6. dicit Cōmen. cp ens

Quarto meta. cō. 3.

cp ens & vnum non significant vnam intentionem in oībus rebus, neq; intentionē diuersam ab oībus rebus. Et sic patet qualiter sm Auer. ens nō dicit aliquā rem, nec realitatem, nec formalitatem tertiam vniuocam distinctam à Deo & à creatura, & à substantia & ab accidente. Sed dices, qūo ad contradictionis formam dicetur? Dico cp Cōmen. cōtra Auic. tenet in. 3. cō. quarti meta. & ēt in. 10. meta. cō. 8. cp ens & vnum significant vnam naturam, i. vnū conceptum, non tū distinctum realiter vel ex natura rei, sed sola ratione à conceptibus suorum inferiorum: sed diuersis modis. vnitas enim non importat aliquem conceptum vel formalitatem positiuam, vt dixerunt posteriores distinctam à cōceptu entis, sed solam indistinctionē superaddit vnum ex modo significandi ad ipsum ens, sed in re significata conueniunt. et ideo dicit cp ens & vnū significat vnam naturam in subiecto, sed differunt sm modum significandi. Auic. autem voluit conuersum, videlicet cp tam ens cp vnū importarent de per se vnūquodq; aliquem conceptum positiuum: quorum vnus erat ab altero distinctus, sic igitur Auer. ponit ens & vnum idem significare. sed qñ dixit cp ens & vnum non significat aliquam naturam, intellexit ad modum Platonicorum, cp videlicet illa natura sit natura tertia à suis inferioribus separata & distincta. vnde ipse dicit. 12. meta. cōmen. 21. ens & vnum sunt ex rebus vniuersalibus, quæ non habent esse extra animā. Et idem habet. 10. meta. cō. 6. similiter ens & vnū non dicunt vnā intentionem vniuocam tertiam ab intentionibus decē prædicamentorum, sed solum est indifferens per analogiam, vt diximus ex intentione eius. 4. meta. cō. 6. & cō. 2. Vnde etiam. 10. met. cō. 6. dicit, impossibile est vt aliqd commune pluribus sit substātia, nisi sm cp est in anima tantum. & subdit parum infra, quòd ens & vnum sunt de intentionibus vniuersalibus, quæ non habent esse nisi in anima. vnitas igitur conceptus entis & cōmunitas eius est cōmunitas & vnitas analogiæ, non vniuocationis, non distincta sm esse, vel ex natura rei à suis inferioribus, sed solum in anima & in cōceptu. Et nota bene ista, quia multi laborauerunt in videndo veritatem in via Auer. & non potuerunt. Et cp hoc sit verū, probatur ratione duplici. Si ens inquantum ens non diceret vnum conceptum analogum distinctum ratione à conceptibus suorum inferiorum, sequeretur cp nō posset de eo aliqua demonstratio fieri. consequens est falsum, quia bonitas demonstrari potest de ente mediate veritate non ratione alicuius inferioris ad ens, sed ratione sui: ergo ens inquātum ens dicit aliquem vnum conceptum. Confirmatur. quia si ens, inquantum ens, non diceret aliquem conceptum proprium ratione distinctum à suis inferioribus, sed solum cōitatem nominis importaret, sequeretur cp nullum prędicatum essentiale, & per se de eo diceretur. consequens est falsum: nam dicimus cp ista est per se, ens est vnum. probatur consequentia. quia sm Auerro. 4. meta. cō. 2. de termino æquiuoco bene aliquod prædicatum accidentale potest verificari vniuersaliter, sicut ista propositio est vniuersaliter vera, omnis canis est pulcher: nullum tamen prædicatum per se de tali potest verificari. cùm igitur vnitas & bonitas primo verificetur de ente ratione sui, & non ratione alterius, demonstratiue sequi videtur cp ens inquātum ens est cōmune Deo & creaturæ, substātiæ & accidenti, non sola cōitate vocis, sed conceptus distincti ratione à cōceptibus inferioribus. & hæc non possunt negari ab homine habente intellectum habilitatum ad bonum.

Quarta contradi. est in cō. 4. Enumerat scientias medias Cōmē. in numero scientiarū Mathematicalium, sicut est Perspectiua & Musica. Huius tū oppositū videtur sentire Philosophus. 2. phy. te. cō. 20. vbi habet. Demonstrant autem & quæ ex Mathematicis magis Physicę. vbi loquitur, vt dicit Cō. & vtiter oēs expositores de scientijs mediis. Soluti. quidquid dicant alij. sciæ mediæ vt est Musica, Astrologia, & Perspectiua, & quæ assimilantur his, sunt potius inter Mathematicas scientias enumerandæ cp inter Physicas. Et rō est ista. nā habitus scientificus specificat à medio: tta. n. Philosophus posuit distinctionē inter speculatiuas scientias in. 6. met. te. cō. 2. quia aūt media talū scientiarū subalternatæ mathematica sunt, licet applicata sint materię sensibili, dicimus cp, cū denominatio insequatur formam & non materiā, actum & non potentiā: sicut est de intētione Philosophi. 2. phy. te. cō. 11. &. 9. meta. te. cō. 7. propter hoc et si materiale in talibus naturale sit, cū formale sit mathematicū, potius ergo Mathematicæ q̄ Naturales debēt nuncupari. Et istius ēt opinionis est beatus Doctor, qui etsi in. 2. phy. sup allegato tex. oppositum dicat, tū seipsum retractauit in qōnibus super Boetio de trinitate. Ad authoritatem aūt Philosophi dico cp illa est multiplex sm amphibologiam, quia vnus sensus esse pōt, cp duo sint cōparata, & vnum sit illud, ad quod fit cōparatio, vt sit sensus cp Mathematicę puræ & sciæ mediæ comparent ad Physicas tantum. Et tūc sensus esset iste cp sciētiæ mediæ sunt magis Physicæ q̄ Mathematicę puræ sint Physicę. & iste sensus verus est. & sic intellexit Philosophus. vnde trāslatio Arabica ibi clarior est nostra. & sonat hoc, quod diximus. & hoc est rōm consonum. mediū. n. magis conuenit cū extremo q̄ vnū extremū cum alio extremo, cū maior sit distinctio extremi ab extremo, q̄ extremi à medio, seu medij ab extremo. Alter sensus pōt esse, vt vnum sit cōparatum, & duo sint, ad quę fiat comparatio. & tunc sensus esset iste, vt scientiæ mediæ comparatæ ad Mathematicas, & ad Physicas sint magis Physicæ quàm Mathematicæ. & isto modo intellecta propositio Philosophi falsa est propter rationem, quam adduximus.

Solutio.

Quarto meta. cō. 4.

Quinta contradi. est in cō. 21. Dicit Cōmen. cp nullus intellectus intelligit contraria esse simul. Sed opponebatur ibi in margine de vnitate intellectus. nā, cùm opiniones de contradictorijs sint contrariq, tenet Philosopho in. 2. pithermenias, si vnus est oīum intellectus, vt ipse posuit, tunc cōtraria erūt in eodē simul, & cùm intellectus possit intelligere oīa, quę sunt in eo: si igitur tales opiniones contrariæ sunt in ipso, ipse poterit intelligere contraria simul esse. Ad hoc aūt videt Auer. respōdere in. 6. meta. cōmē. vltimo, vbi dicit propōnem istam non tenere in anima, sed solum in materia. nam licet materia extra animam non possit recipere duo contraria in simul, tamen anima bene potest. de hoc tamen videbimus infra in illo loco, ideo pro nunc dimittatur.

Quarto meta. cō. 21.

Solutio.

SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS

ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

super Quinto Metaphysicorum.



Ontradictio est in cō. 3. Dicit Comē. cp principiū materiale est illud, quod demonstratur cum hac præpositione ex. Huius tamen oppositum videt tenere ipse in pº phy. cō. 58. vbi dicit cp in subiecto dicimus, cp hoc fit hoc, i propter uationē

Quinto meta. cō. 3.

Solutio. ratione autem, ꝙ ex hoc fit hoc. Soluitur, vt ipsemet Cõmen. dicit in hoc, 5. meta, cõ. 29. famosior ex significationibus, ex, est quando importat genus causæ materialis. & hoc est rationabile. materia enim sic describitur à Philosopho in. 2. physi. 27. Materia est, ex quo fit aliquid cùm insit. Quod autem dicitur de primo, quorum priuatio est manifesta, generatio attribuit priuationi cum illa præpositione ex, aut etiam in recto: generatio enim fit ex non esse, & non ex esse. & ideo magis dicimus ꝙ infirmus fit sanus, q̃ꝫ ꝙ homo sanus fiat: sed in subiectis, quorum priuatio latet, generationes subiectis attribuuntur: sicut dicimus ꝙ domus fit ex lateribus. Pro hoc vide cõ. 25. septimi meta. & nos ibi etiam dicemus magis.

Quinto metaph. cõ. 5. Secunda cõtradi. est in cõ. 5. Dicitur ꝙ natura prius de forma dicitur. Sed. 2. phy. cõ. pº dicit ꝙ prius dicitur de composito: quia inquit ꝙ illa sunt magis naturalia. Soluitur. nam ſm ipsum. 2. phy. cõ. 3. et. 4. non dicitur vniuoce, nec æquoce de materia & forma & composito, sed analogice: licet compositum proprie loquendo verius naturatum, vel habens naturam dicatur q̃ꝫ natura, sicut patet ibidem. vnde vniuersaliter apud ipsum nil vniuoce dicitur de causa & causato, præcipue in prædicatis, quæ sunt primo intellecta, & habẽt modum intentionis primæ. Vlterius debes scire ꝙ analogia est duplex, quædam est ſm tamosicatẽ, & quædam ſm veritatem. vnde composita existimantur cõmunter esse magis entia, & magis substantiæ q̃ꝫ forma, aut materia: quia talia nostræ primæ cognitioni naturali sunt notiora: sicut est de intentione eius pº phyſi. cõ. 3. vbi per cõtra magis exponit cõposita causata ex elementis: sed secundũ veritatem natura per prius dicitur de forma, q̃ꝫ de materia, aut de composito: quia, propter quod vnumquodq; tale, & illud magis.

Quinto meta. cõmẽ 6. Tertia contradi. est in fine cõ. 6. Dicit Cõmenta. ꝙ æterna non habent esse necessarium ab alio. Huius tamen oppositum patet. 2. cap. de substantia orbis, &. 2. meta. cõ. 2. Soluitur. æterna citra primum non habẽt esse necessarium ab alio formaliter: habent tamen esse necessarium ab alio, vt a fine & ab efficiente. Ratio primi est ista, quia, si aliquid non esset formaliter ex se necessarium, sed cõtingens, tale nullo pacto posset ab alio sortiri necessitatẽ ſm ipsum. 2. phy. cõ. 48. contra Aut. nisi tu ponas naturam corruptibilem conuerti in naturam ætternam. vnde quodlibet æternum caret materia, quæ radix est contingentię & possibilitatis. Et ideo secũdum Philosophos quodlibet ætternum formaliter est necesse esse ipso, effectiue vero & finaliter talia æterna sunt à Deo & propter Deum: sicut demõstrauimus in qõne nostra de triplici causalitate intelligentiæ.

Quinto meta. cõ. 7. Quarta contradi. est in cõ. 7. Habetur hic cõmunter ꝙ duo accidentia numero differentia non possunt esse simul in eodem subiecto. Sed huic authoritati resistunt Medici, ponẽtes complicationem febrium in eodem subiecto simul, quia vt patet per Gale. in pº de differẽtijs febrii, hectica febris potest esse contricta cum putrida, & tunc duæ caliditates numero differentes simul sunt in eodem subiecto, sicut patet. quia febris nihil altud est, nisi calor naturalis conuersus in igneum. Nisi esset, ꝙ in tali corpore, in quo est istarum duarum febrium complicatio, est vnamet numero caliditas. genera enim febrium non distinguũtur genere vel specie penes calorem, sed penes diuersitatem materierum, in quibus est caletactũ esse, & ideo non prohibet vt vnamet caliditas, vt est in facto esse, quæ remota putrida febre adhuc remaneret in membris, illa ratione dicatur esse caliditas febris hecticæ, quæ ſm altam rationẽ, vt est in fieri ab humore putrido causata dicatur esse caliditas putredinalis febris. stat enim absq; repugnantia ſm diuersos respectus. sed de hoc nõ est nobis locus in præsentia dubitãdi, quia multa dici possunt hinc inde, quæ transcendunt nostrum negotium.

Quinto meta. cõ. 14. Quinta contradi. est in cõ. 14. Nomẽ accidentale primo significat accidẽs, & secundario subiectum. Huius tamen oppositum dicere videtur pº phy. cõ. 25. vbi habet ꝙ significat nomen concretum duo, s. subiectum & formam. quia dicit ꝙ albũ significat albedinem & receptiuum albedinis, &. 2. de anima, cõ. 8. dicit ꝙ nomina rerum artificialium, quæ accidentia sunt, primo significãt subiectum, & secundario formam. Soluit. nomen significat rem ſm ꝙ est in actu. actus autẽ duplex est, substantialis, & accidentalis. substantialis dat esse simpliciter: et accidentalis dat esse ſm qd. Et ideo, cùm composita substantialia sint in actu simpliciter, nomen talium primo significat formam, quia forma est ratio, propter quã compositum est in actu simpliciter, secundario autem importat compositum. In compositis vero per accidens nomina talium in concreto sumpta primo formam significant, & secundario subiectum: quia à forma fit denominatio non à materia. &, quia subiectum respectu accidentis est sicut materia. 4. meta. cõmen. 2. ideo dicimus nos ꝙ talia primo significant formam, per quã sunt in actu ſm qd, q̃ꝫ ipsum subiectum. Accedit ad hoc ꝙ, si talia prius significarẽt subiectum q̃ꝫ formam, tunc sequeretur ꝙ esset nugatio dicẽdo homo albus, sicut deducit pulchre Commenta. hic contra Auice. De nominibus autem rerum artificialium quid primo significãt an formam an subiectum dixi in cõ. 8. secundi de anima. & ideo illuc recurre. Quantum ad propositum spectat, dico nullam esse contradictionem in Auer. si quandoq; dicit nomen concretum accidentale duo significare, s. subiectum & formam, seu compositũ ex forma & subiecto: sicut ipse habet. 3. meta. cõ. 16. vbi habet nomina denominatiua significare vnum compositum. Quãdoq; autem dicit talia significare formam primo, & secundario subiectum. aliud, n. est significare absolute, aliud est primo significare. dicimus talia nomina concreta significare vtrunq; : non tamen primo significare vtrunq; dicimus, sed talia primo formam significant. denominatio ab actu fit, non à potentia. 2. physi. 11. &. 9. meta. tex, cõ. 7. &. 8. meta. cõ. 7. & pº phy. 63. & pº capi. de substantia orbis. nam, quando amittitur forma substantialis rei, ibi materia amittit nomen & definitionem rei: cùm autem destruitur forma accidentalis, ibi etiam amittitur denominatio, quò ad esse ſm qd, quod erat à tali forma, licet esse simpliciter, quod est à forma substantiali non amittatur per amissionem accidentalis formæ. sic igitur solutio ad omnes authoritates patet.

Quinto meta. tex. fine cõmen. Sexta contradi. est in tex. fine cõ. Arist. dicit in hoc capi. 9. nõ posse dici omnem Socratẽ musicum esse, qz Socrates non est in pluribus, sicut dicitur omnis homo musicus. Sed huius oppositũ habetur in pº cœli et mundi, vbi dicit ꝙ omnis mundus est ex propria materia in tex. cõmen. 98. vbi litera græca habet ὁ πᾶς κόσμος, & tamẽ mundus non est in pluribus, vt patet ibidem. Soluitur, & est sententia Alexan. ibidem referẽte Simplicio, quòd in indiuiduis, in quibus saluatur tota natura speciei, sicut est in sempiternis, potest poni signum vniuersaliter distribuẽs, sicut est de mundo & Sole, & id genus. secus autem est de indiuiduis rerum generabilium. in talibus. n. tota natura perpetuari nõ potest, nisi per successionẽ. solicitudo. n. diuina, propter hoc misericordiam dedit talibus virtutẽ, vt possint ꝑpetuari i specie, vt dicit Cõmen. in. 2. de aïa. cõ. 34. Et nota bene hoc.

Solutio.

Vtrum motus ſm suã quãtitatẽ sit per suã quantitas.

Quinto meta. cõ. 16. Septima cõtradi. est in cõ. 16. Inquit Cõmẽ. ꝙ in intellectu vniuersale notius est particulari. Huius tamen oppositum sequi videtur ex dictis eius in. 12. meta. cõmen. 4.

men. 4. vbi habet ꝙ vniuersalia intellecta apud Arist. sunt collecta ex similitudine, quã accipit intellectus ex particularibus, & facit ea intẽtionem vnã: & per consequens singularia nostra intellectui esse videnť. Nisi esset ꝙ authoritas ista in oppositum adducta procedit de vniuersali pro secunda intentione, nõ autem pro prima, quia vniuersale vt est de primo intellectis præcedit cognitionem singularis. Singularis enim cognitio repugnat intellectui vt intellectus est ſm Philosophos, non inquantum singulare, sed inquãtum materiale. Et si intellectui nostro cognitio singularis attribuit, hoc est, vt habet respectum ad materiam & ad sensum ex sui imperfectione, cũ sit vltimus in genere abstractorum. 3. de anima. cõ. 19. & ideo Cõmen. super cõ. libri de Diuinatione dicebat ꝙ, si substantiæ abstractæ singulare materiale cognoscerent, contingeret illas materiales esse. Et ideo intellectus noster primo aspectu vniuersale cognoscit, quia hoc competit sibi ratione, qua intellectus est, cùm sit abstractus à materia, & habeat oppositum receptionis modum modo, quo materia recipit. nam materia singulariter, & intellectus vniuersaliter & abstracte recipit. sic ergo directe vniuersale cognoscit ab intellectu. singulare autem cũ non cognoscatur ab intellectu, nisi vt ipse inclinationẽ habet ad materiam, sic dicimus tale cognosci ab intellectu, vt super phantasmata se conuertit. & ista cognitio reflexa est, & non competit intellectui nisi mediãte sensu: sicut patet. 3. de anima. cõ. 9. Caueant ergo Nominales, & Burleistæ tenentes singulare esse primo cognitum ab intellectu. Sed de hoc in quæstione nostra de primo cognito diximus satis.

Quinto meta. 1. tex. 18. Octaua cõtradi. est in tex. 18. Arist. dicit in te. cõ. 18. quòd motus & tempus sunt quanta per accidens. Sed oppositum habetur in prædicamentis, vbi tempus ponit esse per se quantitatẽ continuã. Soluit. tempus quidditatiue est numerus numeratus ſm prius et posterius ipsius motus, & præcipue primi motus. & quò ad hoc est per se quantitas, quia talis numerus numeratus potest esse quantitas continua, sicut tripedaneum telum, vt dicit lucidissimus Themist. & ideo quidditatiue consyderatum tempus est per se quãtitas, quia nihil addit supra motum nisi numerum numeratũ. Aliud autem est cõsyderare in tẽpore, & est quod habet per se mensurare motum. Motus autem mẽsurat tempus per accidens. & hoc est accidens temporis, & non est quiditas temporis, vt inquit Alex. in. 4. phy. in expositione tex. cõ. 118. & quò ad hoc tempus est quantum per accidens, pro quanto imaginamur ꝙ tẽpus mensurat per sui quantitatem quantitatem motus, & adæquatur ei. & diuisio & continuatio eius adæquatur diuisioni & continuationi motus, à quo tempus dependet, tãquam à causa, saltẽ in genere causæ materialis. & sic dicit Philosophus ꝙ tempus est diuisibile & continuum ꝑpter motum, & motus propter magnitudinem. Non inconuenit ergo tempus, quò ad id, quod est ſm sui quiditatem esse quantitatem per se, & quò ad id, quod accidit ei, quod sit quantum per accidens. nam vt inquit Alexan. quiditas temporis est in numerato esse prioris & posterioris motus, ſm quod illud est prius & illud posterius, sed mẽsurare motum accidit tempori, sicut propria passio accidit subiecto. Sed nũquid motus ſm sui quiditatem sit per se quantitas? videtur quòd sic. quia Cõmen. 4. phy. cõ. 99. declarans dictũ Philosophi ibi, quomodo motus & prius & posterius in motu sunt eadem subiecto, sed differũt ſm esse, inquit ꝙ prius & posterius, cũ fuerunt accepta ſm ꝙ sunt in subiecto, tunc sunt partes motus: cùm autem fuerint consyderata ſm definitionẽ & quiditatem, tunc prius & postertus erit aliud à motu, quoniam motus est in quãtitate, et prius et posterius sunt in numero. ex quo videtur motũ quidditatiue esse quantitatem. & hoc Burleus, & multi alij. Auerroistæ tenẽt. Ex aduerso autem instatur ex authoritate Philosophi in. 5. meta. collocãtis motum in quantis per accidẽs. Amplius autem. 4. physi. cõ. & te. 118. &. 119. dicit ꝙ tempus mensurat rem motam, nõ simpliciter ſm quòd motum est quãtum, sed ſm quòd motus ipsius quantus est. vbi Cõmen. in cõ. dicit ꝙ tempus mensurat quantitatem accidentem motui, & per consequens, si quantitas motus accidit motui, essentia & quiditas motus est aliquid, cui illa quãtitas aduenit, quia nihil dicitur sibimet accidere. vbi Cõmen. elicit vnũ pulchrum documentum per locũ à maiori, quòd, si tempus non mensurat rem motam, ſm quòd est mota simpliciter, dignius est ipsum non mensurare aliquid ſm quòd est ens, ex quo videt ꝙ, si essentia motus non mensuratur à tempore, sed quantitas accidens essentię motus, multo minus essentiæ aliarum rerum à tempore mensurabuntur. & ratio est, quia vt inquit Philosophus. 12. meta. te. cõ. 29. tempus aut motus est, aut est motus passio quædam. Et ideo magis videtur ꝙ tẽpus habeat mensurare essentiam motus, q̃ꝫ essentiam aliarum rerum. & ideo, si non mensurat motus essentiam, sed quantitatem accidentem motui, multo minus mensurabit essentiam aliarum rerum. & ista etiam fuit sententia Alexan. vt recitat Cõmen. 4. phy. cõ. 101. quòd tempus non est numerus motus, i. quòd non est incrementum tempus numerare motum, quod ideo dicit, quia ſm Alexan. quiditas temporis non consistit in numeratione actiua respectu motus, sed in numerato esse prioris & posterioris, quia illud est accidens temporis seu proprietas, & non est quiditas temporis. Amplius autem dicit illud, quia dato ꝙ tẽpus mensurat motum, tamen non mensurat eius quiditatem & essentiam, sed quantitatem accidentem ei. Et confirmatur per Commen. 4. phy sic. cõ. 96. vbi Philosophus dicit ꝙ tempus non determinatur per tempus, neq; quò quãtum, neq; quò quale dicit, non dicit hoc, quia tempus sit quãtum & quale. quoniam tempus est quantum, & non quale, sed, si tẽpus haberet qualitatẽ, sicut motus habet quantitatem & qualitatem, non mensuraretur à tempore, sicut motus, qui quò ad vtrunq; à tempore determinatur. nam quantitas motus determinatur per tempus, quia dicimus motum magnitudinis esse in magno tempore, & velocitas motus quæ est qualitas. motus etiã determinatur per tempus, igitur quantitas est accidens motui, & nõ est quiditas eius. & hoc teneo, ꝙ quiditas & essentia motus est actus imperfectus in mobili, vt patet ex. 3. phyſi. & huic accidit quantitas & qualitas, & multa alia accidentia, sicut est videre de cõtinuatione & alijs in. 4. physi. tex. cõ. 99. Ad authoritatem Commen. in cõ. 99. dico ꝙ motus est in quãtitate, vt habet mensurari per tempus, non autem quò ad sui quiditatem et essentiam pertinet ad quantitatem. aliogn idem esset mensurare motus quantitatem, & motus essentiam, quod est contra Philosophum & cõtra Cõmen. 4. phy. in tex. cõ. 119. & tũc sequeretur ꝙ quiditas motus tempore mensuraretur, & tẽpus esset mensura motus in esse quidditatiuo. et tũc sequeretur ꝙ motus non posset quidditatiue intelligi sine tempore: cuius oppositum scribit Cõmen. in. 4. physi. in tex. cõ. 97. vbi dicit ꝙ tempus non imaginatur sine motu, & motus potest imaginari sine tempore. & cõfirmatur, quia in. 3. phy. in definitione motus tempus non ponitur, vt patet intuenti. Alexan. autem in. 5. meta. in capi. de quanto istam contradictionem isto modo soluere intitur. inqt enim ꝙ tametsi in prædicamentis tẽpus fuerit dictum esse quantum per se, & motũ, quod intelligitur vt tempus est idem quod motus, tamen nunc in quinto talia dicit

Solutio.

Sic dicit Auicen. in præd. O quanta placet mihi, quã hoc sit verum, quia tẽpus ſm Cõmen. Laus Deo.

Alexandri sententia.

dicit esse quanta per accidens, sed non sunt quanta, similiter vt quæ sunt quantorum passiones, quatenus quanta sunt, sicut: est magnum & paruum, & multū & paucum, longum & breue: talia enim sunt per se quãti passiones, in eo quod quantum est, sed motus & tẽpus non sunt passiones quanti, in eo quòd quantũ, & ideo dicuntur quanta per accidens. Amplius autem vt asserit Aristot. in. 5. meta. strictius videtur loqui de quanto, ꝙ̃ in prædicamentis. nam in quanto illud per se quantum esse dicitur quod permanet, & affectiones illæ per se quanti sunt, quæ permanent, sicut & subiectum, motus autem & tempus non permanent. Vnde definitio quanti in. 5. meta. erat, quantum est quod est diuisibile in ea, quæ intuenti, quorum quodlibet & vnumquodq; vnum quid, & hoc aliquid aptum est esse. Vbi Alex. ponderãs illa verba, quorum vnumquodq;, &c. dixit addita esse ad distinguendum à quantis ea, quæ constituuntur ex partibus situ carẽtibus, cuiusmodi est tempus & oratio: adde etiam motum, talia enim non proprie dicuntur quanta. & ideo omnes affectiones, quæ insunt quantitatibus permanẽtibus, quæ proprie sunt quantitates, quia tales sunt permanentes, sicut & subiecta illarum, sicut multum & paucũ, quæ sunt numeri passiones: longum & breue, quæ sunt passiones lineæ: latum & angustum, quæ sunt passiones superficiei: altum & humile, quæ sunt passiones corporis, talia sunt quanta per se, sicut affectiones eorum, quæ per se quanta sunt, quia subiecta talium passionũ sunt vere quantitates permanentes. sic & istæ passiones. sed motus & tempus non sunt passiones quanti per se, neq; sunt permanẽtia. vnde motus nõ est passio magnitudinis permanentis, inquantum magnitudo permanens est, neq; tempus est passio alicuius magnitudinis permanentis. vnde vere illa sunt per se quanti affectiones, quæ sunt consequentia sua subiecta necessario. motus autẽ non necessario cõsequitur magnitudinem, super qua fit motus, neq; aliqd magnitudinis est motus, licet in magnitudine fiat. Hæc sunt dicta Alexan. Et tu, frater mi, exace quicquid tibi melius apparebit, scito enim quidditatiue motum quantitatem non esse: tempus vero, cùm sua quiditas sit in numerato esse prioris, videtur quod sit per se quantitas, quo ad hoc, sed potius mẽsurare motum hoc sibi accidit. & sic est quantum per accidens, quia refert dicere tempus esse numerum motus, & esse motum mensurãs. prima est per se in primo modo, maxime sumẽdo numerum pro numero numerato: secunda vero est in secũdo modo, sic dicit Themi. in. 4. phy. in expositione tex. cõ. 117. & 118. & ante ipsum fuit dictum Alexã. vt recitat Simplic. vnde tempus est mensura motus, & quietis: licet motus per se, & quietis per accidens. sed tempus est numerus motus tantũ, & non quietis. quies enim non consistit in tractatu prioris ad posterius sm se, sicut constitit motus.

Quinto meta. tex. 18.

Nona contradi. est super eo. tex. Arist. dicit motum & tempus esse quanta per accidens. Sed huius oppositum videtur de motu. Aristo. dicere in. 3. phy. in tex. cõ. primi. vbi dicit, videtur autem motũ esse de genere continuorum. De tempore etiam oppositum patet in prædicamentis, vbi enumerauit inter species quantitatis continuæ per se. Dico ꝙ motus quidditatiue nõ potest in alio genere, nec in alia natura collocari ꝙ̃ in genere actus permixti cum potentia. hoc enim fuit bene determinatum per Arist. in. 3. phy. in tex. cõ. 12. Et miratus sum per vitam meam, quõ aliqui ausi sunt dicere in via Peripateticorum motum quidditatiue esse quantitatem. nam tunc tibi derrahunt Aristo. qui in definitione quidditatiua eius non posuit quantitatem, & apte reclamat contra illos, qui per æqualitatem, quæ pertinet ad qualitatem, aut per alteritatem, quæ pertinet ad qualitatem, definiebant ipsum. Imo, vt ait, in nullo alio genere quidditatiue reponi põt, nisi in genere actus medij inter actum purum & potentiam puram. Et ista fuit causa erroris Pythagoricorum definẽtium ipsum per non ens, & priuationem, quia, vt dicit Aristote. & Cõmen. 3. physic. cõ. 14. & 15. latuit eos iste actus medius. licet. n. eius potẽtia & actus non sint genera vniuoce dicta, dicuntur tamẽ analogice, sicut notat Commen. ibidẽ cõ. 4. & 12. & de anima cõ. 30. Vnde quantitas, & continuatio, & velocitas, & successio sunt de accidentibus motus, cuius argumento est quòd Arist. in. 4. physicæ auscultationis, & Cõmen. in tex. cõ. 119. dicit ꝙ tẽpus non mẽsurat essentiam motus, sed quantitatem accidentem motui. vbi Cõmen. notat vnum pulchrum documentum, quòd est manifestũ ꝙ, si tempus non mensurat rem motam, sm quòd est mota simpliciter, dignius est ipsum nõ mẽsurare aliqd sm quòd est ens. Arguit enim per locum à maiori negatiue. qa tempus, aut est idem quod motus, aut est quædam passio eius. 12. meta. tex. cõ. 29. & ideo magis apparet tempus mẽsurare motus essentiam, ꝙ̃ essentias rerum permanentium. Si igitur non mensurat motus essentiam, sed quantitatem accidentem motui, multo magis non mensurabit essentias aliarum rerum, quæ nõ sunt motus. & ibi manifeste apparet sine aliqua cõtrouersia ꝙ quantitas est de accidentibus motus. Et hoc etiam expresse habet Cõmen. in. 4. phy. in cõ. 98. vbi dicit ꝙ accidentia motus sunt multa. & in cõ. 96. dicit expresse ꝙ motus est quantus & qualis, & quòd vtroq; modo motus determinatur per tempus, & ex parte qua quantus, vt cùm dicimus ꝙ motus magnus est in tempore magno, & paruus in tempore paruo, & similiter ex parte qua qualis, vt motus velox, qui fit in tempore breui, & tardus, qui fit in longo tempore. & in commen. 99. expresse dicit ꝙ vnum accidentium motus est continuatio. Mirum est igitur de Burleo & de multis aliis Peripateticis, qui voluerunt motum esse quidditatiue, & per se quantitatem. Nec obstat authoritas Cõmen. in. 4. phy. cõ. 99. vbi declarans differentiam sm rationem inter motum, & prius & posterius, quę sunt in motu, quæ sunt eadem subiecto, & differũt ratione, vt dicitur in tex. vbi dicit ꝙ, cùm fuerint consyderata sm quidditatẽ, prius & posterius erit aliud à motu, quoniam motus est in quãtitate, & prius & posterius sunt in numero. dico ꝙ sumũr ibi quiditatem large pro descriptione, quæ notificat rem per accidentia & consequentia. Et sic glosa, frater mi, dictum Arist. in. 3. phy. vbi dicit ꝙ videt motus esse de numero continuorum non quod continuum sit de quiditate motus, sed est de consequentibus motum. Et ideo Cõmen. 3. physi. animaduertens ad hoc, quod modo dixi, notãs. 3. physic. cõ. 2. inquit ꝙ illorum, quæ sequuntur motum, quæ sunt propinqua substantiæ eius, est cõtrarium, & non dixit contrariũ esse de substãtia motus, sed esse de propinquis, accidentia enim propria magnam partẽ conferunt ad cognitionem quod quid est p° de anima. te. cõ. 11. Et sic glosso dictum Themistij, & omnium expositorum iuxta sententiam Aristote. asserentem contrarium accipit in ratione motus modo prædicto. De tempore autem est alia ratio. quia tẽpus formaliter supra motum non addit nisi rationem mensuræ. & ideo inqt Cõmen. in. 4. physi. in cõ. 113. tẽporis essentiale est mensurare motum, cũ essentia eius sit mensurare motum. & ideo tempus est per se quantitas. quod autem Aristo. dicit tempus esse quantum per accidẽs, hoc est pro quanto extenditur, & continuatur ad extensionem, & continuationẽ motus, vt ipsemet se declarat in hoc loco, & in. 4. phy. in tex. cõ. 99. & in tex. cõ. 113. Et nota bene hoc, quia nõ fuit ista solo mihi declarata nisi post longum

longum tempus, & non sine magno labore vitæ meæ.

Quinto meta. tex. 18.

Decima contradi. est super eo. tex. Arist. dechrãdo quo motus dicitur esse continuus, inquit, dico aũt non quod mouet, sed quo motũ est, vbi videtur motus continuitatem esse à spatio, & non à mobili. Huius tñ oppositum inuenitur determinatũ ab Arist. in. 2. de gene. & corru. in. 1. c. 62. & in. 6. phy. te. cõ. 37. vbi dicit secutum est aũt oia diuisibilia esse ab ipso mutãte, i. à subiecto, quod mutatur. Soluĩ, vt dixi in. 12. de gener. vbi solui istã contradictionem, ꝙ sine dubio illa videt fuisse sꝫia Philosophi ibi, ꝙ cõtinuitas motus pricipaliter est à mobili. sed in. 5. met. qa posuit quãta per accidens esse duobus modis, vno rõne subiecti, vt albũ est quantum ratione subiecti. Arist. aũt ponit alium modũ, non rõne subiecti in quo, sed circa quod, ideo isto modo, vt dicit ibi Alex. Arist. posuit motum esse diuisibilẽ non à subiecto: qa tunc idẽ esset secundus modus, et primus eius, quod est per accidens quantum: sed posuit ꝙ fit à spatio, circa quod fit motus: præsertim quia diuisio & cõtinuatio nobis in motu ex ista causa magis nota est. Aut aliter dicere possum° ꝙ motus habet duplices partes, quædã sunt simul, & tales habet ex diuisione mobilis: & habet quasdã non simul, sed successiue, quia vna est prior, & alia est posterior. 4. phy. cõ. 102. Tunc igitur, si loquamur de diuisione & continuatione, quò ad partes motus, quas habet simul, deputrã à mobili principaliter non à spatio: sed quò ad alias videtur magis à spatio ꝙ̃ à mobili, ideo volui hic repetere contradictionem, vt inuerem istam distinctionẽ. & cogita, qa pulchra est & quietans animã. non potest enim mobile simul & semel esse in diuersis partibus spatij, & ideo ista cõtinuitas, & diuisio magis ẽ ex spatio, ꝙ̃ ex subiecto.

Quinto meta. cõ. 18.

Vndecima contradi. est in cõ. 18. Scribit Cõ. graue et leue quantitates esse. Oppositum tñ scribit. 2. de aĩa. cõ. 108. & 4. cœli. cõ. 2. Vide tbi, qa sunt solutum clare,

Soluitio.

Quinto meta. cõ. 19.

Duodecima contradi. est in cõ. 19. Scribit Cõmen. bonum & malum esse in aĩatis. Sed oppositũ patet. 6. meta. te. c. 8. vbi dicitur solum verum & falsum esse in aĩa, sed malũ & bonũ esse in rebus. De hoc dicemus statim in c. 8. sexti meta. vbi declarabimus illud dictũ nõ habere veritatẽ cũ pcisione, & qualr, & quõ ibi dicet.

Soluitio.

Quinto meta. cõ. 22.

Decimatertia contradi. est in cõ. 22. Habet ꝙ definitio est finis in cognitione. Sed huius oppositũ patet p°. de anima, cõ. 11. in quo dicitur ꝙ est principium. Solutur. est principium cognitionis demonstratiuę. est finis simplicis & intuitiuæ cognitionis.

Soluitio.

Quinto meta. cõ. 25.

Decimaquarta cõtradi. est in cõ. 25. D. Cõ. in. c. 25. ꝙ cõpositio est in positione partiũ adinuicem. Huius tñ oppositũ habet p° de gña. t. c. 85. Soło est ista, ꝙ positio partiũ requirit in mixtione ipsa tanquã conditio necessaria, vt patet ex. 89. eiusdẽ primi de gña. non tñ formaliter est ipsa. & ad istũ sensum negatiũ fuit p° de generatio. 85. hic vero cõceditur sm primũ sensum.

Soluitio.

Quinto meta. tex. 33.

Decimaquinta contradi. est in. t. 33. D. Arist. ꝙ materia et forma sunt gñe diuersa. Sed oppositum patet ex 12. met. t. c. 22. vbi dicit ꝙ materia & forma sunt ꝓpria prædicati substãtiq, ex cõsequẽti sunt eiusdẽ gñis. Soluit Arist. definit illa esse diuersa gñe, quoꝝ subiectũ primum receptiuũ aliorꝝ non resoluit in alterũ, nec ambo in idẽ, & loqtur de subiecto receptionis et resolutionis. & quia primæ materiæ nihil subijcit, ideo materia prima & forma illo modo gñe diuersa sunt, similiter quia materia prima, & forma vicissim nõ alterant, nec primæ materiæ & formę repitur aliqua materia subiecta, in quã vtrunq; resolui possit, sic materia & forma sunt genere diuersa. In. 12. aũt meta. dicit materiam & formã esse in eodẽ genere prędicabili reductiue, pro quanto sunt propria prædicati substãtiæ, & principia reduc̃untur in illo genere, in quo est principiatum.

SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

Super Sexto Metaphysicorum.

Sexto meta. cõ. primo.



OMmento primo huius sexti habetur quòd ens diuiditur prima sui diuisione in per se & per accidẽs. Sed in. 5. meta. te. c. 14. ens p° diuidit in decẽ prędicamẽta, primo vero phy. t. c. 6. primo diuidit per finitũ & infinitum. 3. phy. t. c. 3. primo diuiditur per actũ & potentiã. Solutur. plures sunt diuisiones entis primæ: tñ quælibet est prima in suo genere. quædã est diuisio entis in partes subiectiuas, sicut est diuisio entis in decem prędicamenta: quædã est diuisio entis in passiones, sicut diuisio entis per vnũ & multa, per necessariũ & cõtingẽs: quędam est diuisio entis per modos, seu analogas differentias modo loquendi Auer. sicut est diuisio entis per actum & põtentiã. Et istæ diuisiones sunt entis, quod est subiectũ in metaphysica, quod sm Auer. habet vnitatem conceptus analogice dicti nõ vniuoce. est ẽt diuisio entis in aĩa & extra aĩam. & ista diuisio, vt pertinentissimis in hac arte videt, est vocis æquoce in suas significatiões. Non est igitur habendũ pro inconuenienti plures diuisiones entis primas esse modo declarato. sicut non inconuenit plura esse genera prima, teste Porphyrio, capitulo de specie dicente decem prædicamenta esse tanquam decem rerum principia.

Soluitio.

Sexto meta. cõ. primo.

Secunda contradictio est in eodem commento. Inquit Cõmentator quòd non est demõstratio ad genus artis, neq; ad species illius. hoc idem habet secundo de anima cõmẽto. 27. Sed oppositum fuit adductum per nos in margine de esse ignis, quod demonstratum est quarto cœli, tex. cõmento. 32. cùm tamen ignis sit pars subiectiua illius libri. Soluunt aliqui ꝙ ibi non demonstratur esse ignis, sed demonstratur ignem esse in loco. Ista solutio non est de intentione Auerro. quia ipse habet ibi in cõmento, ꝙ ibi demõstratur species subiecti artis. Ideo dicamus non inconuenire demonstrari species seu partes subiectiuas, quod idẽ est, in scientia, vbi illæ ignotæ fuerint, & nulla alia ratione mouemur ad hoc asserendum, nisi in casu, quo illæ fuerint ignotæ. nam quid prohibet eas in scientia demonstrari posse demonstratione signi, vbi in tali scientia fuerint ignotæ? & cùm hoc in tali scientia fuerit medium notius, per quod in illa scientia demonstrari queant, quod dico propter substantias separatas, quæ licet sint partes subiectiuæ entis, inquantum ens, quod est adæquatum subiectum Metaphysicæ, non tamen possunt demonstrari ex defectu medij, quia nullum aliud est medium, vt dicit Cõmentator ad probandum substantias separatas esse, nisi motus, vt dicit. 12. metaphysi. cõmento. 5. hoc autem raro contingit in scientia, ꝙ tales partes subiectiuæ in scientia demonstrantur: vel quia raro contingit ꝙ sint ignotæ: vel qa raro contingit illã scientiam habere medium notius in illa scientia ad illas demonstrandas. Vnde Cõmentator. 4. cœli. 32. expresse dicit raro istud contingere, & vt ego puto, hoc non contingit, nisi propter alteram istarum duarum causarum. Propositio igitur ista Auerro. non habet veritatem, nisi vt in pluribus, non semper. & ita est de multis propositionibus naturalibus, quæ non sunt veræ, nisi vt in pluribus. Et de hoc non debemus admirari. nam

2.physl.48.ea, quæ sunt à natura, aut sunt semper, aut sunt vt in pluribus.

Sexto meta. cō. primo. Tertia contradictio est in eodem pᵒ cōmento. Dicitur ꝙ eiusdem scientiæ est scire quia, & est rei, & quid sit res illa. Huius tñ oppositū sequitur ex dictis Auerr. 2.phy.cō.26. vbi habet ꝙ scientia Naturalis bene cognoscit esse abstractorum, non autem cognoscit quiditatem. Soluitur, dictū Philosophi habet locū hic, quando si est inuestigatū fuerit à priori: fallit autem, qñ tale si est inuestigatū fuerit à posteriori: sicut ꝓcedit instantia ex.26.secūdi phy. Et ista glosa est ipsius Arist.2.poste. & Auer.tex.cō.8. sicut clare videre poteris.

Solutio.

Sexto meta. tex.2. Quarta contradi. est in tex.2. Arist. dicit in.6.meta. tex.cō.2. ꝙ formæ naturales sunt sicut simum, & formæ mathematicæ sunt, sicut cōcauū. vbi colligitur formas naturales non posse ſm rationē concipi sine materia. Sed huius oppositū expresse colligitur pᵒ cœli tex. cō.92. vbi dicitur ꝙ tā in rebus natura ꝙ etiā arte constantibus aliud est ſm seipsam cōcepta forma, & aliud vt est mixta cū materia. Et confirmatur per Auerr.12. meta.cō.39. vbi habet ꝙ intellectus natus est diuidere coniuncta in esse, sicut diuidit materiā à forma, & formā à congregato ex materia & forma.

Solutio. Soluitur. aliud est formā naturalem rōne esse separabilem à materia, aliud est eā definiri posse sine materia. primum verum est.2.phy.12. forma est natura, quæ non est separabilis nisi ratione, tñ definiri non pōt. nam definitio est ratio cōplete significans rem suam esse. Vnde Cō.pᵒ de anima, cō.16. dicit ꝙ formæ naturales non possunt definiri sine materia, aliogn talis intētio erit accepta alio modo q̄ est. Et, quia Arist.in.6. primæ philosophiæ scientia rum speculatiuarū distinctionem venatur penes distinctum modū definiēdi, ideo dixit ꝙ naturales formæ sine materia definiri non possunt, possunt tñ intelligi & abstrahi à materia. Et hic nota errorem illoꝝ, qui non distinxerunt inter modū abstrahendi, & definiendi, & est differētia magna valde, sicut vides. vtrū aūt ista abstractio sit naturalis vel mathematica, de hoc vide quę scripsi sup consimili difficultate in.2.phy.si.in te.cō.12.

Sexto meta. phy.tex.2. Quinta contradi. est super eodē tex. Arist. venatur diuisionem Philosophiæ theoricæ ex triplici modo diuerso definendi, & ostēdit ꝙ sunt tres, videlicet Naturalis, Mathematica, & Theologia. Sed huius oppositum inuenimus ab eodem in.11. primæ philosophiæ, in cap̄. 3. vbi concludit Mathematicā Naturalēq; partes esse sapientiæ, consueuit aūt Arist. Metaphylicā nūcupare plerunq; primā Philosophiam Sapientiam, & interdum Theologiā, sicut notat Alex. in.4.met. impossibile est aūt vt vnum & idem sit pars condiuidens genus, & sit pars postmodum speciei alterius condiuidentis, sicut si irrōnale cōdiuidit cum rationali aīal, impossibile est irrōnale esse partem rōnalis. Si igitur Sapientia, & Naturalis, & Mathematica sunt partes Philosophiæ theoricæ, qūo igitur Naturalis & Mathematica partes poterūt eē Sapiæ, et est ardua cōtradictio, sicut vides. Scire igit debes ꝙ multiplici existēte diuisione, vt inuunt Boetius in lib. diuisionū, & Antiqui Peripatetici: nā aut est generis in species, aut speciei in indiuidua, aut totius in partes: et hoc dupliciter, vel in partes homiomeras vel in partes anomiomeras, aut est diuisio vocis æquiuocę in suas significationes, aut est diuisio subiecti in accidētia, aut accidentis in subiecta, aut accidentis in accidentia, aut est diuisio ab vno vel ad vnum, dubiū est qualis sit ista diuisio. Non.n.pōt esse generis in spēs, tum ꝙa in his, quę sunt species eiusdem gñis, nō est hoc prius & illud posterius, sunt.n. ſmul natura, vt dicit in prædicamētis cap̄. de ſmul, quę sunt idē genus condiuidentia: sed in talibus est prius & posterius, vt patet, natura, ꝙa prima Philosophia est natura prior cæteris. Amplius aūt genus æqualiter participatur à suis speciebus: sed vna spēs non est particeps alterius, mathematicū aūt genus entium, circa quod scia Mathematica versaī, quodāmodo est in materia: et sic participeps est entis naturalis, & quodāmodo est abstractū à materia, et sic pticeps est entis diuini. Nec videē esse diuisio totius in ptes homiomeras. qa tales non solum sunt eiusdem denoīationis cum toto, verūetiam et inter se, sed Naturalis, Mathematica & Diuina licet participent nomen Philosophiæ theoricæ, non suīt tñ eiusdē denotationis inter se, sicut quælibet pars carnis caro est. Nec; in ptes heterogeneas, qa tales nō participant nomē totius, sed Philosophia Naturalis Mathematica & Diuina participāt rōnem Philosophiæ theoricæ. Naturalis.n. theorica quædā est, vt dicit in.1.c.2. in præsenti loco, & similiter Mathematica & Diuina. Nec est diuisio speciei in indiuidua, vt clarū est, nec substantiæ in accidētia, aut accidentis in substātias, qa cognitio ipsa theorica, & ptes eius q̄litates sunt. Nec est diuisio accidētis in accidentia. qa, vt ingt Boetius, diuisio ista enumeraī inter diuisiōes, quæ sunt per accidēs, quæ sunt tribus modis, vel subiecti in accidentia, vel ecōtra, vel accidentis in accidētia. vnde, si diuidatur album in dulce & in amarū, tale diuisum per accidēs verificatur de cōdiuidentibus, quod in casu non est. nam Philosophia Naturalis per se theorica est, & nō per accidens. Nec; est diuisio æquoct in sua significata. qa in talibus nō est hoc prius, & illud posterius. tūm ēt quia in talibus non inuentī prædicatio essentialis, & per se, vt notat Cō. in.4.met. in cō.2. Relingitur igitur ꝙ ista diuisio sit tāquā diuisio eius, quod est ab vno, sicut ab vna Medicina dicitur medicinale instrūm, & medicinalis dicta, & medicinalē pharmacū, sic ab ipso theorico habitu dicit Philosophia Naturalis, & Mathematica, & Diuina theoricæ philosophiæ. & ista est antiqua expositio, & ista Græcoꝝ expositoꝝ. Latini autem nostri aliter sentiunt, vt poteris videre. Et scire debes, vt dicunt Antiqui Peripatetici, ꝙ in nullo diuisionis modo ex illis, qui sunt octo, teste Damasceno, inuenīt differentia ſm priūs & posterius natura, aut ſm magis & minus, nisi i postremo, qñ fit diuisio ab vno et ad vnū. vnde ſm talē diuisionem fit diuisio entis in substātiam & accidens. et ista est expressa ista Philosophi in.4. primæ philosophiæ in te.c.2, vbi asserit ens dicitur multis modis, sed ad vnū & ad vnā aliquā naturam, nō equiuoce. quā diuisionem Arabes & Latini posteriores appellant diuisionē generis multipliciter, seu analogice dicti, quæ sunt media, vt notat Cō. ibidē inter æquoca et vniuoca. Pro solutione igit prædictæ cōtradictionis scias ꝙ cognitio qditatum particularium duplex est. Nā quædā est sub proprijs & specificis rōnibus. & de talibus sunt scīæ particulares, vt Naturalis est de qditatibus rerum sensibiliū, vt sunt motæ, vel vt habēt motus principium, & scīæ Mathematicæ sunt de quanto cōtinuo & discreto, vt continuum & discretum abstrahunt à motu & à materia sensibili, & scīæ tales sunt distinctæ à scia Diuina, quæ est de ente inquātum ens, & nō sunt partes eius Naturalis & Mathematica illo modo. & sic intelligit dictum Philosophi in ꝓsenti loco diuidentis Philosophiā theoricā in tres partes, Naturalē, Mathematicā, & Diuinā, quarum neutra subalternatur alteri, distinguunt. n. isti habitus ex diuersis formalibus rationibus definiendi, & abstrahendi. Alio modo cognitio quiditatum particularium cōsyderari potest sub rationibus generalibus & transcēdentibus. sicut quiditas rei sensibilis potest consyderari, vt est ens & vt est substantia, & qditas entis mathematici vt est ens, & vt est accidens, vel vt sunt actus vel in potētia. & talis consyderatio est pars consyderationis Diuinę, quia

Solutio. Cognito ꝙ ditatum pa cularium di plex.

quia scientia Diuina consyderat ens inquantum ens, et quodlibet inquantum ens. Et ita, ni fallor, intelligit dictum Philosophi in.11. meta. asserētis Mathematicam et Naturalem esse partes Sapientiæ pro quanto videlicet quiditates particulares, de quibus istæ consyderāt, participant rationem entis inquantum ens, & quę enti insunt. Sic concordat mecum Philosophus in principio 4. & 6. meta. Et concordat ettam Alex. in.6. meta. cōmen.5. vbi dicit, & cūm interrogat vtrū vniuersalis sit prima Philosophia, mea quidē sententia non dicit vniuersalis, ꝓ eo quod est alias cōplectens, quēadmodum exponebamus, sed vniuersalē pro potiore, & nobiliore dixit. Et scribit ēttam prætatus Alexan. in.4. met. in tex. pᵒ, ꝙ prima Philosophia non versatur in particulatibus entibus, quia tunc non esset à cæteris scītijs particularibus diuersa. & sic exponit dictū Philosophi ibi, qualiter scientia Diuina consyderat ens inquantū ens simpliciter: aliæ autem particulares scientiæ partes entis, & ſm euram illam accidentia speculātur. Vides igitur ꝙ non sub eadem ratione aliquid efficitur sub membro contradiuidente sibi aliquod, sub qua contradistinguitur illi. Nec hoc incōuenit, vt idem, sub diuersis respectibus consyderatū, sit distinctum ab aliquo, & sit pars subiecta eidē. dicit enim Cōmen. in.3. cœli et mundi in cō.9. ens ſm quòd est respectiuū habet dispositiones contrarias & infinitas, & ſm ꝙ est essentia non est nisi vnum, & est quasi sua essentia. cōparatio enim est accidens separabile à re, res aūt non separatur à se. Michael aūt Ephesius aliter interpretatur illum locum. 11. meta. asserit enim Naturalem philosophiā & Mathematicam esse partes Sapientiæ, quoniam istæ demonstrant & non fallunt: quod maxime Sapientiā attingit, ad differentiam Sophisticę, quæ semper accipit falsa, et Dialecticæ, quæ studio persuadendi interdum accipit falsa. Sed ista expositio vera esset, si textus diceret partes esse Philosophiæ, sed asserit esse Sapiētiæ, inquit. n. μέρη τῆς σοφίας. Sapientiam aūt Arist. primam Philosophiā appellare solet. vnde bene Arist. Philosophiam diuisit in theoricam & practicam, & theoricam in tres partes. Dialecticam autem non partē Philosophiæ, sed instrumētum vtriusq; opinatus est esse, vt notat bene Alexander in topicis, & in lib. priorum, licet Plato aliter senserit, vt diximus alibi.

Sexto meta. cō. vltimo. Sexta contradi. est in cō. vltimo, quod est octauum in ordine. Dicit Cōmen. ꝙ anima potest ſmul opposita recipere. Huius tamen oppositū habet.4. meta. tex. cō.9. vbi Cōmenta. & Philosophus probant per deductionem ad impossibile ꝙ, si primū principium non esset verum, tunc opiniones contrariæ in eodem essent. & Cōmen. in cō. dicit ꝙ qui dicit aliquod intelligibile ponit hoc fundamentum, ꝙ duo opposita non congregantur insimul. Memini me superius difficultatē istam in hoc loco discutiendam fore pollicitum esse, quia videbatur locus iste proprius esse huic materiæ. Dico de intētione sapientū ea, quæ dispersa sunt in inferioribus vnita esse in superioribus. vnde Cōmen. 12. meta. commen. 18. dicit oēs formas in potentia esse in prima materia, actu vero esse in primo motore. & illud forte intendebat Plato in positione idearum, sicut dicit Commen. ibi. Similiter dico ꝙ ea, quæ contrariantur in rebus inferioribus & materialibus, in superioribus & immaterialibus non cōtrariantur. vnde, sicut dicit Commen. hic, albedo & nigredo quò ad esse, quod habent extra animam, in materia contrariantur, & ideo materia ſmul nō potest habere ista, sed successiue, maxime quò ad gradus, ſm quos contrarietatem habent, quod dico propter colores medios, qui ſm Auer. in pluribus locis actu componūtur ex extremis. tamen species albedinis & species nigredinis nullam habent contrarie

Solutio.

tatem in visu, vel in sensu cōmuni, vel in intellectu. De istis igitur contrarijs incomplexis iudico dictū Auerr. veritatem habere sine dubio: sed de contrarietate, quę est inter complexa, difficultas est. & aliqui ad pauca respicientes voluerūt ettam prædictam Auer. sententiam se extendere ad complexa, ita ꝙ dicunt opiniones de contradictorijs non esse contrarias in intellectu. Et ista opinio falsa est, & impossibilis sine dubio, salua eorum pace: tum quia sententia philosophi expressa est in.2. peri hermenias contra hoc: tum ꝙa opinio ista redit ad opinionem negantium primum principiū, nam, si opiniones de contradictorijs non sunt contrariæ, quid ergo prohibet vnum & eundem cōtradictoria vere opinari. sed istud inconueniens contingit eis propter vnitatem intellectus sustinēdam, quā rectius finctionem, & fatuitatem dicere fas est, sed vt dixi, ad pauca respicientes de facili enunciant. Si tñ est tibi curæ ista solvere, quia fides non habet meritū, vbi humana ratio præbet experimentū, dicas opiniones contradictoriorum contrarias esse. Tñ esto ꝙ sit vnitas intellectus, diceret Cōmen. propter hoc non sequi aliquod inconueniens. Nam quemadmodum eadē oratio veri et falsi suscepta est, ad variationem factam in re, quia in ea non est nisi tanquam in signo, in re aūt est tāquam in causa, sic etiam veritas & falsitas propositionum cōtradictoriarum existentium in intellectu consistit in relatione ad diuersa phantasmata, & respectu illorum non sunt contraria, sed respectu vnius & eiusdem hominis contraria sunt, quia in virtute eius cogitatiua nō possunt esse duæ opiniones particulares contradictoriæ. & quia intētiones intellectæ, sicut ipse dicit.3. de aīa. cōmē.30. sunt colligatæ cū intentionibus imaginatis, sic igit respectu vnius cōtraria sunt, non respectu diuersoꝝ. Sed ista solutio, & si de intentione Cōmen. sit, tamen multas habet instantias, quæ ad.3. de anima dimittātur discutiendæ, vbi in quæstione de intellectus pluificatione multa dicere meminimus. Ad formam igitur cōtradictionis dicendum puto ꝙ longe aliter Auer. exponit tex. illum nouum.4. meta. q̄n exponunt nostri Latini. nam ſm Latinos Arist. ibi ſm eorum expositionē probat ꝙ duo contradictoria non possunt ſimul vera esse. quia, si quis opinaretur oppositum primi principij, sequeretur ꝙ, cū opiniones de contradictorijs sint cōtrariæ, tunc accideret contraria in eodē esse. sed longe aliter exponit locum illum Cōmen. & sua expositio talis est, ꝙ, si dictum Heraclīti esset verum, cūm contingat duos diuersos homines dicere contradictoria, & existimare ea vera esse, sequeretur ergo duo contradictoria esse vera ſimul: quod nō est possibile. qcqd sit de hoc, tā diximus, qūo cōtraria in intellectu pñt simul recipi, & qūo nō. de dictis aūt aliorꝝ non sit nobis curæ, iuxta illud. Arbitrij nostri non est quòd quisq; loquatur.

Sexto meta. phy. cō.8. Septima cōtradi. est ibidē. Dicitur falsum & verum in aīa esse, bonum aūt & malum esse in materia. Sed oppositū huius apparet.3. de aīa.34. &.5. met. te.c.19. vbi dicitur ꝙ maxime bonū & malum tale quale in aīatis. Dico ꝙ Cō.3. de aīa. Cō.34. dicit ꝙ ens in intellectu est bonū simpliciter, sed ens extra intellectū est bonū in respectu, intelligitur sic dictum istud, ens in intellectu est bonū simpliciter, i. inquantū ens absolute, iuxta illud Philosophi, simplr dico ꝙ nullo addito dico, sed ens extra intellectū est bonū in respectu, ꝙa est bonū in respectu opantis. Et ideo dixit, ſm ꝙ mihi videī, Cō.12. meta.cō.36. ꝙ balneum in aīa mouet vt efficiens, sed balneum extra aīam mouet vt finis. qa, cū finis habeat rationē boni, iuxta illud Philosophi in.2. met. t.c.8. qui dicūt infinitū auferunt boni naturā. &.5. met. t.c.3. & qa bonitas balnei i respectu opantis nō est ſm esse, qd habet i aīa, sed ſm esse, qd habet extra aīam, pp hoc dixit

Solut. Contrad. Zim. 8 ij ergo

ergo Cōmenta. Balneum extra animam mouere vt fi-
nem. Quantum autē ad intentionem Philosophi hic
spectat dicendum puto cū Beato doctore in prima pte
summæ, quæst. 16. artic. primo, q̄ sicut bonum nomi-
nat id, in quod tendit appetitus, ita verum nominat id,
in quod tēdit intellectus. hoc autem distat inter appeti
tum & intellectū, siue quācunq; cognitionem. nam co
gnitio est ſm quòd cognitum est in cognoscēte: appeti
tus aūt est ſm quòd appetens inclinatur in ipsam rē ap
petitam. & sic terminus appetitus, quod est ipsum bo-
nū, est in re appetibili: sed terminus cognitionis, quod
est verum, est in ipso intellectu. & sicut bonū est in re,
inquantū habet ordinem ad appetitū, propter hoc ra-
tio bonitatis deriuatur à re appetibili in appetitū, ſm
quod appetitus dicitur bonus, prout est boni, ita cū ve
rum sit in intellectu, ſm quòd conformatur rei intelle
ctę, necesse est q̄ ratio veri deriuetur ad rē intellectam,
vt res intellecta vera dicatur, ſm quòd habet ordinem
ad intellectū. & hoc forte voluit dicere Philosophus q̄
bonū et malum sunt in rebus, sed verum & falsum sunt
in anima. Propter hoc tñ non excluditur quin in rebus
animatis ratio boni sit, cū animata ēt res sint, & verio-
res res q̄ inanimata, teste Philosopho in. 2. de genera-
tione aīalium, ca. p°. et ēt Augusti. 15. de trinitate. ca. 4.
viuentia non viuentibus, intelligentia nō intelligenti-
bus, iniustis iusta, beata miseris præferēda iudicamus.
Et ideo tenendū est maximū bonum in aīatis esse, cùm
maxime res sint, vt dicit Philosophus, 5. meta. 19.

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM IN DICTIS
ARISTOTELIS, ET AVERROIS,
super Septimo Meta-physicorum.

Septimo me ta. cō. 5.

Rima cōtradi. est in cō. 5. Auer. habet q̄ omnes Antiqui de qbus meminit Philosophus ibi, non perceperunt nisi materiam ex quatuor causis. Sed huius oppositum habet ex hoc, quod dicam. nā Anaxagoras cognouit intellectum abstractum, p° de aīa. 80. & p° phy. 39. & p° meta. te. cō. 2. qui ſm ipsum erat segregans oīa, quæ in suo chaos cōmixta erant. Similiter instātia est de Empedocle. ipse. n. posuit vltra quatuor elementa, quæ ſm ipsum concurrebant in genere causæ materialis, litem & amicitiam, quæ cōcurrebant in genere causę efficiēris, sicut patet p° phy. te. cō. 41. Solutur. propositio ista habet veritatē de oībus alīs Antiquis longe ante Aristo. existentibus, præterquā de Anaxagora, & Empedocle: sicut scribit Cōmen. in. 2. physicę auscultationis cō. 75. Dixt aūt notabiliter de Antiquis lōge ante Aristo. existentibus, propter Socratē & Platonem. nā tempore istorum fuit cognita ratio finis, sicut dicit Commen. p° meta. cō. 50. quia isti instituerunt res publicas propter bonum. similiter Plato ideas posuit, quæ in genere causę efficientis concurrunt.

Solutio.

Septimo me ta. tex. 8.

Secunda contradi. est in tex. 8. Aristo. & Cōmen. dicūt q̄ forma videtur esse magis separabilis q̄ materia. Sed huius oppositū scribit Alex. in paraphrasi de anima cap°. p°. vbi habetur q̄ fieri nullo pacto pōt vt materia per se subsistat. nā licet materia ratione separetur à forma, non tñ ſm esse: & subdit q̄ Non solum autem eiusmodi materia, verum ipsa quoq; materiæ ingenita forma nullo pacto pōt per seipsa subsistere. Quintmo forma magis hoc pati videt, q̄ ipsa materia. quāquam enim materia per se subsistere sine forma non possit, tamen in compositis corporibus continenter excipitur: non q̄ simpliciter materia sit, sed q̄ alicuius materia, cū sit, per se subsistere videtur. Formarum autem, quæ in materia fiūt, nulla vnquam per se potest subsistere, siue simplicis corporis, siue compositi corporis esse deprehendatur. vnde videtur esse aperta contradictio inter Alexandrum & rationē Alexandri, & dicta Arist. & Cōmen. Nisi esset q̄ Cōmen. in cō. refert illā separabilitatē, quò ad intellectū, quia intellectus formæ videtur magis separatus q̄ intellectus materiæ, sicut est de potentia & actu, vt supra dictū est. sed Alexā. loquitur de separatione quò ad subsistentiam in rerum natura. Sed tunc contra Alexan. emergit difficultas. qa materia est ens potestate, & forma, & compositū sunt entia actu, & subsistentia magis tribuitur actui q̄ potestati. & hoc videtur dicere tex. Aristo. Dicit enim. Ad impossibile. etenim separabile, & hic aliquid inesse videt maximæ substātiæ. propter quod forma, & quod ex ambobus substantia videtur esse magis, q̄ materia. certissimum est autem q̄ hoc aliquid apud Arist. dicit rem per se subsistentem. Dic q̄ rei subsistentia dupliciter concipi potest. Vno modo, quò ad actu consistere. & sic subsistentia magis formæ, & compositō attribuitur q̄ materiæ. & isto modo Aristot. ibi sumpsit. Alio modo pro permanētia rei sine corruptione in sua substātia. & sic magis subsistit materia, quæ est ingenerabilis, & incorruptibilis q̄ forma, aut compositum. & sic intellexit Alexander.

Solutio.

Septimo me ta. cō. 10.

Tertia contradi. est in cō. 10. Habet singularia notiora esse vniuersalibus. Huius oppositum habet p° phy. tex. cō. 4. & cō. 5. & 57. & alibi infinities. Soluitur. singulare, de quo loquitur hic, est notius vniuersali in causando, iuxta illud Philosophi in procœmio meta. vniuersalia sunt maxime difficilia ad cognoscendum. Aut loquitur hic quantum ad cognitionem complexam. singulare enim, & si de eo scientia non sit, tamen est principium scientiæ, pro quanto ex singularibus per inductionem sumitur vniuersale, quod est principium artis & scientiæ. Aut loquitur de confusa cognitione singularium, & de distincta vniuersalium. Sed istud vltimum non placet multū: quia tunc abusiua satis esset ista comparatio, sicut intuenti patere potest. Aut aliter. singularia sunt notiora nobis in cognitione in genere sumpta, vt est communis ad sensitiuam & intellectiuam. nā prima nostra cognitio naturalis sensitiua est.

Septimo me ta. cō. 12.

Solutio.

Quarta contradictio est in cō. 12. Scribit Cōmenta. q̄ substantiæ compositæ habent definitionem. Huius tamen oppositum expresse habet infra in cō. 37. Solutio est ista. quando infra dicit compositorum non esse definitiones, per composita intellexit singularia: & de talibus non est scientia, neq; per definitionem, neq; per demonstrationem, 7. huius tex. cōmen. 35. & 53. sed solum sensus. hic vero sumit composita vniuersalia. & talium bene definitiones esse possunt. similiter talia subiecta demonstrationū sunt. & hoc est, quod dixit Commentator p° metaphysi. cōmen. 27. sensibilia habent duos modos comprehensionis, vnum, qui nō est scientia eorum sed imago, vt sunt singularia. & modū, qui est scientia eorum, & sunt intellecta vniuersalia.

Septimo me ta. cō. 12.

Quinta cōtradi. est in eodē cō. 12. Habet Cō. q̄ definitum est vnum actu, & duo potētia. Sed huius oppositum habet infra. tex. cōmen. 43. vbi habet q̄ genus est in potētia, et differentia est actus: et ita definitū non est duo in potētia, sed vnū in potentia, & aliud in actu. Soluitur. definitum est vnum in actu, quantum ad conceptum confusum. sed quantū ad conceptū distinctum est duo in potentia, quia potest resolui in duos conceptus:

Solutio.

ptus: qui conceptus tñ ita se habent, q̄ vnus est potentialis ad alterū, licut conceptus generis ad conceptū differētiæ. & ita sedaē contradictio clarissime, sicut vides.

Septimo me ta. cō. 13.

Solutio.

Sexta contradi. est in cō. 13. Habet Cōmen. q̄ definitio non est omnis sermo significans illud, quod significat nomen. Huius tamen oppositum patet. 4. meta. te. cō. 28. vbi habetur q̄ ratio, quam significat nomen, est definitio. Soluitur. in habentibus quid rei ratio q̄d rei, & ratio quid nominis coincidunt. non tamen absolute ratio quid nominis quælibet est definitio quid rei. multa. n. habent quid nominis, quæ tñ quid rei carent.

Septimo me ta. cō. 14.

Solutio.

Septima cōtradi. est in cō. 14. Habet Cōmen. q̄ priuatio non est nō ens simpliciter. Sed huius oppositum patet p° phy. 79. cō. Respōdetur. priuatio formaliter est non ens, sed connotatiue aliquid entitatis habet. sic loquitur hic ratione cōnotati: sed in alīs locis loquitur respectu suæ primæ, & formalis imaginatiōis. vide cō. 11. duodecimi meta. & cō. 60. primi physi.

Septimo me ta. cō. 18.

Solutio.

Octaua contradi. est in co. 18. Habet Cōmen. q̄ accidentia per accidens non habent definitionem oīno. Huius tamen oppositum patet supra cō. 14. & 15. Solutur. intelligitur dictum eius hic isto modo, accidētia per accidens non habent definitionē omnino, quę videlicet habeat habitudinem per se, & essentialē. & hoc manifestant verba eius sequēntia, quia reddens causam sui dicti, propter quid accidentia ista non habent omnino definitionem, inquit, definitio enim significat res terminatas. Aut aliter solut potest. accidentia per accidens duplici subtecto comparari possunt, essentiali, ad quod primo consequuntur, & accidentali, cui per accidens attribuuntur. & tunc diceretur q̄ talia accidentia in comparatione ad subiecta, quibus per accidens attribuuntur, non habent definitionem, sed bene in comparatione ad prima subiecta definiri possunt. & istam solutionem etiam latenter innuit Commētator in hoc loco, sicut mihi videtur.

Septimo me ta. cō. 21.

Solutio.

Nona cōtradi. est in cō. 23. Dicit dissolutionem fieri à posteriori ad prius. Huius tñ oppositum patet. 2. meta. cō. 11. Vide ibi, quia soluta fuit.

Septimo me ta. cō. 23.

Decima cōtradi. est ibidē. Habetur q̄ materia denominatiue prædicatur de eo, cuius est materia. Oppositum patet. 2. de generatione. tex. cōmē. 4. contra Platonem. Vide ibi, quia soluta fuit.

Septimo me ta. cō. 25.

Solutio.

Vndecima contradi. est in. 25. cō. Scribit Cōmē. q̄ generatio magis attribuit priuationi, q̄ subiecto. Huius tamen oppositum patet p° physi. cō. 60. vbi habet q̄ illud, quod vere generatur, subiectum est. Soluitur. subiectum motus vere moueri dicitur, quia motus est in moto, non in motore. & ideo subiectum generationis veriſſime generari dicitur, vt Cōmen. dicit p°phy. cō. 60. sed in talibus non solemus nisi rarissime loqui, cum istis prępositionibus, ex, vel ab, in subiectis. vt dicamus ex homine fit musicus, vel ab homine fit musicus. sed talibus modis loquendi vtimur in priuationibus. solemus enim dicere ex immusico musicum fieri. & hoc maxime proprium est idiomati Græcorum, sicut scribit Cōmen, p° phy. 61. cō. & ideo dixit hic generationem magis attribui priuationi, q̄ subiecto, ad modum declaratum. & de hoc clare vide cō. 61. primi physico. & inuenies illud, quod dicimus.

Septimo me ta. tex. 28.

Difficultas de principio individuationis.

Solutio.

Duodecima contradi. est in tex. 28. Scribit Philosophus q̄ diuersa propter materiam, vt Socrates & Callias, sunt eadem in forma. et Cōmē. in cō. scribit q̄ multitudo individuorum in eadem specie prouenient ab vno generante est propter multitudinem materierū, in quas agit. ex quo elicitur q̄ materia est principiū distinctionis individuorum in eadem specie, et non forma. et per consequens individuum principalius dependet in esse à materia q̄ à forma, qa eadem sunt principia essendi et distinguendi. Sed huius oppositū habetur ab Auer. in q̄ pluribus locis, vt p° de anima cō. 90. vbi dicit q̄ omne continuum & vnum numero est per suā formam & non per suā materiam. & in. 2. de aīa. cō. 27. & 9. expresse dicit individuum esse hoc & individuum per formam, quia non est individuū, nisi ſm quòd est in actu, & nō est in actu nisi per formā. Soluitur, individuum distinguit ab alio, & à priori, & à posteriori. A priori autem aliquid dicitur distingui, qñ per principia intrin seca constitutiua distinguitur. & sic individuum, cùm constituatur in esse ex materia & forma tanq̄ ex principijs intrinsecis, sic distinguitur ab alio & per suā materiam, & per suam formā. nam vt scribitur, 12. primæ philosophiæ tex. cō. 27. alia est natura tua & mea, forma tua & mea. Si aūt ista duo adinuicem cōparentur, videlicet forma & materia, & quæraē à quo intuitus vnum individuū distinguitur ab alio, vtrū per suā formam, an per suā materiam. Ad hoc non est nisi distinctione respondendū, quia quæstio ista est multiplex: et qui qōnem multiplicem, vt simplicem interrogat, aut male interrogat, aut captiose interrogat. vbi. n. est multiplicitas, ibi est confusio apud intellectū, & ideo oportet qōnem multiplicem interrogatā distinguere, vt docuit Philosophus in p° cœli. in te. cō. 110. & in p° elēcho rum. Dico igit q̄ aut hoc quæritur absolute, aut prout principiū distinguendi distinguit contra principiū assimilandi. si primū sic dico, q̄ quemadmodū à forma individuū habet esse & non à materia, ita ēt ab ea recipit distinctionē. quia, vt dicit lucidissimus Themi. in prin. 2. de aīa, à forma res habent vt essent, sed à materia res habuerunt vt fierent. materia. n. est, ex quo fit aliquid: sed forma est, per quā est hoc aliquid. & hanc ſniam asserit ēt Cōmē. in. 7. met. in cō. 37. vbi dicit forma est, quę cū fuerit, erit res: sed materia cū fuerit non erit res. sic igitur à forma principaliter individuū habet esse, & per formā principaliter recipit distinctionē, à priori loquendo. à materia aūt non recipit distinctionem principaliter, sed secundario, vt cōparatur ad formā. Sed, si distinctio individui per materiā comparetur ad distinctionē à posteriori, quam habet individuū per quantitatem, & per alia accidentia, sic dico q̄ individuū principaliter distinguitur ab alio per materiā, & nō per accidentia, nisi cōcomitanter. & hoc colligitur ex intentione Auer. in lib. de structio destructionū in dispu. p° in fol°. 7. dubij. vbi dicit inconueniens est individuum distingui ab alio individuo solū per accidentia, imo individua ab inuicē distinguuntur materia. &. 7. primæ philosophiæ cō. 2. expresse scribit q̄ individuū substantiæ præcedit individua alioꝝ accidentium, sic igitur distinctio à materia est prior distinctione per accidentia. Quod ēt ratione ostenditur. nā, si individuū principaliter esset hoc & distinctū ab alio eiusdē speciei per aliquod accidens, tunc aut hoc esset per accidentia terminata, aut per accidentia interminata: nō per accidentia terminata, qa illa adueniunt composito post formā ſm naturā, vt dicit Cō. in p° cap°. de substan. orbis, & per consequēs in illo priori individuū est hoc, & non illud, & non per aliquod accidens terminatū: nec ēt per accidentia interminata, qa talia fundanē in materia, et sunt indifferentia ad quālibet formam. Et ideo cauēant qui ponūt quantitatē esse principiū individuationis à priori & distinctionis, sed solū est à posteriori. sic. n. intelligo dictum Cōmen. in p° physi. cō. 6. & sicubi habet sīmilē modū, q̄ multitudo, aut est rerū differētiū ſm formam, aut est rerū differentium ſm quantitatē. vbi per differentiā ſm quantitatem intelligit differētiam eorū, quæ sunt vnius speciei. sed licet Philosophis inspicientibus multitudinē in eadē specie apparuit, quòd nō inuenitur nisi in rebus materialibus, & quātis, quantitas

Quo pacto forma, & quo pacto materia sint distinctiuis cautæ.

Quātitatem non esse individuationis principium a priori.

tamen non est principium intrinsecum, & principale istius multitudinis & distinctionis & per se, sed necessario requisitum, & secundarium. dixi autē necessario requisitum. quia, si materia non esset diuisa per quantitatem in suis partibus, non posset habere in eadē hora plures formas in actu, vt scribit Cōmen. in libro de substantia orbis. Si autem quæstio quæratur, vtrum distinguendo principium assimilandi contra principium distinguendi, à quo indiuiduum principaliter, et appropriate recipit distinctionē, & similitudinem, vtrum à materia vel à forma, Soluo sine aliquo dubio ꝙ distinctionem appropriate recipit à materia, & assimilationem appropriate recipit à forma. Nam impossibile est assimilationem fieri à materia, à qua est omnis infirmitas, sed hoc est à forma. & hoc est, quod pulchre notauit Arist. in præsenti tex. cō. 28. quòd quę sunt differentia propter materiam, vt Socrates & Callias, sunt eadem in forma: ecce ꝙ idētitas est à forma & diuersitas est à materia. Vnde Cōmen. in cō. dicit ꝙ multitudo indiuiduoꝝ prouenient ab vno generante est propter multitudinem materierū in quas agit, & est ratio, quia fundamentum proximum idētitatis est vnitas in substantia, dicitur enim in. 5. meta. tex. cō. 20. eadem sunt, quorum substantia est vna. sed cū vnitas sit principaliter à forma: dicitur enim in. 2. de anima. tex. cō. 7. Ens et vnum cū multiplicetur dicātur, quod vere est, actus est, &. 3. phy. cō. 68. inquit Cōmen. causa, ꝓpter quam vnum est indiuisibile, est, quia oīs res est vna per suam formā. forma autē est indiuisibilis per se. & hoc ēt sentit in infinitis alijs locis. Materia aūt appropriate dicitur esse princ. prū distinctionis illo modo: quia ex quo non potuit esse principium conuenientiæ & similitudinis, secutum est vt esset principium diuersitatis. Et hoc bene enucleauit nobilis Peripateticus Auer. in lib. de structionum disputa. prima. in solutione. 7. dubij, vbi sic scribit ad literā. Nam causa multitudinis numeralis est materia apud eos: causa vero distinctionis in multitudine numerali est forma. Repertri autem multa numero, eadem tamen forma absq; materia, est quid dubium. nā non cognoscitur, nec distinguit indiuiduum ab indiuiduo aliquo attributo, nisi per accidens. quoniam reperitur aliud, quod cōmunicat et in attributo illo: distinguitur tñ indiuiduum ab indiuiduo ex parte materiæ. Adde etiam ꝙ Philosophi, & præcipue Peripatetici, cū viderint multitudinem sine necessitate in natura non esse ponēdam, dixerunt multiplicationem indiuiduorum in eadem specie ex diminutione proficisci, sicut notat Cōmen. in pº cœli in cō. 4. &. 98. & in 2. de anima, cō. 34. &, quia talia sunt, quęcunq; habent formā in materia, vt generabilia & corruptibilia, ideo dixerunt causam istius multiplicationis fuisse materiā. vnde cōtradictiones istæ arduæ non nisi per distinctionem solui possunt: & ab hutusmodi difficultatibus non nisi solers ingentum euadere poterit.

Septimo meta. cō. 29. Decimatertia cōtradi. est in cō. 29. Habet Cōmen. ꝙ quemadmodum est in mobilibus localiter ꝙ quædā mouentur ex se, & quædam ex alio, ita est in generabilibus. videt ergo ꝙ aliqua ab intrinseco alterari queāt, & generari. Cuius oppositum patet. 2. phy. cō. pº. Ibi. Solutio. soluitur. quia licet in corporibus simplicibus non inueniatur corpus, quod alteretur ex se, sicut inuentū corpus simplex, quod mouetur in loco ex se: tamē in compositis hoc, vt ipse dicit, fallit. quia talia possunt habere principium intrinsecum effectiuum respectu suæ alterationis, & partialis generatiōis: sicut est in nutritione, quæ fit in animalibus, & plantis respectu illorum, quæ aduenient suis corporibus ab extrinseco, sicut est cibus & potus.

Septimo meta. cō. 32. Decimaquarta contradi. est in cō. 32. Dicit ꝙ in generatione substantiæ oportet ꝙ præexistat agēs, quod sit substantia. Sed instantia est de igne, qui. 2. cœli. cōmen. 42. & pº meteoro. generatur à motu. Soluitur in cō. illo. 42. Nam substantiæ imperfectę, quæ quodammodo mediāt inter substantiā & accidens, quales sunt substantiæ elementorum, indifferenter possunt & ab vniuoco, & ab æquiuoco generari.

Septimo meta. tex. 35. Decimaquinta contradictioest in tex. 35. Dicit Philosophus in præsenti tex. vbi loquitur de partibus definitionis ſm materiam, & ſm formam, quòd aīa & animæ esse sunt idē, & cirçulus & circulo esse sunt idē, vbi Cōmen. in cō. notat, ꝙ intendit Philosophus per hoc, ꝙ definitio animæ, quæ dat eius quiditatem, videtur esse ipsum suum esse, & ꝙ in definitione eius non appareat materia omnino: & ista, in quorum definitione apparet materia, sunt illa, in quorum definitiōe apparet, aliud, et definitio dicitur de illis principaliter, & de istis secundario. Sed huius oppositum adducebam ex. 2. de anima tex. cō. 5. vbi dicitur ꝙ anima est actus corporis instrumentalis, potentia vitam habentis: vbi patet ꝙ in definitione animæ ponitur corpus, quod est materia, vt habetur. 2. de anima. te. cō. 8. Beatus Thomas in. 7. primæ philosophiæ in lectione. 9. in expositione tex. 34. dicit ꝙ in definitionibus illarum formarū, quæ sunt simul sumptæ cum materia, ita ꝙ forma nō potest distincte concipi sine tali materia, licet materia non sit pars formæ, tamen in definitione talis formæ dicit poni materia, vt corpus instrumentale in definitione animæ. sicut enim accidentia non habent esse perfectum, nisi ſm ꝙ sunt in subiecto, ita nec formæ nisi ſm ꝙ sunt in propriis materijs. & propter hoc sicut accidētia definiuntur ex additione proprij subiecti, sic formæ ex additione propriæ materiæ. & hanc viam etiam sequitur Egidius Romanus in. 2. de anima. Sed ista opinio stare non potest. quia Arist. definitionem datam per additamentum in. 7. meta. dicit esse accidentium, & non substantiarum. cùm autem forma sit substantia, nō potest dici ꝙ definitur per additamentum: nisi rediret opinio Antiquorū asserentium omnem formam esse accidēs. Et ideo dicamus nos cū Antiquis Peripateticis quòd licet in definitione formarum materialium debet poni materia, vt habetur in pº de anima tex. cōmen. 16. & in 2. phy. tex. cōmen. 26. & licet materia non sit pars formæ, quia tamen est vehiculum, & subiectum formæ, & in relatione quadam consistit ad ipsam formam, ím possibile est formā talem vt sic sine materia definire, vt sentit Cōmen. pº de anima cōmen. 16. & in. 4. physic. cōmen. 16. Nō tamen propter hoc illa definitio erit ex additione, quia definitiones ex additione sunt de genere illarum, in quibus apparet aliud, vt dicit Commē. in præsenti cōmento, & sunt definitiones accidētium, in quibus apparet subiectum, quod est aliud genere à forma definiti. sed materia est in eodem genere cū forma. Amplius ex materia & forma fit per se vnum: sed ex subiecto & accidente non fit per se vnum. & ideo nullo pacto Antiqui Peripatetici concedunt definitionem formæ substātialis esse ex additione. hoc enim est accidentalis formę proprium. Sed quantum spectat ad præsentem contradictionem soluo, quòd Commenta. intellexit in definitione, quæ dat quiditatem animæ, non apparet materia omnino, videlicet sicut apparet materia in definitione accidentium, ex qua & forma non fit per se vnum. nam hoc declarant verba sequenta. inquit enim quòd tales definitiones, in quibus apparet materia, sunt de genere illarum, in quibus apparet aliud: & definitio in illis dicitur principaliter, & in istis secundario, notum est autem ex declaratis in septimo, quòd subiectum cadit in definitione accidentium sicut additum, & sicut causa materialis, vt dicit Cōmen.

Septimo meta. tex. 35.

Solo ꝓpria.

Cōmen. expresse. 4. metaphy. cōmen. 2. & tales definitiones sunt secundario. sed definitiones, in quibus non apparet materia alterius generis, sunt substantiarum: & talium definitiones sunt principaliter. Illo modo igitur est glosanda authoritas Cōmen. quòd omnino non apparet materia in definitione animæ, sicut appet materia in definitione accidentium, & est sermo consonus verbis sequētibus. Aut dic ꝙ licet in definitione dante animæ quiditatem apparet materia, tamen non apparet omnino tanquam pertinens ad esse quiditatiuū animæ. quia anima & suum esse idem sunt. Dicit. n. Commen. cō. 35. declarās præsentem authoritatem quomodo anima & esse animæ idē sunt, nomen formæ dicitur de forma vniuersali & de forma particulari, sed bene apparet in definitione eius, sicut vehiculum deferens ipsam quiditatem, vt glosat Cōmen. 7. meta. cō. 34. Et nota vnum satis pulchrum, & est antiquum dictū Alexan. ꝙ Naturalis plerunq; in scientia Naturali in concipiendis rebus, de quibus consyderat, vtitur abstractione mathematica, vt alias notaui tibi. Forma enim ratione separabilis est. 2. physi. cō. & tex. 12. Et Arist. in. 7. meta. in tex. cō. 37. expresse etiam concedit ꝙ formæ, quęcunq; in vna materia solum esse possunt, similiter se habent illis, quæ in diuersis sunt materijs. Nam sicut illæ, quæ in diuersis materijs existūt, materia non est pars formæ, sicut quia forma circuli inest lapidi, & ligno, indiscriminatim saluari potest, neutra taliū materierum est de quiditate circuli, neq; pars suę essentię. Eadem ratione cōtingeret, si omnes circuli essent ęnei, ita ꝙ forma circuli in nulla alia materia saluaretur, propter hoc æs non esset de quiditate circuli, nec pars formalis eius. & licet forma circuli nō posset actu separari à tali materia, posset tamē intellectu separari: licet hoc sit magis difficile, ꝙ in casu, quo forma potest saluari in diuersis materijs. sed nō est hoc impossibile. et hoc est, quod confitetur etiam Cōmen. in cō. 37. vbi dicit omnes vero formæ, quæ non existunt plusquā in vna materia, à qua nunquam separantur, quoniam hoc nō prohibet intellectum intelligere in eis esse aliqd simile materiæ, & aliquid simile formæ, quemadmodum, si circulus nunquam esset nisi in cupro, hoc nō prohibet intelligere ꝙ cuprum non est forma circuli, nec pars formæ. hoc etiam asserit Cōmen. in. 12. met. cō. 39. vbi dicit ꝙ intellectus innatus est diuidere adunata in esse, sicut diuidit materiam à forma, & formam à composito ex materia & forma. & hoc est ad confirmandum secundam solutionem.

Septimo meta. tex. 37. Decimasexta contradi. est in tex. 37. Scribit Philosophus & Cōmen. ꝙ formæ naturales non possunt abstrahi à materia. vnde Cōmen. dicit ꝙ impossibile est intelligere hominem sine carnibus & ossibus. Sed hoc videtur contradicere Arist. in tex. vbi dicit ꝙ sicut formæ, quæ sunt in diuersis materijs, materia non est pars formæ, & intellectus potest abstrahere formam à materia, ita pariformiter in illis, quæ in vna solum existūt materia, à qua nūquam separantur, vt si omnes circuli sunt ęnei, sicut sunt formæ naturales, quæ in propria et determinata existunt materia, vt hominis forma semper cum carnibus & ossibus spectatur. hoc autem auferre mente non est difficile, ita quòd verba Cōmenta. contradicunt verbis Arist. Et confirmatur. quia Arist. in. 2. phy. cō. & tex. 12. describens formam, quę est natura, dicit quòd est forma & species, non separabilis existens, nisi ſm rationem. & ita quælibet forma naturalis videtur ratione separabilis. Et confirmatur authoritate Cōmenta. 12. meta. cō. 39. vbi dicit ꝙ intellectus potest diuidere adunata inesse, sicut diuidit materiam à forma, & formam à composito ex materia & forma. & est aperta contradictio, sicut vides. Scias igitur ſm mentē Auer. 7. meta. cō. 21. ꝙ homo quandoq; sumitur pro hominis quiditate, & quandoq; sumitur pro congregato ex materiā & forma. Et primo modo forma hominis est homo, & secundo modo forma hominis non est homo. quia homo pro congregato constat ex materia & forma, tāquam ex partibus substantialibus, vnde aliud est essentia hominis, aliud hominis quiditas. & ita est in omnibus generabilibus habentibus formam conceptam cum materia. 7. meta. tex. cōmen. 41. Et animaduerte ꝙ, si sumatur homo pro congregato, vt est essentia quædam per se existens, sic homo nō potest intelligi sine forma & materia, quia sunt partes, quæ sunt de eius essentia, & vna non sufficit sine alia, sed, si homo sumatur pro hominis quiditate, sic forma hominis potest intelligi per abstractionem intellectus sine materia, quia materia non est pars talis formæ seu quiditatis, licet istam abstractionem difficilius operetur intellectus in formis naturalibus ꝙ in mathematicis: quia tales sunt indeterminata materia, à qua nunquam separari possunt, vt sint in alia. Intellectus enim, vt scribit Cōmen. in. 4. physic. in cō. 66. multoties opinatur illud, quod sequitur rē, sit ipsa res. Homo igitur pro cōgregato impossibile est vt intelligatur sine carnibus & ossibus, quia compositum nō potest intelligi, neq; constare sine partibus componentibus. sed homo pro hominis quiditate potest intellectu abstrahi à materia, licet hoc difficilius sit ꝙ in formis mathematicis. Et nota, vt testatur Alexan. ꝙ ista abstractio est mathematica, qua quandoq; Naturalis vtitur, vt alias notaui tibi. Et nota ꝙ refert dicere formam naturalem posse intelligi sine materia, & dicere posse eā definiri. primum verum est mathematica abstractione, vt dixi, sed secundum est impossibile. & hoc notat bene Aristotel. 7. meta. tex. cō. 10. contra Platonem, vbi dicit, & comparatio quidem de animali, quam timor Socrates dicere solebat nō bene se habet. abducit enim à veritate, & opinari facit, quasi contingens sit hoicm esse sine partibus, sicut sine ære circulum. Sed hoc non est simile. sensibile nanq; aliquid forsan aīal est, & sine motu non est definire. & qñ Cō. ibidem in cō. dicit ꝙ quiditates naturales non possunt intelligi sine motu, sicut quiditates Mathematicorum, intelligendum est definitiue, quia aliter contradiceret textui. pº enim de anima. tex. cōmen. 16. Physicus definit per materiam sensibilem, &. 6. meta. tex. cō. 2. idem habetur, vbi venatur distinctionē scientiarum speculatiuarū ex diuersis modis definiendi. sic igitur oportet intelligere dicta sapientum, quæ nō possunt intelligi in modico tempore & sine labore grandi. Deus sit dator auxilij.

Septimo meta. tex. 37. Decimaseptima contradictio est in cō. 37. Auer. dicit ꝙ definitio est formæ vniuersalis, non compositi ex materia & forma. Huius oppositum patet cōmento vltimo octaui huius, vbi habet definitiones esse compositorum. Soluitur. sumpsit hic compositum ex materia & forma, vt est singulare distinctum contra vniuersale. et talis nō est definitio, sed sensus. sed cō. vltimo octaui huius sumpsit compositum vniuersale. nam tale ex materia in cōmuni, & forma in cōi componi. & istius definitio esse pōt, teste Philosopho hic. 7. met. te. cō. 17.

Solutio.

Septimo meta. cō. 37. Decimaoctaua contradi. est ibidem. Scribitur ꝙ formæ naturales ab intellectu non possunt separari à materia in imaginatione. Huius tñ oppositū scribitur. 4. phy. cō. 37. &. 8. meta. cō. 8. Soluti. omne, quod intelligitur, intelligitur ſm ꝙ est in actu: sicut patet. 9. meta. te. cō. 20. & ideo, cū materia sit pura potentia, pro occursu ab intellectu non potest apprehendi sine forma, sed est per analogiam ad formam cognoscibilis: sicut patet pº physi. tex. cō. 69. sed sic cognita materia, intellectus actu secundo pōt materiā sine forma intelligere,

Solut. contradi. Zim. 8 iij intelligendo

intelligendo ſ. materiam non eſſe formam, & formam non eſſe materiam. Nam vt ſcribit Cõmẽta. 12. meta. cõ. 39. intellectus natus eſt diuidere adunata in eſſe in ea, ex quibus componuntur: quãuis non diuidantur in eſſe, ſicut diuidit materiam à forma.

Septimo meta. cõ. 44. Decimanona cõtradi. eſt in cõ. 44. D. Cõ. ꝙ in individuo non eſt niſi forma particularis & materia, ex quibus componitur. Sed huius oppoſitũ patet. 5. met. cõ. 6. vbi habet ꝙ in idiuiduo demẽto eſt natura addita naturæ componentiũ: & eſt illud, quod fit ex compoſitione. in omni enim compoſitione ad aliquã vnitatem deuenire neceſſarium eſt. Soluitur. conſtitutiue & integratiue nihil aliud eſt in individuo q̃ materia & forma. ſic intelligitur dictum eius hic, entitatiue autẽ aliquid tertium poteſt eſſe, quod non eſt nec materia, nec forma, ſed eſt ſubſtãtia compoſita: quicquid dicãt Nouelli negãtes tertiam entitatem ſm principia Auerro. Aut aliter dici poteſt ꝙ dictum eius hic procedit cõtra Platonem, qui poſuit ideam ſeparatam neceſſariam ad generationem individui, & ad eius compoſitionem, ſicut poteſt patere tibi ex cõ. 45. huius ſeptimi. et ita iſta authoritas non eſt contra ipſum in præallegata authoritate. 5. metaphy. ſicut vides.

Solutio.

Septimo meta. cõ. 57. Vigeſima contradi. eſt in cõ. 57. Auer. dicit ꝙ nullum cõmune eſt ſubſtantia. & idem habet. 45. Sed huius oppoſitũ patet hic in cõ. 46. vbi habet ꝙ definitiones vniuerſalium habent aliquam diſpoſitionem diſpoſitionum ſubſtantialium, & qualitatem accidentẽ eis. Soluitur. Cõmenta. in iſta authoritate. 46. allegata expreſſe innuit duplicem vniuerſalis acceptionem, ſ. pro intentione ſecunda, quæ eſt quæda.. qualitas, ſ. quoddam accidens à rattone cauſatum, & attributum vniuerſali pro prima intentione: quod vniuerſale pro prima intẽtione appellat ipſe diſpoſitionem ex diſpoſitionibus ſubſtantialibus, ſ. habentibus eſſe extra actũ animæ. Quod autem dicitur ab ipſo in præſenti cõ. ꝙ nullum cõmune eſt ſubſtantia, hoc dicit ad modum, quo poſuit Plato. vniuerſalia enim apud Arift. non habent eſſe extra animam, ſicut poſuit Plato. 3. de anima. commen. 18. & p°. meta. cõ. 45. Arift. optinabatur ꝙ intellecta rerum notificant ſubſtantias earum, & nõ ſunt ſubſtantiæ earum. Sic igitur vniuerſale pro prima intentione non dicit aliquam formam realem diſtinctã à forma particulari realiter, vt quidam voluerunt: ſed dicit cõceptum realem, qui eſt notio ſingularium, & eſt forma declarans non dans eſſe. tenemus enim formam generis, ſpeciei, & individui vnam eſſe ſm rem, ſolum ratione differentiæ. Et ſic gloſo authoritatem eius p°. meta. cõ. 17. quando dicit ꝙ materia prius recipit formas vniuerſales, q̃s minus vniuerſales, & eis mediantibus recipit individuales: nõ ꝙ in materia ſit multitudo formarum correſpondentium multitudini prædicatorum quidditatiuorum factorum ab intellectu, ſed vna & eadem forma, ſm modum intelligẽdi noſtrum, prius intelligitur informare materiam quòd ad gradũ ſubſtantialitatis q̃ corporeitatis, & prius, quo ad gradum corporis quam viuẽtis, & ſic deinceps vſq; ad vltimum in diuidualem gradum: quicquid dicat Ioannes de Ianduno in hoc, & ſequaces eius.

Septimo meta. cõ. 48. Vigeſimaprima contradi. eſt in cõ. 48. Habet Commen. ꝙ eſſentiæ rerum ſunt exiſtentes, licet non intelligantur. Sed opponebatur per nos ibidem per cõmen. primum. 2. meta. vbi habet ꝙ, ſi ſubſtantiæ intellectuales à nobis nõ eſſent intellectæ, tunc eſſent fruſtra in natura, & per cõſequens non eſſent, cũ natura nihil agat fruſtra, p°. cœli. 11. &. 1. de anima. 15. Vide in cõ. p°. 2. meta. qui tuiſ ibi ſoluta iſta inſtantia diligenter.

Solutio.

Septimo meta. cõ 60. Vigeſimaſecunda contradi. eſt in cõ. 60. Habetur ꝙ compoſitum per ſe eſt aliud à componentibus. Hu-

ius oppoſitum ſcribit Cõmen. in p° phyſi. cõ. 17. & ſupra. cõ. 44. vbi dicebat ꝙ in compoſito non eſt niſi materia, & forma particularis, ex quibus cõponitur. Soluitur. in omni per ſe compoſitione ſm omnes ſapiẽtes neceſſarium eſt ad aliquam per ſe vnitatem deuenire. & huius oppoſitum non poteſt imaginari ab intellectu diſpoſito ad bonum. cùm igitur compoſitio ex materia & forma ſit per ſe compoſitio, oportet igitur iſtam terminari ad aliquam per ſe vnitatem. iſtud nõ eſt niſi tertia entitas. Si enim in mixtione elementorum nõ dicimus mixtum eſſe omnia quatuor elemẽta ſimul ſumpta: nam tunc mixtio eſſet partium iuxta poſitio cõtra Philoſophum p° de generatione. 85. & Cõmẽ. hic expreſſe. caro non eſt terra & ignis, ex quibus componitur, ſed eſt aliquod additum: quare ergo etiam materia cum forma nõ ſunt cauſantes aliquid tertium aliud ab eis non video. Authoritas autem Cõmen. p° phyſic. 17. procedit de toto integrali & cõtinuo, quia ſic etiam loquitur ibi Philoſophus. tale enim ſm rem non dicit aliquam formam tertiam diſtinctam ab eſſe partiũ ſimul ſumptarum: licet ego teneam tale ſm rattonem dicere formã aliquam diſtinctam ab eſſe partium ſimul ſumptarum. nam ſm Philoſophum. 5. meta. tex. cõ. 19, ſenarius numerus nõ eſt bis tria, ſed eſt ſemel ſex. Si autem velis illam propoſitionem Cõmen. 17. primi phy. dilatare ad totum eſſentiale, dicas ꝙ totum nihil aliud eſt q̃m partes ſimul ſumptæ integratiue & conſtitutiue. & ſic ad authoritatẽ eius ſupra in. 44. huius dicas conſequẽter. et vide ſupra, vbi etiam diximus in illo loco. Quòd autem iſta ſit opinio Cõmẽta. credo me diffuſe probaſſe ſuper p° phyſi. cõ. 17. & tu illuc recurras.

Solutio.

SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,

ſuper Octauo Metaphyſicorum.

Octauo meta. tex. 1.



Ontradictio eſt ſuper textu. 2. In iſto enim tex. habetur ꝙ ſubſtantia magis dicit de genere q̃m de ſpecie, & de vniuerſali magis q̃m de particulari. Huius tamen oppoſitum determinatum eſt in. 7. meta. in te. cõ. 44. vſq; ad finem. vnde ibidem te. cõ. 58. expreſſe dicitur ꝙ nullum vniuerſaliter dictorum ſubſtantia eſt, neq; vna ex ſubſtantiis. Amplius in præſenti tex. 2. expreſſe dicitur. Item etiam nec vniuerſale ſubſtantia nec genus. & ita in paruo ſpacio in eodem reſpectu Philoſophus ſibi ipſi contrarius eſſe videtur. Soluitur, vt innuit Cõmen. hic in prin. cõ. & ita etiam dicit Michael Epheſius, quòd primum dictum eſt ex ſententia Antiquorum, non ex ſententia Ariſto. nam Ariſtot. non vult genera & ſpecies eſſe ſubſtantias, ſed ſimilitudines ſubſtantiarum particularium, ex quibus collectæ ſunt. vt teſtatur Cõmẽ. 12. meta. cõ. 4. vbi dicit vniuerſalia apud Ariſtot. ſunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accepit inter ea ſimilitudinem, & facit ea intentionem vnam. & p° meta. cõ. 45. intellecta vniuerſalia apud Ariſto. non ſunt ſubſtantiæ rerum, ſed ſignificant rerũ ſubſtantias. per hoc patet ſolutio. Et ſi inſtetur ꝙ Arift. 7. meta. te. cõ. 44. dicit ꝙ ſubſtantia dicitur quatuor modis, inter quos vnus eſt ipſum vniuerſale. & Cõmen. etiam hic dicit ſubſtantiam dici quatuor modis. Soluitur ꝙ vt dicit Cõmen. ibi, & hic etiam illa diuiſio eſt ſm famam. ſed ſm

Octauo meta. cõ. 10.

Solutio.

ſed ſm rei veritatem Ariſto. ſubſtantiam diuidit illam trimembri diuiſione, videlicet in materiam, formam, & congregatum. ſicut fecit. 2. de anima. tex. commẽ. 2. &. 7. meta. &. 8. tex. cõmen. 7.

Octauo meta. cõ. 4. Secunda contradi. eſt in cõ. 4. Dicit Cõmẽ. ꝙ oppoſitto eſt p° in loco. Huius oppoſitum videtur velle. 8. phy. cõ. 16. Soluitur. refert dicere oppoſitionem primo eſſe in loco, & refert illam motui locali ineſſe. Et ꝙ hoc ſit verum, notum eſt ꝙ prima oppoſitto in loco reperitur, nam, cum de rattone oppoſitorum ſit diſtantia: maxima autem diſtantia reperitur in loco: ideo &c. tamen non eſt per ſe notũ ꝙ omne, quod eſt mobile motu locali, talem oppoſitionem habeat. quare, &c.

Solutio.

Octauo meta. tex. 8. Tertia contradi. eſt in tex. 8. Dicit in iſto tex. ꝙ materia neq; elementum eſt, neq; ex elemento. Huius tamen oppoſitum memini me legiſſe in. 5. primæ philoſophiæ in cõ. 4. vbi Cõmen. in calce Cõmen. dicit exponens verba Philoſophi in fine textus, vbi inquit. Omnibus vero cõmune eſt illud, cuiuſcũq; eſſe elementum, quod primum cuiuſq; eſt. vbi Cõmenta. dicit, &, cùm definitio prædicta ſit illa, quam diximus, manifeſtum eſt quòd verum elemẽtum cõmune eſt omnibus compoſitis, quod eſt primum, ex quo componũntur omnia, & iſtud elementum dicitur eſſe cauſa aliorum elementorum. & hoc, quod dixit, eſt prima materia. Amplius Cõmen. authoritate Alexan. plerunq; gloſat exponẽs elementa pro cauſis intrinſecis, ſicut eſt materia & forma. vt p° phyſi. co. 1. &. 8. meta. cõ. 1. &. 12. meta. commen. 23. Soluitur. elementum vt dicit Cõmẽ. in. 3. cœli. cõ. 31. quoddam eſt vniuerſale omnibus corporibus tam ſimplicibus, q̃m compoſitis: & de talibus elemẽtis Arift. egit in p° phyſicæ auſcultationis, & talia elementa non ſunt corpora neq; compoſita ex materia & forma, ſed ſunt prima materia & forma. quædam autem elementa ſunt corpora, quæ ſunt elementa corporum compoſitorum, & tale elemẽtum definitur ibi in. 3. cœli tex. cõ. 31. & de illis agitur in. 3. &. 4. lib. & etiam in libro de genera. & corrup. qui eſt liber de elementis, vt dicit Philoſophus in. 2. de anima. in tex. cõ. 117. Quando igitur dicit Philoſophus & Cõmen. materiam non eſſe elementũ intelligunt quòd non eſt elementũ, quod eſt corpus. qui. n. ponit primã materiã eſſe corpus peccat. vt dicit Cõmen. 12. meta. cõ. 14. & p° phy. cõ. 63.

Solutio.

Octauo meta. cõ. 10. Quarta contradi. eſt in cõ. 10. Inquit formam ſubſtantialem non recipere magis nec minus. Inſtantia eſt de formis elementorum. 3. cœli. cõ. 6-. Soluitur. Habet locum in veris formis ſubſtantialibus: fallit in his, quæ ſunt mediæ inter ſubſtantiam, & accidẽs. gloſa Auer. vbi ſupra. 3. cœli. cõ. allegato. Nota tamẽ ꝙ licet formę perfectæ non recipiãt magis aut minus in ſua eſſentia, tamen vt ſunt formæ in materia, bene vt hic recipe poſſunt magis, aut minus: ſicut innuit Cõmen. hic in iſto cõ. inquit enim. vnus homo non eſt maioris humanitatis, q̃m alter ſm formã: ſed, ſi fuerit, erit ſm quod eſt forma in materia. Nam forma humana ſm diſpoſitiones materiales, in qbus exiſtit, ſic poteſt magis & minus recipere, in tantum ꝙ à Philoſopho in ethicis aliq homines arbores, aliqui brutales, aliqui intellectuales, & quaſi terreſtres Dij nuncupantur. Aliqui enim, vt dicit Heſiodus, ad ſcientias capeſcendas per ſolam naturam ſunt apti & perfecti ex bonitate complexionis, ſicut fuit Hippocrates, & Arift. Aliqui vero non per naturam, ſed per doctores excitantes mentes eorũ. Quidam vero neutro modo apti ſunt, & iſti omnino ad diſcernendum verum à falſo omhino inutiles ſunt. Patet autem ꝙ totalis iſta diuerſitas non prouenit, niſi ex diuerſitate complexionis, & diſpoſitionũ, in quibus forma exiſtit. Theologi etiam noſtri dicunt ꝙ in puris naturalibus aĩa Chriſti tuit, & eſt perfectior anima Iudæ.

SOLVTIONES

CONTRADICTIONVM IN DICTIS AVERROIS, ET ARISTOTELIS,

ſuper Nono Metaphyſicorum.

Nono meta. phy. cõ. 2. 

Ontradictio eſt in cõ. 2. Auer. dicit ꝙ formæ liberatæ à materia ſunt tãtum agentes, nullo modo patientes, neque eſſentialiter, neq; accidentaliter. Sed opponebat ibi de anima intellectiua, quæ recipit intellectionem & ſpecies intellectas. Soluitur. dictum Auer. veritatẽ habet ſm principia Philoſophi. Pro quo debes ſcire ꝙ actus & formæ eſt agere & mouere. 2. de generatione. tex. c. 51. &. 9. meta. tex. cõ. 20. &. 3. phy. 17. materiæ autem eſt mouerí & pati. vnde quælibet forma, ſiue materialis, ſiue ſeparata fuerit, actiua eſt: nec aliqua ſub hac rattone, qua forma eſt, eſt paſſiua: q̃a paſſiuum eſſe conſequitur potentiam, quæ eſt primo diuerſa ab actu. Si igitur aliqua forma paſſiua fuerit, iſta paſſibilitas cõpetit ſibi rattone, qua potẽtia participat. paſſibilitas autem iſta duplex eſt, quędam ſignata & realis, & iſta conſequitur primo ſm Philoſophos materiam quantam. Vnde, ſi qua forma paſſiua fuerit paſſione & receptione ſignata, ſiue realis, ſiue ſpiritualis fuerit, hoc eſt rattione materiæ: ſicut ſcribit Cõmen. cõ. 5. 1. de anima ad principium cõ. & cõ. 18. Alia eſt paſſio & receptiq vniuerſalis & abſtracta. & iſtius ratio eſt intellectus poſſibilis, qui nullam aliã naturam habet, niſi quia poſſibilis vocatus eſt. & iſte intellectus eſt materia intelligibilium, & eſt quartum genus entium: ſicut dicit Cõmen. 3. de anima. cõ. 5. in ſolutione. 2. qõnis. Si formæ igitur exiſtentes in materia realt paſſione patiantur, hoc eſt rattione materiæ. Vnde Cõmen. 4. cœli. cõ. 22. dicebat, forma in motu elementi mouet, ſed vt eſt forma in materia mouetur. ꝙ etiam ſenſitiuæ virtutes ſignatæ recipiant eſt, quia ſunt in materia. Sequitur igitur ꝙ, cùm omnes formæ à materia ſeparatæ præter animam noſtram intellectiuam, quę infima eſt ſm ipſum inter abſtracta. 2. de anima, cõ. 19. nullo modo paſſiuã eſſe non eſſentialiter: q̃a cuilibet formæ, vt forma eſt, repugnat eſſentialiter pati, etiam materialibus. vnde Cõmen. 5. phy. cõ. 5. qui dixerit formas per ſe mouerí non eſt amplius loquendum cum eo in hac ſcientia: neq; etiam accidentaliter, quia forma accidentaliter patitur rattione potentiæ, quæ vel eſt materia, vel eſt intellectus poſſibilis. in talibus autem non eſt materia: ideo nõ poſſunt pati paſſione reali & ſignata ſm Philoſophos: neq; ẽt paſſione ſpirituali, q̃a non intelligũt per receptionem: nec in eis eſt vere intellectus poſſibilis, licet Cõmẽ. videatur illud dicere, ſed ſm rattonẽ, vt alias declarauimus. Nullo igitur modo pati poſſunt tales formæ, neq; per ſe, neq; per accidens, ſine paſſione reali, nec ſpirituali, cùm intelligant per eſſentiã, & non per ſpecies ſm Philoſophos. Anima autem intellectiua, cũ ſit infima inter abſtracta, cùm ſit compoſita ex intellectu poſſibili vere, & ex intellectu agente, rattione poſſibilis paſſiua eſt, ratione vero agentis eſt actiua. ſed paſſio iſta eſt alterius rationis à paſſione materię, ſicut ſcribit Cõmen. 3. de anima. cõmen. 18. vbi formaliter ponitur iſta ratio ad inſtantiam motam a nobis hic, ſicut tu diſpicere poteris ibi videre.

Nono meta. tex. 1. Secunda contradi. eſt ſuper tex. 1. Arift. & C[illegible] ponunt differentiã hic inter potentias rationales [illegible]

uas, et irrationales: quia rationales sunt contrariorum, irrationales vero nequaquam, sed vnius tantum per se loquendo. Sed est instantia de virtute motiua volunta rie: cuius nedum est mouere corpus de loco ad locum, verumetiam & retinere, sicut auis volans in aere, dum sistit seiptam, ille status caulatur à tali virtute motiua. & similiter homo, quando stat erectus, ille status à tali virtute causatur. aliquin homo non posset stare, si ille status ab illa virtute non esset, sed caderet. quemadmo dum si homo dormiens poneretur erectus, vt dicit Ga lenus in lib. de rigore & tremore. Amplius per eãdem virtutẽ mouetur graue deorsum, & geleit deorsum. & patet ꝙ virtutes istæ sunt irrõnales, sicut patet. Auer. autẽ videtur soluere primam difficultatẽ occulte in. 2. phy. cõ. 48. videtur enim velle ꝙ virtus concupiscibi lis est de virtutibus passiuis apta nata recipe duo contraria æqualiter. & quia ille motus voluntarie fit à virtute concupiscibili, quæ determinat ab obiecto, tamen cessat primum. Ad secundum autem dicebatur ꝙ virtus grauitatis per se, & primo est causa gettis, & secundario est causa motus, quia elementum est in potentia accidentali ad motum deorsum, quæ est potentia violenta, postquam passum est violentiam. In hoc igitur consistit differẽtia, quia virtutes actiuæ rationales per se & principaliter ex sui natura sunt indeterminatæ ad agendum duo cõtraria æqualiter, sed naturales vnum per se, aliud per accidens, aut vnum ex principali inten tione, aliud vero secundario: sic calidum per se calefacit, sed per accidẽs infrigidat: & frigidum per se infrigidat, & per accidens calefacit. & quandoq; accidit, vt effe ctus per accidẽs sit validior effectu per se, vt patet ex pertis in naturalibus. Nec videatur tibi mirum, si dixe rim formam grauitatis per se primo esse causam quie tis & nõn motus: nam ista est etiã sententia Auer. in. 4. cœli. in cõ. 26. & hoc etiam supra notaui tibi.

Vi. no meta- phy. cõ. 19

Solutio.

Tertia contradi. est in cõ. 19. Scribit Cõmen. ꝙ po tentia ad sanitatem & ad ægritudinem est eadem. Op positum patet. 3. phy. tex. cõ. 19. vbi habet ꝙ, si potẽ tia ad sanitatem & ægritudinem esset vna, tunc sanitas & ægritudo esset vnum & idem. Solvitur, loquitur hic de potentia subiectiua, quia eadem est materia contra riorum, ted. 3. phy. loquitur de potẽtia obiectiua. idem autem est ens in potentia obiectiua ad actum, & ens in actu. Vnde Cõmen. dicit. 8. meta. cõ. 15. agens extrahens aliquid de potentia ad actum non largitur multi tudinem, sed perfectionem, &. 12. meta. cõ. 18. tuxta di midium agens naturale non congregat inter diuersa.

Vide potentia subiectiua, et obiectiua.

Nota tamen hic ꝙ potentia ista subiectiua, & obiecti ua vna & eadẽ est realiter, sicut mihi videtur pro nũc: sed fortiuntur tales potentiæ distinctas denominatio nes in ordine ad diuersa: sicut est de actione & passio ne. vnde pluralitas entium est euitanda inquantum est possibile. Dico ꝙ vna & eadem forma, vt est in poten tia materiæ, appellatur vt sic esse in potẽtia subiectiua: sed eadem forma vt est in potentia actiua agentis, dicitur esse in potentia obiectiua, in ordine ſ. ad actum. vnde, cùm ſm Auerro. 12. meta. cõ. 18. omnes formæ sint in potẽtia in prima materia, & sint in actu in pº motore, tales sunt in potentia subiectiua, & passiua materię. cum autem potentia passiua sit principium trãsmutan di ab altero inquãtum alterũ, videtur mihi ꝙ sit vnus respectus realis, qui respicit tã subiectum qã formam, vt in subiecto inducitur ab agente: sed diuersas sortitur denominationes, vt ad diuersa extrema comparatur: sicut eadem est distãtia inter Lupertus et inferius, inter Thebas & Athenas, nõ tamen est idem distare. & ita ego cauto ponere potẽtiam obiectiuam realiter distin gui à subiectiua in via Auer. et licet multi teneant hoc, tamen mihi videtur in via eius, & forte ẽt in via Arist. illam non distingui re à subiectiua, quia est principium per se notum, & ab omnibus peripatheticis cõcessum, ꝙ quicquid est possibile respectu agentis, est possibile respectu patiẽtis: & quicquid est possibile respectu pa tientis, etiam illud possibile est respectu agentis. & hoc loquendo de vera potentia. nã aliter aliquid esset octo sum in natura, & frustratorium, contra Philosophum pº cœli. 32. Et ideo recte diximus nos euitantes plura litatem entium, tuxta consuetudinem principis nostræ militiæ Aristo. inquantum est possibile, ꝙ respectus il le ad subiectum, & ad formam vt est ab agente. vnus & idem est re, sed ratione distinguitur. Sed Theologi nostri, qui habent principia opposita principijs Philo sophorum, tenent aliquid esse possibile respectu agen tis, quod non sunt possibile respectu passi. ideo habent de necessitate ponere istos respectus realiter distingui. Vnde mundus ante sui creationem erat in potẽtia acti ua agentis, ſ. Dei, creatoris, non erat autem in potentia subiectiua alicuius passi, cùm ex nihilo creata sit. Simi liter angeli ante sui creationem erant in potentia acti ua Dei: non autem erant in potentia passiua alicuius, cùm ex nihilo sint creati. immo materia prima fuit in potentia ante sui creationem actiua Dei: in nullius ta men potentia subiectiua fuit. quia primum potentiale in nullius est potentia subiectiua: aliter esset primum et non primum. & ideo Theologus discrepans à Philoso phis in principijs habet etiam discordare in conclusio nibus. sed velle tenere cõclusionem physicam per prin cipia Theologica distincta à Physicis vel ecõtra, ridi culũ est. Et ideo subtilissimus Scotus, videns ista vera esse theologice, voluit ponere potentiam obiectiuam distinctam à subiectiua motus, vt mihi videt per ista fundamenta, de Arist. in hoc tantum curabat, inquan tum authoritates eius glosare posset, ne veritati theolo gicæ obuiarent. Quòd autem hoc non possit ipse tene re in fundamẽtis Philosophi mihi videtur hoc posse ra tionibus conuinci sic. Nam ſm te Arist. ideo ponit po tentiam obiectiuam, quia diuisio bona debet euacuare totam naturam diuisi: sed, ſi Arist. diuidens ens per po tentiam & actum intellexisset potentiam subiectiuam tantum, & non obiectiuam, tunc sub tali diuisione non comprehenderetur omne ens, sicut patet de angelis, de mũdo, & materia prima ante sui creationem, quę erãt res in potentia nõ subiectiua, nec erant res in actu for mali vel existentiæ: ergo oportet dicere potentiã, quæ est differentia entis, esse potentiam obiectiuam. Am plius. 9. meta. tex. cõ. 13. actus & potentia sunt eiusdem generis: sed hoc non potest de potentia subiectiua ve rificari, quia substantia potest esse potentia subiectiua quantitatis: & patet ꝙ ista sunt diuersorum generum. Trahitur illud sic per Auer. 8. meta. cõ. 15. agens extra hens aliquid de potentia ad actum non largitur multi tudinem, sed perfectionem. & hoc idem habet. 12. me ta. cõ. 18. vbi habet ꝙ agens apud Arist. non cõgregat inter diuersa. & hoc idem habet. 5. phy. cõ. 9. ꝙ potẽ tia & actus sunt eiusdem generis. & patet istas autho ritates non posse saluari de potentia subiectiua: sed de necessitate sunt verę de potentia obiectiua. et in tãtum processerunt cum huiusmodi authoritatibus plerique nõ modicę authoritatis viri, vt de intẽtiõe Auer. sub stinere auli sint potentiam obiectiuã distingui ab acti ua & à passiua potentijs, nec non à logica potẽtia, quæ nil aliud est ąꝫ respectus rationis ex non repugnantia terminorum causatus, & ista per vitam meam nõ pos sunt sustineri de mente Philosophorum. Et vt ægritu dini eorum succurramus, ostendamus eis causam erro ris eorũ. & est, quia ponentes potentiam obiectiuam coacti sunt ad illud ex principio repugnante Philoso phiæ: & est ꝙ aliquid est in potentia respectu agentis tantum,

tantum, quod non est in potentia passi. & hoc nõ con ceditur à Philosophis in rebus nouis. immo ipsi dicunt omne, quod est in potentia actiua agentis, est in poten tia passiua alicuius subiecti, tuxta illud Cõmen. allega tum supra. omnes formæ sunt in potentia passiua mate riæ, & sunt in potentia actiua primi motoris. patet mo do ꝙ ſm Theologos aliqua forma ante sui productio nem est possibilis possibilitate, qua respicit agens tan tum. & ideo istam potentiam à qua possibilis denomi natur, nũcupauere obiectiuam. sed Philosophus dicẽs oppositum huius, oportet negare ſm ipsum talem po tentiam distingui à potẽtia passiua: quia per potẽtiam passiuam forma est possibilis ex parte subiecti cũ respe ctu ad agens. quia. 9. meta. tex. cõ. 2. potentia passiua est principium transmutandi ab altero inquantum al terum, potentia enim passiua definitur per actuam, & econtra. vnde. 2. phy. 48. & 8. phy. 79. & in plerisq; lo cis in libro destructionum contra Algazelem, quicqd est possibile per principium passiuum intrinsecum, est possibile per principium extrinsecum actiuum. Et ꝙ ens non diuidatur per potentiam obiectiuam, sed per potentiam subiectiuam ostẽditur sic, Philosophus. 12. meta. tex. cõ. 8. volens declarare quòd sit esse materiæ diuidit ens per potentiam & actum, & ibi declarat ma teriam contineri sub potentia, & nõ sub actu: quia est illud, ex quo omnia fiunt per transmutationem. manifestum est autem potentiam, ex qua aliquid transmutatur, esse potentiam subiectiuam non obiectiuã: quare entis diuisio per potentiam & actum non est ſm Phi losophos per potentiam obiectiuam, quia tunc argu mentum Philosophi adductum esset in quatuor termi nis. Amplius Cõmen. in. 12. meta. cõ. 26. declarans in tentionem Philosophi. inquit ꝙ ibi intendit inducere alium modum, quo principia omnium prædicamẽtis rum sunt eadẽ: & est pro quanto actus & potentia sunt in omni genere, & ꝙ actus habet reduci ad formam, et potentia ad materiam, & ꝙ potentia & actus propinqui sunt distincti in distinctis prædicamẽtis. vult ergo potentiam subiectiuam, & actum esse principia prædi camentorum omnium, & non obiectiuam, cùm dicat potentiam reduci ad materiam, & actum ad formam. Amplius ipse in. 5. meta. cõ. 14. vbi declarans quomo do actus, & potentia sunt in omni prædicamẽto, expo nens exemplum Philosophi in prædicamento substan tiæ de forma mercurij, dicit ꝙ in lapide est eadem for ma mercurij, & in actu, et in potentia. & declarãs quo modo sit in potentia dicit ꝙ est in potentia, quia habet naturam recipiendi eam: actu vero habet eam, quãdo actu recipit eam. vbi patet de intẽtione eius potẽtiam, in qua mercurius est, subiectiuam esse, nõ obiectiuam. Nec valet dicere obiectiuã debere poni propter respe ctum ad agẽs: quia iste respectus importatur per sub iectiuam, cùm sit principiũ transmutandi ab altero in quantum alterum, & ita non oportet entia sine necessi tate multiplicare. Et ideo, sicut mihi videt, saluo sem per meliori iudicio, de intentione Philosophi potentia ista obiectiua non est distincta re à potentia passiua. quia ista potentia obiectiua, si ponitur, non est pro pter aliud, nisi propter respectum, quem importat for ma ad ipsum agens: sed, cùm iste respectus sufficienter importetur per potentiam subiectiuam seu passiuam, sicut clare patet ex definitione potentiæ passiuæ posi tæ in. 9. meta. & in. 5. propter hoc dicimus de intentio ne Philosophi nõ dari potentiam obiectiuam, tãquam rem distinctam à subiectiua. Et dicimus ꝙ diuisio en tis per actum & potentiam est per potentiam subiectiuam, & sic dicimus agens extrahens aliquid de potẽ tia subiectiua ad actum non largiri multitudinem, sed perfectionẽ: quia vna & eadem est res, quæ est in po tentia subiectiua materiæ, & in potentia actiua agen tis, cũ re, quæ actu producta est. & sic agens apud Ari stot. non congregat inter diuersa. Et sic dicatur conse quenter ꝙ potentia subiectiua & actus sunt etiãdẽ ge neris: loquendo de potentia subiectiua proxima. nã vt dicit Philosophus & Cõmen. 12. meta. tex. cõ. 22. licet principia omnium decem prædicamentorum remota possint esse eadẽ, quia principia prædicamenti substan tiæ sunt principia omnium prædicamentorum, tamen principia proxima vniuscuiusq; sunt sibi, ppria. & sic patet qũo actus & potentia circuunt omne genus, & quomodo sunt eiusdem generis. ista est mens Philoso phi, & Auer. 12. met. 26. Quod autem dicitur de angelis, & de materia, & corporibus cœlestibus, quia non sunt in potentia subiectiua, sed obiectiua, patet ꝙ hoc nihil est contra Philosophũ, & Cõmen. sed apud Theo logum bene illud haberet vim. Cogita ergo & consy dera ꝙ ex diuersis principijs diuersæ sequuntur cõclu siones. Et ideo Auer. plerũq; dãnauit Auic. in hoc, ap pellãs ipsum medĩũ inter Peripateticos, et Loquentes.

Quarta cõtradi. est ibidẽ. Dicit ꝙ in absolutis à mo tu reperitur melius. Oppol. tũ patet. 3. meta. tex. cõ. 3. vbi dicitur in immobilibus non est ratio finis, neq; bo ni. Solvitur, immobilia duplicia, quædã ſm esse & de finitionem, sicut sunt substantiæ separatæ: & quędam sola definitione. tunc dico ꝙ in immobilibus sola defi nitione, qualia sunt entia mathematica, nõ est in eis ra tio boni, neq; finis: quia talia ſm esse separata non sub sistunt. quia, si subsisterent, esset in eis bonum, ſ. ipsum esse ipsorũ. sed talia sola ratione à motu separata sunt, & sic abstrahunt à ratione finis, qui habet rationẽ mo uentis. Nec est inconueniens ꝙ in aliquo ente ſm ratio nem non sit bonum, vel ratio boni, cùm ratio entis sit prior ąꝫ ratio bont. loquitur igitur Cõmenta. hic de re bus separatis ſm esse & definitionem à motu, quia in talibus bene potest esse ratio boni, immo summi boni.

Nono meta phy. cõ. 19.

Soluțio.

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM IN DICTIS ARISTOTELIS, ET AVERROIS,
Super Decimo, & Vndecimo Meta- physicorum.

Decimo me ta. cõ. 6.

Contradictio est in cõm. 6. Inuenimus contradictionẽ satis appatentẽ. Quia ibi Cõmen. dicit ꝙ hoc nomen ens de pluribus dicitur ąꝫ vnum. Huius ta men oppositũ legimus in. 4. meta. tex. cõmen. 3. Solus potest sic, ꝙ ens de plu ribus dicitur quiditatiue ąꝫ vnum. nam ens quiditati ue dicitur de suis partibus subiectiuis, non autẽ vnum præcipue ſm vtam cõmunẽ, quantũcunq; Beatus do ctor super. 4. meta. hoc idem de vno tenere videatur. Et tunc ſm istam solutionem authoricas Cõmen. tali ter habet interpretari, ens dicit de pluribus ąꝫ vnum, vt cùm dicitur de significato rei, i. quantum ad quidita tem rei, seu quiditatiuam prædicationem: sed quãtum ad prædicationem idẽticam de quot dicitur ens, de tot etiam dicitur vnum: quia ens & vnum vnam & ean dem naturam significant ſm Cõmen. cõ. 3. quarti me ta. & cõ. 8. decimi huius. Aut aliter, & subtilius meo iu dicio, ens dicitur de pluribus ąꝫ vnum, quando dicitur de significato rei propter hoc: qa stat multa esse vnum subiecto, quæ tñ in significato rei sunt distantia & ſm

Soluțio.

definitionem

definitionem ipſam: ſicut patet expreſſe p° phyſi. tex. cō.21. vbi Philoſophus reprehendit Antiquos ſm expoſitionem Cōmē. in hoc, quia credebāt ens et vnum ſemper idē ſignificare ad modū dictū. Et ſic patet contradictionis ſolutio. nam ens & vnum, aut ſumuntur quò ad naturam ſignificatam, & ſic idem ſignificant, vt patuit: aut ſumuntur quò ad ſignificationes & rationes rerum, & ſic de pluribus dicitur ens q̄ vnum: quia ſtat aliqua vnū eſſe ſubiecto, & talia eſſe plura ſm rationes et ſignificatiōes. vide, vt dixi cō.21. primi phy. & ſic Cōmentatorem per Cōmentatorē expone: quia nil melius quàm ipſummet authorem ſumet interpretem eſſe: quia nemo nouit melius propriam mentem, quàm ipſemet author.

Decimo me ta.cō.7.

Secunda contradi. eſt in cō.7. Auer. dicit non eſt dicendum colores componi ex albo & nigro, tanquā ex duobus principijs. Huius tamē oppoſitum ſcribit ipſe expreſſe.5.phyſic.6.19.52.& hic cō.23. Soluitur, forte propter iſtā authoritatem motus fuit Burleus, et multi Auerroiſtę ad tenendum de intentione Auer. duo contraria non poſſe eſſe ſimul in eodem ſubiecto. Et q̄ magis auget difficultatem hanc, eſt etiam authoritas eiuſdem in.4.meta.in te.cō.26. vbi aſſignat cauſam, quare contraria non poſſunt eſſe in eodē: & eſt quia vnum contrarium eſt priuatio alterius. & hoc etiam dicit ibi Philoſophus in litera. & parum infra Cōmen. dicit q̄ in contrarijs imediatis talia non poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſimul, ſed ſucceſſiue. contraria vero habentia medium poſſunt eſſe in medio potentia, non actu, nec perfecte. & hoc videtur tauere opinioni iſtorū, qui dicunt talia media inter contraria eſſe compoſita ex extremis quantum ad denominationem, nō autem quantum ad eſſe, pro quanto medium comparatum vni extremorum ſortitur nomē alterius, ſicut pallidum reſpectu nigri albū dicitur, & reſpectu albi dicitur nigrum. Sed proculdubio iſta non fuit mens Auer. quia tūc periret motus inter cōtraria habentia medium: ſicut ipſe deduxit.10. huius cōmen.23. nā in omni motu vnitatis prius mutatur forma in medio q̄m in extremo, & ideo ſi in tali medio non eſſet formaliter ſm aliquem gradum forma, ad quam fit motus, tunc talis motus non poſſet eſſe ſucceſſiuus, neq; vnus. Dicamus igitur ad authoritates in oppoſitum adductas. A.1 primam hic, quando dicitur colores non eſſe cōpoſitos ex extremis, verum eſt tāquam ex duobus principijs menſurantibus perfectionem & eſſe ipſorum. nam cùm ſemper vnum contrarium ſit, vt dicitur in litera, ſicut priuatio alterius, ideo impoſſibile eſt ambo rationem menſuræ habere: quia ratio menſuræ attribuitur habitui non priuationi. vnde Philoſophus in litera vult probare inductiue, qualiter in omni genere eſt vnum primum, quod eſt metrum & menſura omnium exiſtentium in illo genere, & ſic in genere colorum eſt albedo. colores igitur medij non componuntur ex extremis, tanquā ex duabus menſuris. Ad authoritatem autem Philoſophi & Cōmen. 4.meta.tex.cō.26. q̄ contraria non poſſunt eſſe ſimul in eodem, quia vnū eſt priuatio alterius: Soluitur, verum eſt de contrarijs in illis gradibus conſyderatis, in quibus contrarietatem habent, nō enim tenemus albedinem ſub quolibet gradu nigredini contrariari, nec calorem frigiditati: ſed ſub eſſe actuali, & perfecto contrariantur: & vnum, vt ſic, eſt priuatio alterius. Ad authoritatem Auer. in eodem cō. quando dicebat q̄ in contrarijs mediatis taha poſſunt eſſe in eodem potētia, non actu, nec perfecte: Dico q̄ per potentiam ibi non intellexit puram potentiam, quia tūc nulla eſſet differentia inter contraria mediata, & immediata penes hoc: nam etiam contraria immediata poſſunt eſſe in eodem ſubiecto in potentia pura. per potentiam igitur intellexit potentiam actui admixtam, ſicut in ſimili ipſe dixit in fine primi de generatiōe, vbi exponit quomodo elementa ſunt potentia in mixto, per potentiam exponit pro quanto non ſunt in mixto in ſuo eſſe perfecto, ſed refracto. Et ideo caueant Burleus, & alij ad pauca reſpicientes de intētione Cōmen. negare contraria non poſſe ſimul eſſe in eodem ſub aliquo eſſe refracto: quia tunc etiam oporteret dicere elementa non eſſe formaliter in mixto ſm ipſum Auer. Diſcordāt igitur in principio, & volunt concordare in concluſione. & hoc non eſt poſſibile. Sic etiā exponit ſeipſum Commen. cō.6.ſuper.5.phyſico. ſicut videre potes. Videas etiam qualiter gloſa Burlei non poteſt ſtare, q̄ media inter contraria componuntur ex extremis, quātum ad denominationem, non quantum ad actualem compoſitionem. Nam.4.cœli.cō.26. Auer. diſtinguit de duplici medio, ſm comparationem, et ſm cōpoſitionem. media ſm comparationem componuntur ex extremis quātum ad denominationem, ſicut ipſe dicit, nō quantū ad eſſe. ſicut dicimus aerem eſſe mediū inter ignem & aquam ſm comparationem, quia reſpectu ignis eſt grauis, & reſpectu aquæ eſt leuis: non tamen componi dicit propter hoc ex graui & leui. ſed media ſm compoſitionē ſunt illa, in quibus extrema actu ſunt in eſſe, non in comparatione tantum. & ideo diſtinctio Commen. nulla eſſet. quia mēbra coinciderent, ſi aliqua media ex extremis contrarijs, non actu, permixto tamen potentiæ eſſent compoſita ex talibus extremis. & hoc eſt certum, nec aliqui parum exercitato in via iſtius hominis dubium eſſe poteſt.

Solutio alij quorum.

Solutio propria.

Tertia cōtradi. eſt in cō.10. Auer. Scribit q̄ linea arcualis non poteſt æquari lineæ rectę. Oppoſitum ſequitur de quadratura circuli, ſicut patet in prędicamentis. Soluti. aliqui nō mediocris authoritatis virt tenuerūt quadraturam circuli minime dari poſſe. nam, cùm figura circularis & figura recta ſint alterius rationis, minime videntur comparabiles adinuicem, per regulam Philoſophi poſitam.7.phyſi.tex.cō.31. Et confirmant hoc ſic. æqualia per cōmunem animi conceptionē ſunt, quæ adinuicē ſuperpoſita non ſe excedunt adinuicem, nec exceduntur. modo curuum ſuperpoſitū recto nunquam æquari poteſt remanendo in ſua curuitate, ſicut patet. Et confirmatur authoritate Philoſophi.7.phyſi. te. cō.21. vbi probat motum circularem non eſſe comparabilem motui recto: quia tunc magnitudo recta eſſet cōparabilis magnitudini circulari: quod falſum eſt, & impoſſibile apud Ariſt. propter ſupertius adductam rationem. Ad authoritatem autē Philoſophi in prædicamentis, dum dicit in capitulo de ad aliquid quadraturam circuli ſcibilem eſſe, dicunt q̄ Ariſt. loquitur ibi ſub conditione & non aſſertiue. et quantum ad hoc verum dicunt, quia litera taliter tacet. ſcientia vero ſi non ſit, nihil prohibet ſcibile eſſe. vt quadratura circuli, ſi eſt ſcibilis, ſcientia quidem eius nondum eſt. Boetius autem vir ſummæ authoritatis in omni ſcientia, & Latinorum gloria, aſſeuerat ibidem ſcientiam illam poſt Ariſto. tempora inuentam fuiſſe. ſed ipſe breuitati ſtudens voluit ſupерſedere à tali demonſtratione. Nos igitur dicamus non inconuenire aliqua conuenire magnitudinibus mathematice conſyderatis, quæ tamē repugnant magnitudinibus eiſdem, vt à Naturali conſyderantur. ſicut pulchre declarat Cōmenta. p° cœli cō.32. vbi dicit motui circulari mathematice aliquid contrariari, non naturaliter, ſimiliter.4.phy.72. linea mathematica in infinitum poteſt diuidi, non autē vt eſt terreſtris vel ignea. Sic etiam naturaliter conſyderando magnitudinem circularem & rectam, non ſunt comparabiles: quia iſte conſyderat res vt ſunt in motu, & in re extra: & quia, vt dicebatur, cū æqualia ſint illa, quę inuicem

Decimo me ta.cō.10.

uicem ſuperpoſita non ſe excedunt, nec exceduntur à ſe inuicem. & ideo ſm rem curuum & rectum nō poſſunt æquari, quia tunc curuū non eſſet curuum. ſed Mathematicus, cuius propoſitiones omnes ſunt veræ ad imaginationem.3.phy.60. tenet figuram rectam comparabilem eſſe figurę circulari: quia ipſe imaginatur q̄ eſt poſſibile q̄ linea recta incuruetur, & fiat circularis. & ideo ipſe etiā dicit q̄ linea recta eſt breuiſſima, quæ duci poteſt inter duo puncta. ex hoc patet q̄ Geometra comparat lineam rectam curuæ, cùm tamen æqualitas ſm rem dicatur fere æquiuoce. ſed iſtud dictū eſt large verum, & ad imaginationem. & ita etiā ad imaginationem dicit figuram multorum angulorum comparabilem eſſe figuræ rectæ. Et iſta eſt ſolutio Auer. expreſſe.7.phyſic.cō.29. ſicut videre poteris. Et per hoc poſſumus modernos cum Boetio concordare de quadratura circulari, q̄ eſt poſſibilis mathematice, & ſic locutus eſt Boetius in prædicamentis: naturaliter autem dictum Modernorum procedit, non autem abſolute & ſimpliciter. Et iſtud multotiens eſt, quod ducit doctores in graues errores, quia neſcīūt diſcernere conſyderationem à conſyderatione. & ſic quæ repugnant vni conſyderationi credunt alij repugnare. ſed non eſt ita, ſicut vides. & hoc forte fuit in cauſa, q̄ Ariſtote. in prædicamentis locutus eſt ſub conditione, dum dixit, ſi ſcibilis eſt. quia ipſe videbat non ſm quālibet conſyderationem ſcibilem eſſe talem circuli quadrationem.

Decimo me ta.cō.13.

Solutio.

Quarta contradi. eſt in cō.13. Dicit Cōmen. q̄ contrarietas in loco eſt cauſa contrarietatis in ſubſtantijs. Huius tamen oppoſitum patet.5.phyſic.cō.10. vbi habet contra Alexandrum in ſubſtantijs nullam eſſe contrarietatē. Soluitur. in ſubſtantijs eſt cōtrarietas quantum ad qualitates ſuas. ideo Philoſophus in.2. de generatione & corruptione. tex.cō.49. dicit q̄ ignis contrariatur aqua, vt contingit ſubſtantiam ſubſtantiæ contrariam eſſe. & hoc non propter aliud dixit, niſi q̄a videbat formas ſubſtātiales ſm ſe nō habere cōtrarium, ſed ratione ſuarū qualitatum, ſicut ipſemet ſeipſum declarando in eodem.2. in tex.cō.24. dicit. elementa omnia habent contrarietatem adinuicem, quia differentię contrariæ inſunt his. Sic igitur contrarietas in loco eſt cauſa contrarietatis in ſubſtantijs, non quātum ad eſſe ſubſtantiale, ſed quantum ad eſſe qualitatiuum.

Decimo me ta.cō.22.

Solutio.

Quinta contradi. eſt in cō.22. Habet Cōmen. ſcientiam eſſe in qualitate & ſcitū in ſubſtantia. Sed.7.phy. 20. dicitur q̄ ſcientia eſt in relatione. Soluitur. nō inconuenit idem in diuerſis prædicamentis eſſe ſm diuerſas rationes. ſic ſcientia noſtra, quæ cauſatur à rebus, qualitas eſt, ſed eſt relatio ſm dici, quia ad ſcibile refertur: licet ſcibile ad ſcientiam aut non referatur, aut relatione rationis refertur. Aſſimilatur etiam ſcientia relationi inquantum in indiuiſibili conſiſtit, & inquantum in ea non eſt per ſe motus.

Decimo mę ta.cō.23.

Solutio.

Sexta cōtradi. eſt in cō.23. Ait Cōmen. q̄ partes in compoſito ſunt in potentia. Sed oppoſitū dixit ipſe.5. phy.6.19.&.59. & nos paulo ante oppoſitum determinauimus in cō.7. Soluitur ſic. ibi per potentiam nō intellexit potentiam puram abſcientem omnem actum, ſed potentiam actui permixtam. vnde partes, vt ſunt in toto, non habent tantam actualitatem, quantam habent ipſę, cùm ſunt totum. & ideo vt in toto inexiſtūt, dicuntur eſſe in potētia, ideſt in quodam modo potentię: qui modus permixtus eſt actui.

Decimo mę ta.tex.24.

Solutio.

Septima contradi. eſt in tex.24. Dicit Philoſophus q̄ materia negatione oſtenditur. Sed huius oppoſitum habetur in p° phy. tex.cō.69. vbi habetur q̄ cognoſcitur per analogiam ad formā. Soluitur. duplex eſt materiæ notio. Vna eſt, quam dat nobis prima ſciētia Naturalis, & iſtam venamur per tranſmutationem, ſicut proceſſit Philoſophus in p° phy. & illo modo materiā cognoſcitur per comparationem ad formam. Alia eſt poſterior ſm ordinem doctrinæ. & iſtam tradit nobis ſcientia Diuina, & in tali conſyderatione materia abſtrahitur ab omni forma, & cognoſcitur per negationem oium formarum. intellectus enim, vt ſcribit Commen.12.met.cō.39. natus eſt diuidere aduinata in eſſe, ſicut diuidit materiam à forma. & materia ſm talē conſyderationem non habet eſſe extra animam: quia tunc quod non eſt in actu, eſſet in actu, vt deducit Cōmē.2. phy.c.12. ſed ſolum habet eſſe in anima: quia ſic eſt rationis obiectum ſolum. & ſic cōſyderata materia, pertinet ad Diuinum talis conſyderatio, vt pulchre notat Cōmen.12.meta.cōmen.14.

Decimo me ta.cō.24.

Octaua contradi. eſt in cō.24. D.Cōmen. q̄ genus ſignificat materiā. Huius oppoſitum patet p° met.1°. Soluitur. aliud eſt, genus eſſe materiā, aliud ipſum materiā ſignificare, & à materia ſumi. primum eſt falſum, vt ipſe probat p° meta.17.&.12.met.cō.14. ſecundum autem verum eſt. vide.2.cœli.cō.49.&.7.meta.43. Et hoc eſt rationabile. nam, ſicut dicit Cōmen. p° de anima cō.5. partes definitionis ſumuntur à principijs, quę ſunt in re. Et ideo à principio potentiali ſumitur genus, & ab actuali differentia. Ideo dixit Porphyrius in cap. de differentia q̄ genus eſt proportionale materiæ, & differentia formæ.

Solutio.

Vndecimo meta.tex.9.

Contradi. eſt in.11.meta.ſuper tex.9. Ariſt. dicit, q̄ infinitum nō eodem modo eſt in magnitudine, motu, & tempore, vt vna quædā natura, ſed quòd poſterius eſt dicitur ſm prius, vt motus propter magnitudinem in qua mouetur, & tempus propter motum. & eādem ſententiam videtur aſſerere in.6.phy. in tex.cō. 70. & in.4.phy. in tex.cō.99. ex quo videtur motū eſſe continuum & infinitum principaliter ex parte magnitudinis, in qua fit motus, & non ex parte mobilis. quod ēt Philoſophus in.5.meta.tex.cō.18. expreſſe teſtatur. Sed huius oppoſitum determinat Ariſt. in.2. de generatione & corruptione in te.cō.62. Soluitur. motus, vt inquit Cōmen. habet duplices partes, quædā ſunt ſimul: & talem partium diuiſionem ſortitur motus à mobili in quo eſt, vt in ſubiecto: motus enim eſt in mobili & non in motore: & habet alias partes in ſucceſſione exiſtentes, ſm quas menſuratur à tempore. dico igitur q̄ tales partes & diuiſionem in infinitum motus ſortitur ex diuiſiōe magnitudinis, ſuper qua mobile mouetur: ſed alias, quas ſimul habet, ſortitur à mobili. ſic loca pugnantia concordabis.

Solutio.

SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM IN DICTIS AVERROIS, ET ARISTOTELIS,
ſuper Duodecimo Metaphyſicorum.

Duodecimo meta. cō.6.

AVerroes in ſuo.11. ſuper.12. meta. Ariſtotel. cō.6. inquit q̄ Naturalis conſyderat cauſas mouentes, & materiales ipſius ſenſibilis ſubſtantiæ, formales autem & finales conſyderare non poteſt. Huius oppoſitū legimus.2. phyſico.70. vbi habet q̄ Naturalis omnes cauſas conſyderat. Soluitur. memini me dixiſſe in p° phy. cō. p°, & in prologo Auer. differentiam eſſe dicere Naturalem omnes cauſas cōſyderare, & dicere ipſum cōſyderare omnes primas cauſas. primum eſt verum: ſecundum verò falſum.

Solutio.

falsum, duas primas causas consyderat Naturalis, & duas alias primus Philosophus. primũ motorẽ, & primam materiam Naturalis consyderat: sed Diuinus primam formam et primũ finem. vide loco allegato super p° physic. quia late disputaui. vide cõ.3. tertij meta. & cõ.5.&.9. septimi meta. & in prologo suo super primo phy. & in.4. metaphy. cõmen. primo.

Duodecimo meta. cõ. 9.

Secunda contradi. est in cõ.9. Dicit Cõmen. q Democritus fuit propinquior in aspicièdo materiam. Sed oppositum legimus p° physi. cõ.79. vbi istud Platoni attribuit, nõ Democrito. Soluitur. procedit dictũ eius de illis, quos enumerat Philosophus hic: & vniuersaliter de his, qui fuerunt ante Aristo. sed Plato, qui fuit in eodem tempore cum Arist. fuit propinquissimus in inspicièda natura materiæ. & sic intelligitur dictũ Auer. in primo physi. cõmen. 79.

Soluitur.

Duodecimo meta. cõ. 12.

Tertia contradi. est in.12. cõ. Inquit Cõmen. q nec forma, nec materia generatur. Sed oppositum patet de materia p° phy. cõ.60. vbi habet q materia vere generatur. Soluitur. materia & forma nõ generãtur, vt terminus per se totalis generationis. nã ex proœmio metaphy. actus & generationes oẽs circa singularia sunt, et ideo dixit Cõmen. ad istum sensum hic q, si materia & forma generarẽtur isto modo, tũc materiæ esset materia, & sic in infinitum. & ita etiam de forma procedit q illius esset forma, & sic in infinitum. materia tamen vere generatur subiectiue, sicut ipse dicit in commento. 60. primi physicorum.

Soluitur.

Duodecimo meta. cõ. 14.

Quarta contradi. est in cõ.14. Forma non cõprehenditur sensu, dicit Cõmẽ. Sed oppositum huius patet. 2. de anima. 63. vbi dicitur q cogitatiua hominis cõprehendit intentiones individuales decem prædicamentorum. Soluitur. forma non comprehẽditur à sensu in eo q sensus. sic intelligitur dictum eius hic. tamen forma comprehendi potest à sensibus hominis in eo q sensus hominis sunt. sic intelligitur dictũ eius. 2. de anima. 63. sicut ipsemet seipsum glosat ibidẽ in cõ. 65. illius secundi. Et hoc etiam ipse asseuerat in cõ. suo super libro de sensu & sensi. ad finem. vbi dicit q homo comprehendit differentias rerum, & intentiones earum proprias, quę sunt in re sensata, quasi medullam de fructuum animali autem bruto comprehendunt ea, quæ sunt extra, quæ sunt quasi cortices fructuum. Alia etiã solutio dari posset, quam etiam in simili tetigimus in alijs locis: sed breuitatis gratia ad præsens dimittatur.

Soluitur.

Duodecimo meta cõ.16.

Quinta contradi. est in cõ. 16. Cõmen. dicere videtur materiam præcedere formam. Huius tamen oppositum vide. 9. meta. tex. cõ. 15. vbi dicitur actum præcedere potentiam. Respondetur, q materia præcedit formam, quæ prioritas est prioritas naturæ, teste Auerr. cõ. 7. super. 2. de generatione & corruptione. Quod autem dicitur per Philosophum, actum natura præcedere potẽtiam, soluitur. nam illud dictum habet veritatem de actu agentis, non autem de actu compositi producti ab agẽte. licet etiam, si vere loqui velimus, non sit simpliciter respondendum ad quæstionem quærentem an materia præcedat formã, sicut colligi potest ex sententia ipsius. 7. met. cõ. 35. vnde materia via generationis præcedit formam, quia forma educitur de potẽtia materiæ: sed forma præcedit materiam via perfectionis.

Soluitur.

Duodecimo meta. cõ.18.

Sexta contradi. est in cõ. 18. Habet Cõmẽ. calorem igneum nihil generare. Huius oppositum memini me legisse ab ipso in cõ. 15. super p° canticæ canticoꝝ Auic. Dixit altas in hac materia calorem cœlestẽ, & calorem elementalẽ non differre abnuicẽ nisi sicut calor ignis, et calor febrilis. manifestum est autem calorem artis et elementalem vnum & eundẽ subiecto esse, sed non differunt, nisi ratione tantum. nam forma caloris, vt regulatur ab arte, est res artis: sed vt est regulata à forma ignis, est res naturæ. sic vt mihi videtur idem subiecto est calor elementalis, & calor cœlestis: qa sensus tactus rectus est iudex de qualitatibus tangibilibus ex. 2. de anima, nullam autem differẽtiam percipit tactus inter vtrũq; calorem. sed iste calor, vt est regulatus à corporibus cœlestibus & cõmensuratus, sic cœlestis dicitur, & dicitur esse generationis instrumentum effectiuum. si autẽ calor iste regulatus fuerit à forma propria ignis, sic dicitur calor igneus. & quia vt sic disproportionatus est vitæ, & generationi, sic non dicitur calor viuificans, sed resoluens, igneus, & elementalis. & tamẽ fm rem sunt vnum & idem. Et sic etiam teneo calorem naturalem in animalibus & plantis eundem esse realiter cum calore igneo, et elementali: quicquid dicat Gentilis speculator in hac materia sup prima quarti ad principium: qui voluit multiplicare entia sine necessitate, imaginando calorem naturalem, & calorem præter naturã esse duos calores realiter et essentialiter distinctos. Sed nobis tutius videtur esse dictu q vnus & idem calor est naturalis, & præter naturam. nam vt regulatur ab anima, naturalis dicitur: vt vero regulatur à forma ignis, sic apparet elementalis & igneus. Et hoc voluit Gale. medicorum princeps, dum dixit febrem esse calorem naturalem conuersum in igneum. & hoc, vt mihi videtur, sicut Cõmen. 2. de anima. cõ. 41. Sic igitur sustinetur contradictio in dictis eius: quia vtrũq; verum est, & q calor ignis generat, & q calor ignis non generat mixta. nam est eorũ generatiuus, vt regulatur à superioribus lationibus, iuxta illud Philosophi meteor. p° ad principium, oportet mundum istum inferiorem superioribus lationibus esse continuum, vt omnis eius virtus inde gubernetur. sed iste idem calor, vt regulatus à sua forma, sic mixta corrumpit. & hoc non inconuenit q ab vna forma, pueniant oppositi effectus, put respectu vnius effectus concurrit vt agens principale, & prout respectu alterius ipsa efficitur instrumentum, sicut dixit subtilissimus Scotus meus i theorematibus: actio cuiuscunq;, quando ipsum fit instrumentum, specie differt ab actione eiusdẽ vt principalis agẽtis. Sed contra istam solutionẽ similiter. Tu dixisti q calor cœlestis & calor ignis sunt idẽ essentialiter. Sed huius oppositum apparet expresse in. 2. cap. de substantia orbis ab ipso Auer. vbi tenet q specie distinguuntur. Et confirmatur, illæ formæ specifice distinguuntur, quæ habent operationes specie differẽtes. operatio enim fecit cognoscere formam, & trãsmutatio materiam: sed operationes istorum duorum calorum sunt specie differentes, sicut patet ex. 4. meteo. & ex. 2. de generatione animalium cap. 3. nam calor cœlestis generat, conseruat, viuificat, digerit: calor igneus corrũpit, mortificat, seu comburit, putrefacit, destruit: ergo videtur q sint specie differentes. Ad hoc ego memini me alias dubitasse satis propter authoritatem illam Auer. & tamen sicut mihi videtur potest dici q distinctio specifica, quandoque est accidentaliter, & ab accidentali differentia, quandoq; vero essentialiter. Dico ergo calorem cœlestem & elementalem differre specie accidentali ab inuicem ratione diuersorum regulantium, tamen essentialiter sunt vnus & idem calor: quia non est multiplicanda rerum entitas sine necessitate. Ad rationem autem patet solutio, q non oportet semper oppositos effectus arguere oppositas formas: imo quandoq; effectus oppositi proueniunt ab vna & eadẽ forma opposito modo se habente. Idem enim inquantum idem semper est aptum facere idem, sicut patet. 2. de generatione tex. cõ. 56. sed idem inquantum diuersum potest diuersa facere: sicut ibi dicitur de Sole, q per accessum generat, per recessum corrumpit. similiter. 2. physi. 30. nauta sui absentia est causa submersionis nauis, cuius præsentia erat

Instantia.

Solutio.

erat causa salutis: sic forma, cùm ipsa sit instrumentum, sua actio specie diuersatur à seipsa, vt erat principale.

Duodecimo meta. cõ. 23.

Septima contradi. est in cõ. 23. Auer. exponẽs propositionem Philosophi, quã etiam p° physi. ad principium adduxit, sibiipsi contradicit in exponendo quid nomine causæ importetur. propositio autẽ est ista. omnia habentia principia, aut causas, aut elementa, nõ cognoscuntur nisi ex horum cõgnitione. ibi autem exposuit causas, i. finales. principia aũt dixit accipi pro agente & mouente, sed per elementa intellexit causas materiales, & finales: hic vero dicit q per causas Philosophus intendebat illud, quod est cõmune illis quatuor, per principia autem causas mouentes, per elementa autem causas, quæ sunt in re. & vult q propositio ista in Physicis adducta isto modo intelligi debet. Ecce igitur manifestissimam contradictionem. Soluitur. forte litera est corrupta, aut forte peccauit per obliuionẽ, aut forte hic exponit illam propositionem ex sentẽtia propria: sed p° phy. dedit illam expositionem ex sniã Alexandri, sicut ipsemet fatetur in illo loco, & ista solutio est verior apud me. aut forte fecit hoc, vt ostenderet illa tria, principiũ, causam, & elementũ, synonyma non esse. non curauit autem ad hoc declarãdum vt eodem modo illa verba fuerint exposita ibi & hic; iuxta illud Doctrinalis. Ad placitũ poni propriorꝝ multa notaui.

Duodecimo meta. cõ. 29.

Solutio.

Octaua contradi. est in cõ. 29. Inquit Cõmẽta. substantia æterna q sit potest declarari propositionibus cõmunibus vtrius q scientiæ, s. Diuinæ & Naturali. Sed huius oppositum dixit ipse p° physi. cõ. vltimo, & hic cõ. 5. vbi dixit solũ propositionibus naturalibus istud declarari posse. Longa est discordia, varij modi dicẽdi in hac materia reperiũtur: an solum Naturalis substantias abstractas declaret: an cum hoc etiã Diuinus. Dic resolute in hac materia duas cõclusiones, ab alijs forte nõdum intellectas. Naturalis purus esse abstractorum à posteriori demonstrat via motus. ratio est: quia nullum aliud est medium, per quod demonstrari queant nisi motus. Istud, vt mihi videtur, est potissimum Auerr. fundamentum super hoc, sicut mihi videtur p° physi. cõ. vltimo, &. 12. met. cõ. 5. Secunda conclusio. Metaphysicus purus, habito pro constanti substãtias abstractas esse à Naturali, potest esse illarum nõ demonstrare, sed declarare aliqua superficiali via q sint entia prima, & q sint forma prima & finis omnium, procedendo à substantijs, non vt sunt substantiæ sensibiles, sed vt sunt substantiæ tantum. hoc dixit cõ. 9. septimi meta. Cõmen. quando dicit q consyderatio de forma, vt est substantia, perducit ad cognitionem primæ formæ & primi finis. & ista secũda cõclusio est de mẽte Commen. 12. huius cõ. 5. sicut potes videre. Adde tertiã conclusionem. Metaphysicus, induẽs habitum Naturalis Philosophi, aliquid addẽs etiam de suo ad bene esse potest demonstrare substãtias abstractas esse. sed vis medij demõstrationis est à Naturali, non ab illo addito tali demonstrationi à seipso. Istam conclusionem probo authoritate eius. 2. met. cõ. 6. vbi Philosophus probat via motus q in causis mouentibus nõ est processus in infinitum, sed est deuenire ad vnum primũ motorem non motũ. & Cõmen. in fine illius cõ. ponit quoddam documentum, in quo docet, quare Arist. multas rationes, quas fecit in Naturali Philosophia adducat in Metaphysica, & inquit, & Aristote. quãuis vtatur hic demonstrationibus naturalibus, tamen inducit eas vniuersalius: quoniam quanto fuerit demõstratio vniuersalior, tanto erit magis propria huic scientiæ. & Arist. se obseruat in hac intentione, s. in inducendo demõstrationes vniuersales alio modo, q̃ in scientia Naturali. et hæc est causa in iteratione illarum demõstrationum in hac scientia. Similiter Cõmẽ. in. 2. cœli cõ. 61. declarat in exemplo manifesto, quomodo aliqua demonstratio potest fundari super propositiones vtriusq; scięti. Dixit enim q Philosophus in illo tex. induxit demonstrationes quia, ad probandum cœlum animatum esse: sed demonstratio simpliciter in hac scientia fundata est super propositiones physicas, & super propositiones acceptas ex scientia Diuinali. Declaratum est. n. in scientia Naturali in lib. physi. q motor corporũ cœlestium non est in materia; & declaratum est in lib. de anima q illud, quod est huiusmodi, est intellectus: et declaratum est in. 12. met. q forma intellectualis non mouetur nisi fm desyderiũ, quod fit à suo intellectu: quapropter necesse est vt habeat suũ imaginatum, & est corpus cœleste habens desyderium. Ecce igitur quomodo substantia æterna corpis cœlestis declaratur esse aliata per propositiones cõmunes vtriq; scientię, s. Naturali & Diuinæ, sic intelligitur dictum Cõmẽ. hic in isto cõ. 29. Sed hic est locus dubitationis. nam per Philosophum posteriorum p°, media & extrema oportet in eadem proximitate esse: ergo videtur q non possit fieri demõstratio ex propositionibus cõmunibus scięti æ Naturali & Diuinæ: cuius oppositum Cõmen. dicit. Et confirmatur, quia fm ipsum. 2. cœli. cõ. 59. demonstrationes doctrinales, i. mathematicę non sunt innatæ poni in scientia Naturali. ergo à pari nec naturales in scientia Diuina: quia non magis videtur ratio de vna q̃ de alia. Solũtur, vt mihi videtur, demonstrationes istæ, & si Naturales sint, quia vis medij est à Naturali scientia, quia omne medium efficax demonstrationis ad esse abstractorum & æternorum demonstrandum innititur motui, tamen tales demõstrationes, vt fiunt in Metaphysica, possunt etiam inniti veritati alicuius principij diuinalis, quod in virtute intrat tales demonstrationes. & sic possunt induci cõsimiles demõstrationes in scientia Diuina & Naturali: sed in Diuina abstractiori modo q̃ in Naturali. Sicut demonstratio illa. 2. meta. instituitur huic propositioni diuinę, quę dicit q mediorum, extra quę est aliquid vltimum et primum, oportet esse illud, quod est primum causam illorum, quæ sunt post. patet autem q ista propositio diuina est, quia innititur rationi primi & vltimi, et rationi causæ, & rationi ordinis. & ista non ingreditur demonstrationem illã in sua ipsa maxima cõmunitate sumpta, nisi in virtute tantũ. Naturalis autem accipit medium istud ad motũ coarctatum tantum, non in sua maxima cõmunitate. sic intelligis modo illud, quod forte adhuc ab alijs nondum est intellectũ, quomodo Diuinus potest aliquid admiculari in declaratione æternæ substãtiæ. sed hoc non tollit quin medium demonstrationis efficaciam habẽs sit naturale. Et iste modus est valde subtilis, sicut vides, & consonus doctrinæ Auer. in locis adductis. Aliter etiam potest dici q substantia æterna potest declarari q sit per propositiones cõmunes vtriq; scientiæ: non quia in vna & eadem demonstratione accipiãtur duæ præmissæ, quarum vna sit à Naturali scientia accepta, & alia à Diuina: sed postq̃ Diuinus accepit à Naturali pro constanti substantias abstractas esse, declarat ipse postea, qualiter prima substãtia est finis, & forma omnium entium: & sic etiã substantiæ æternæ principia declarant à Diuino esse principia substãtiæ æternæ inquantum substantia est in ratione finis, formæ, et efficientis. & istum sensum videtur sentire Auerro. in cõ. 5. 12. meta. si recte inspicias. et gratia alterius istorꝝ modorum: quia sicut mihi videtur vterq; verus est.

Duodecimo meta. cõ. 29.

Solutio.

Nona contradi. est in eodẽ cõ. 29. Scribit Cõ. q sine tempore impossibile est imaginari motum. Huius tamen oppositum patet. 4. phys. cõ. 97. Soluitur, dictum eius hic intelligitur de secunda operatione intellectus, quæ ab Auer. 3. de anima appellatur fides, vel credulitas. Sed

tas. Sed dictum eius. 4. physi. cō. 97. procedit de prima operatione intellectus, quæ ab ipso appellatur formatio. nam, cum tempus non sit de quiditate motus, intellectus potest intelligere motum non intellecto tempore, licet sine tempore verus motus esse non possit.

Duodecimo meta. cō. 30.

Decima contradi. est in cō. 30. Cōmē. dicit ꝙ omne æternum est actus pura: & omne, quod est actus pura, non habet potētiam: ex hoc igitur videtur velle Commen. nullum æternum habere potētiam. Huius tamen oppositum habeē ab ipso. 3. de anima. cō. 5. in solutione 3. qōnis, & in cō. 14. vbi habet in omni intelligentia citra primam esse potentiam. Soluitur, potentia duplex, logica, & physica. Potentia physica consequitur materiam: siue sit materia in potētia ad vbi, siue sit materia, quæ sit in potētia ad intelligibilia, de tali potentia in substātijs æternis non est potentia ad esse, siue illæ sint corpora æterna, siue sint motores æterni, vt patet. 8. phy. & in libro de substān. orbis, & pº cœli infinitos. potentia ad vbi bene est in corporibus æternis: quia talis consequitur materiam in actu, quę est ipse orbis. Materia autem intelligibilis est intellectus possibilis, et ista materia reperitur in anima intellectiua vere, cū ipsa sit fm Cōmen. composita ex intellectu agente & possibili, tanquam ex duabus partibus essentialibus, per quarum alteram creat intelligibilia, & per alteram recipit ea. sed in alijs intelligentijs non est intellectus possibilis vere, cùm in eis non fiat intellectio recipiēdo, sicut fit in nobis. Vnde nulla potentia physica in alijs intelligentijs, excepta anima intellectiua, vere reperitur. non potētia ad esse, quia illa insequitur materiam primam: non potentia ad vbi, quia illa insequitur materiam in actu, quæ est corpus simplex nō compositum ex materia & forma: intelligentiæ autem oēs, nec sunt corpus, nec sunt virtutes in corporibus: non est etiam in eis potentia ad ir el hębilia, qa in eis non differūt intelligens, intellectum, & intellectio, sicut est in anima nostra in ordine ad nos consyderata, vt ipse tenet: nulla igitur est fm Auer. vera potentia in æternis substantijs. Alia autem potentia logica est, quæ nihil reale dicit, sed dicit ens rōnis, nam potētia logica apud me nil aliud est ꝙ ens rationis causatum ab intellectu ex non repugnantia terminorum, inquantum non repugnant. Pro quo debes scire ꝙ solum vnum est ens simpliciter perfectum, in quo est tota perfectio possibilis reperiri in habitu entis: & istud est solus Deus, sicut scribit Cōmen. 5. meta. cō. 21. & tale vertus dicitur essentia q̄ ens, cū sit ens per essentiam. Alia vero sunt entia per participationem, sicut scribit Cōmen. 2. meta. cō. 4. &. 12. meta. cō. 51. omnia autem entia citra primum deficiūt aliquo gradu perfectionis possibilis reperiri in habitu entis: quia omnia emanant à primo, eo modo, quo apta sunt emanare. nullum autem ens aptum natum est emanare à primo in æquali gradu perfectionis primi, cùm impossibile sit dari duo prima æque perfecta in genere entium, quorum vnum sit ab alio, imo nullo modo, sicut ostendit Philosophus 12. meta. ad finem, & etiam pulchre deducit Scotus pº senten. distin. 2. quæstio. 3. Et ideo, quia secunda intelligentia emanat à prima in altetate naturæ, & cum essentiali dependentia à prima, licet fm Philosophos ista intelligentia sit ab æterno, habens omnem perfectionem possibilem sibi, inquantum talis intelligentia est in talium rerum ordine constituta: quia ibi non differt posse ab esse, sicut patet. 3. phy. te. cō. 32. possibilitas enim in eis est necessitas, sicut patet. 2. cœli. cō. 34. Vnde Cōmen. ibi dicit, possibile in rebus æternis est necessariū, cùm nihil sit possibile in eis vere. notanter dixit vere: quia nulla vera potentia in eis est, vt deduxi, tamen ista intelligētia, inquātum, ens reperitur priuata aliqua perfectione: quia sibi inquantum ens non repugnat habere maiorem perfectionem, ꝙ sit illa, quam actu habet, quia, si sic sibi repugnaret, cuilibet enti hoc repugnaret: quod falsum est. sicut, si talpæ repugnaret visio inquātum animal, cuilibet animali visio repugnaret. Ista autem potentia non est vera potentia, quia nihil reale dicit, sed solum est ens rationis, fictum ab intellectu ex non repugnātia talium terminorum, sicut diximus. & de ista potentia loquebatur Cōmen. 3. de anima. cō. 5. in loco allegato, quando dixit in omni intelligentia citra primam reperiri potentiam. Et ego addo, ꝙ etiā in omni ente absolute citra primum est potentia. & ideo opinio illa Subtilis doctoris in. 8. distinct. primi quæst. prima, vbi tenet quamlibet creaturā compositam esse ex actu & potentia, tāquam ex priuatiuo & positiuo, est opinio verissima, & de intētione Auer. sine dubio. sic igitur de potentia præfata distinctio controuersiæ nodum soluit.

Solutio.

Vndecima contradi. est in tex. 36. Aris. & Cōmen. in intelligentijs ponunt intellectum, & voluntatē, vnde primo mouetur ad amatum in ratione finis et boni, quod est obiectum voluntatis. Sed huius oppositū legimus in pª disputa. in lib. destructio destructionum in solutio. 11. dubij. vbi dicit ꝙ Philosophi cōcedūt hoc, ꝙ, si antiquum haberet volūtatem, bene nouū ab antiquo prouentret. vbi videtur negare volūtatem in entibus antiquis & æternis. Nisi esset ꝙ voluntas dupliciter sumitur. vno modo vt est idem quod intellectus, sola tamen ratione distincta. nam eadem virtus abstracta, vt cognoscēs, dicitur intellectus: vt desyderans & amans, dicitur voluntas. & ista est mens Auer. & Aristo. vt ego puto in. 3. de anima, vbi non fecit tractatum spectalem de volūtate distinctum ab illo de intellectu. et hoc elicitur ex mente Auer. 3. de anima. cō. 49. Alio modo sumtē pro desyderio duorum oppositorū æqualiter. vnde sic sumpsit Cōmen. voluntatē in prima disputatione in lib. destructio destructionum in disputatione prima in solutione. 2. dubij. & voluntas isto modo est passio & mutatio, vt testatur Cōmen. in disputatione. 3. in solutione primi dubij, vbi phat in Deo non esse voluntatem qualis est in nobis, quia volūtas in generabilibus desyderat id, quod vult, & Deus non desyderat id, quod vult, & talis volūtas est passio & mutatio. Istud cōfirmat ex disputa. 11. in solutione vltimi dubij, vbi dicit non est verum quòd à Deo auferatur voluntas, sed noua voluntas. & isto modo voluntas non est in intelligentijs, sed primo modo.

Duodecimo meta. tc. 36.

Solutio.

Duodecima contradi. est in cō. 36. Inquit Cōmēta. ꝙ formæ materiales actu sunt in materia, sed potentia sunt in primo motore. Huius tamen oppositum inuenimus in cō. 18. ad finem in eodem libro. Soluti. quando forma materialis est actu in materia, talis potentia est in Deo, quia eminenter in Deo continetur, nō actu formali. Sed quando potentia est in materia, tunc actu virtuali est in Deo. et ista non contradicūt, sicut vides.

Duodecimo meta. cō. 36.

Solutio.

Decimatertia cōtradi. est in cō. 37. Auer. ingt Deū solicitari circa individua sub rōne spēi, nō sub rōne individui. Huius oppositū habeē ab Arist. & ab ipso. 10. ethi. ca. 10. vbi dicit circa singularia, vt singularia sunt, Deū solicitū esse. ingt. n. ibi ꝙ visitat Deus sapientem, sicut facit amicus amicum. Solutur ibidem. quia dicitur in tex. nam, si Dij curam aliquam habent humanarum rerum, vt existimatur & creditur, rationabile est eos gaudere optimo & cognatissimo. patet ꝙ ibi loquitur probabiliter. nam sermones fiunt fm materiā subiectam: &, quia ibi erat in moralibus, congruū fuit vulgo persuadere hoc, sed in scientia Diuina te. cō. 51. determinat Philosophus fm proprīā intentionem Deum circa singularia, vt singularia materialia sunt, non habere

Duodecimo meta. cō. 37.

Solutio.

bere solicitudinem. sic diceret, vt mihi videtur Auerroes in ista contradictione. Sed ista opinio falsa est, & heretica, & contra fidem hostram, quæ falli nō potest, cùm ordine infallibili regatur. nec rationes Philosophorum cogunt contra nos, immo ipsemet Commentator ab ipsa quasi veritate coactus dicit se quandoq; à Deo illustratum fuisse in solutione alicuius difficultatis, & multa consimilia. Sed hic est locus dubitationis, quid est hoc dictu Deum intelligere entia secundū speciem, & solicitari de entibus secundum speciem. si enim intelligatur Deum cognitionem habere de Socrate & Platone, vt conueniunt in natura humana, multiplex videtur sequi inconueniens. tū quia talis cognitio esset vniuersalis. quia cognoscere Socratem, vt est homo, est habere cognitionem vniuersalem, & per consequens potentialem, cùm scire in vniuersali sit scire in potentia, duodecimo metaphysicæ commento decimoquarto. consequēs autem falsum est. nam secundū ipsum duodecimo metaphysicæ commento quinquagesimoprimo scientia Dei nō est vniuersalis neque particularis. Amplius, accideret positio idearum in mente diuina. quia non est maior ratio, quòd species humana cognoscatur ab intellectu diuino, quàm aliæ species. & ita rediret opinio Platonis, quæ secundum excellētes Platonicos fuit quòd ideæ essent in mente diuina. istud autem videtur repugnare dictis Peripateticorum dicentium Deum tantum vnum intelligere. Ista sunt, quæ diu agitauit in via eorum, & tandem deuenit ad hoc, ꝙ secundum ipsius Auerrois sententiam duodecimo metaphysicæ cōmento quinquagesimoprimo, Deus sublimis tantum vnum intelligit: & illud intellectum est sua essentia, quæ eminenter est omnia: cùm, sicut supra dictum fuit, nulla sit ibi potentia, neque imperfectio, aut defectus, sequitur autem ex hoc omnia alia entia suppositа esse respectu essentiæ diuinæ per participationem dicta: sicut patet secundo metaphysicæ commento quarto. Deus igitur intelligens ens per essentiam intelligit omnia secundum speciem: quia omnia entia sunt quasi suppositа per participationem dicta in ordine ad essentiam diuinam: non quòd diuina essentia formaliter ingrediatur constitutionem aliorum entium, sed ista participatio est talis, quòd essentia aliorum entium est quædam participatio dependentiæ respectu diuini esse, pro quanto quælibet talis fuit extranea natura à natura diuina, dependens tamen ab ipsa: & secundum quòd tales creaturæ magis & minus distanter dependent, secundum hoc dicuntur magis & minus perfecte. Et sic intelligitur dictum Philosophi secundo de anima trigesimoquarto, vbi habet quòd omnia appetūt participare diuinum esse eo modo, quo possunt. & primo cœli textu. commenti centesimi habet. His quidem communicatum est esse, alijs quidem clarius, alijs vero obscurius. Nulla igitur secundum ipsummet Aristotelē & Auerroem est alia idea, nullum exemplar, nulla alia forma, nisi diuina essentia, quæ taliter ab omnibus participatur. Et ideo dicit Commentator commento quinquagesimoprimo huius, quòd si quis cognoscat caliditatem ignis, talis non dicitur ignorare naturam caliditatis existentis in alijs entibus: & sic Dei intellectio est per speciem, pro quanto cognoscendo se cognoscit illud quod est omnia. quia cognoscit ens per essentiam: ens autem per essentiam species est participata ab entibus per participationem dictis. Istud autem verificari potest per dictum Auer. quarto physicæ auscultationis commento. 102. vbi habet. si illud, quod est calidum simpliciter, est ignis simpliciter, illud, quod est aliquod calidum, est aliquis ignis. vbi patet manifeste secūdum ipsum, ens, participatiue dictum, esse quasi suppositum entis per essentiam. Et iuxta hoc eō similiter possumus arguere. si ens simpliciter perfectum est Deus simpliciter, & est essentia simpliciter: ergo ens aliqualiter perfectum est aliquis Deus vel aliquid deitatis habens. & est aliquod ens, vel aliquid entitatis habens. sic igitur Deum omnia cognoscere secundum speciem intellexit Commentator: sicque Deum solicitum esse ad extra, intelligendum Deum pro quāto ad gradum entitatis in quolibet currit tanquam ad effectum primum & vniuersalissimum: qui vniuersalissimæ & primæ causæ attribuit deber, iuxta illud Philosophi in secundo physicorum tex. commenti trigesimi octaui. Effectuum vniuersalium causæ sunt vniuersales. Et ideo recte dixit Author de causis propositione quarta, dum dixit primam rerum creatarum esse ipsum esse, et nihil ante ipsum causatum esse. Sic etiam verificātur dicta Philosophorum dicentium res mundi huius esse in intentione naturæ sub ratione speciei, non sub ratione individui, nisi per accidens, pro quanto Deus & intelligentiæ concurrūt per se ad gradus naturæ communis. Ad gradum autē materialem concurrit agēs materiale, & sic solicitudinem habent circa ista, quò ad ea, quæ sunt naturæ. sed quò ad ea, quæ sunt individui, materiæ relinquūtur. ponentibus enim nobis duo extrema latitudinis entium, prima materia scilicet & primo motore duodecimo metaphysicæ commento decimooctauo, congruum est materiales formas, quæ sunt in potentia in prima materia, & sunt in actu in primo motore in aliquibus dispositionibus talia attribuit materiæ, & in aliquibus attribuit primo motori, & alijs abstractis substantijs: quæ cū primo concurrit insimul, vt ex eis fiat vnus actus, ex secundo capitulo de substantia orbis, & duodecimo metaphysicæ commento quadragesimoquarto, & secundo cœli commento quadragesimo secundo. Ex istis iam patet intellectionem Dei actualissimam esse, cùm sit tantum per sui essentiam, quæ est ipsa actualitas. Patet etiam qualiter non est ibi vniuersale nec particulare, nec potentia aliqua, nec multitudo idearum, secundum viam Auerrois, & Aristotelis, vt ego puto. licet nos vera hæc esse minime fateamur, quia Catholici cōfitentur Deum omnia intelligere, iuxta illud Hieronymi. Ne minimum quidem solium cadens in terra cadit absque nutu Dei. Nec propter hoc sequitur intellectum diuinum vilescere: quia tūc intellectus aliquis vilescit ex perceptione rei vilis, quando talis est causatus à re vili, & quando distrahitur à perceptione rei nobilis propter rei vilis consyderationem. Ista autem Deo benedicto non attribuimus: tum quia ipse non est causatus, sed causa: tum quia percipiendo alia à perceptione sui ipsius non distrahitur, cùm alia non percipiat nisi in ipso. nam sua essentia est suum obiectum primo motiuum, & primo terminatiuum respectu suæ intellectionis: alia autem obiecta sunt, secundaria terminantia tantum, nullo modo mouentia Dei intellectum. Licet igitur Aristoteles ista non viderit, nec Philosophi, viderunt tamen ista Prophetæ, qui in superiori gradu sunt constituti quàm Philosophi secundum sapientes, & ideo stante discordia, in talibus potius Prophetis credendum quàm Philosophis, cùm ipsi intentiores Deo sint quàm fuerint Philosophi.

Ogomō intelligendū sit Deum intelligere entia fm speciem.

Duodecimo meta. cō. 38.

Decimaquarta contradictio est in. 38. commento. Ait Commentator quòd forma hominis inquantum homo, est intellectus. Sed huius oppositū patet tertio de anima commento quinto, vbi videtur velle quòd anima intellectiua non sit forma dans esse homini. Defensores Auerrois in quæstione de vnitate intellectus, non potentes euadere argumenta à sancto Doctore in tractatu de vnitate intellectus, & in quæstionibus disputatis

A fam intellectiuã n̄ esse formam dantem veram esse substãtiale hominis.

sputatis de anima, & in summa contra gentiles, deuenerunt ad hoc, vt dicerent animam intellectiuam esse veram formam dantem verum esse substantiale homini ad intentionem Auerrois. & sic volunt hominem intelligere formaliter per animam intellectiuã, tanquam per principium formale coniunctum homini secũdum esse. & sic vnitatẽ intellectus volunt sustinere de mente Aristotelis, & inconuenientia multa euadunt posito isto fundamento. Nos autem volumus, veritatis amore astricti, & Christiane religiõis vinculo coacti, ostendere opinionem istã minime fuisse de intentione Auerrois, vt destructo fundamento, super quo isti innituntur, destruatur positio vnitatis intellectus. Licet enim veritas ita sit animam intellectiuam esse formam substantialem hominis, dico tamen Auerroem istam veritatem non vidisse. Moueor autem ad hoc rationibus & authoritatibus eius. Præsuppono de intentione eius formam hominis, per quam homo est generabilis & corruptibilis, esse animam cogitatiuam, quæ secũdum ipsum educta erit de potentia materiæ: & est multiplicata generabilis & corruptibilis, sicut patet commento quinto, & vigesimo in tertio de anima. Præsuppono secundo animam istam cogitatiuam prius natura aduenire homini quàm animam intellectiuam: sicut patet secundo de generatione animalium capitulo tertio. & est etiam hoc de mente eius tertio de anima commento quinto, in solutione secundæ quæstionis. Tertio præsuppono de mente Auerrois animam intellectiuam esse quãdam intelligentiam vnam numero in omnibus hominibus, à materia in esse non dependentem, æternam à parte ante & à parte post. His stantibus, arguo Auerroem nullo pacto potuisse animam istam intellectiuam esse formam dantem esse intrinsece & formaliter ipsi homini, quia dato hoc, sequeretur quòd ex duobus entibus in actu fieret per se vnũ: quod est contra Philosophum, & contra ipsum in octauo metaphysicæ textu commenti decimiquinti, & septimo metaphysicæ commento & textu quadragesimonono, & secundo de anima textu commenti septimi. Consequentia probatur, quia, cũ anima intellectiua sit quoddam ens actu per tertium suppositum: & homo constitutus ex materia & anima cogitatiua, quæ est perfectissima forma inter formas eductas de potentia materiæ, sit etiam quodãm ens actu, cùm igitur anima intellectiua aduentiat materiæ posterius aut natura, aut natura & tempore respectu cogitatiuæ formæ, sequitur igitur ex duobus actu existentibus fieri vnum per se formaliter, & intrinsece quantum ad esse: quod est contra omnem Philosophiã. Nec potest cautilando dici quòd forma cogitatiua nõ dat esse simpliciter homini, quia, vt dictum est, ipsa est vere forma substantialis, non intensibilis nec remissibilis, vt sunt formæ elementorum secundum Auerroem, neque est forma aliqua generica qualitercunq; distincta à specifica, sed est forma specifica completa. ergo dabit esse simpliciter, & anima etiam intellectiua dat esse simpliciter. ergo etiam sequitur non solum ex duobus actu entibus fieri vnum ens simpliciter, immo sequitur quòd vnius rei erunt duo esse simpliciter: quod nõ capit intellectus. Sed dicebat quòd anima intellectiua est forma dans esse, non educta de potentia materiæ: sed anima cogitatiua est, forma dans esse, educta de potentia materiæ: quæ quia ordinabilis est ad animam intellectiuam, tanquam ad postremam formam, ideo vtraque vnitur potestí materiæ vna immediate, & alia mediante alia, & quòd ex eis fiat vnum simpliciter. sed, si istæ duę formæ essent eiusdem ordinis, bene hoc inconueniret. Contra. ens actu, inquantum actu, non est ordinabile ad aliud ens actu, inquantum ens actu: siue ille actus sit alterius rationis, siue eiusdem, ita quòd ex eis fiat per se vnũ. quia semper oportet, vt inquit Philosophus, in talibus vnũ esse potentiam, aliud vero actum. sed homo cõstitutus, vt dixi, per animam cogitatiuam habet esse actu simpliciter per animam cogitatiuam: aliter illa non esset forma dãs esse simpliciter: quod est falsum. nam si aliæ formæ mixtorum inanimatorum & animatorũ dant esse simpliciter, quanto magis cogitatiua hominis, quæ est suprema. ergo anima intellectiua non dat esse simpliciter secundum ipsum. aliter enim sequitur idem habere duo esse. Et confirmatur, quia aut talia esse simpliciter sunt duo, aut vnum. si duo, habeo intentum, quòd tũc idem esset bis homo simpliciter: quod est absurdum. si vnum. contra. quando vnum esse simpliciter attribuitur vni supposito ratione duarum formarum, quarum vna est ordinabilis ad aliam, illud esse principaliter attribuitur vltimæ formæ, quæ est actualissima. si ergo anima cogitatiua ordinatur ad intellectiuam tãquam ad postremam hominis formam, tunc esse simpliciter hominis inquantum homo principaliter esset ab anima intellectiua. & tunc sequeretur quòd homo non esset generabilis & corruptibilis inquantum homo, sed inquantum animal. ita arguit Commentator. 3. de anima commento quinto. Probatur sequela. quia homo intrinsece & formaliter est homo per se per animam intellectiuam: sed anima intellectiua non est generabilis neque corruptibilis: ergo homo non est generabilis inquantum homo: quod est absurdum. Amplius: tu esses per esse mei, & ego eilem per esse tui. nam si esse simpliciter hominis, & Platonis sit per animam intellectiuam, cùm illa sit vna numero in vtroque: ergo idem esse simpliciter numero erit in vtroque. aut igitur oportet te concedere animam intellectiuam non dare esse simpliciter, aut oportebit te incurrere in istã inconuenientia. Et confirmatur, quia, si anima intellectiua vniretur homini per informationẽ, sequeretur eã esse multiplicatam & diuisam: cuius oppositum tenet Cõmentator. Probatur sequela. quia omnis forma dãs esse materiæ aduenit materiæ mediantibus quantitatibus interminatis, primo capitulo de substantia orbis: sed omnis talis extenditur ad extensionem materiæ: ergo anima intellectiua erit extensa. Ita arguit Commentator primo capto de substantia orbis. si intelligentia vniretur orbi mediante dimensione interminata, esset diuisa. sed dicebat q̃ est ratio diuersitatis: quia intelligentia aduenit orbi non præexistente aliqua alia forma substantiali, & ideo, si mediante dimensione vniretur per informationem ipsi materiæ, cùm omne receptum recipiatur per modum recipientis, sequitur intelligentiam esse extensam. sed anima intellectiua vnitur homini mediante alia forma substantiali, quia mediante anima cogitatiua, quæ sufficienter terminat quantitatum interminatarum interminationem, ne progredi possit vsquæ ad animam intellectiuam. Sed contra. quandocunque est aliqua per se ratio adæquata alicuius effectus, facta quacunque variatione in accidentalibus causis respectu illius effectus, ille effectus remanet, remanente sua per se & adæquata causa. patet ista ex terminis, sicut in exemplo dicimus. si rationalitas in homine est per se & adæquata causa respectu risibilitatis hominis, esto quòd rationalitas coniungeretur vel albedini vel nigredini, adhuc manente rationalitate maneret risibilitas. sed tunc sic, ratio per se adæquata extensionis formarum in materia inductarũ est ipsa quantitas secundum Auerroem primo capitulo de substantia orbis, & non est præexistentia, vel non præexistentia formę precedentis in materia, aliter enim formę mixtorum & formæ accidentium aduenientium ipsis mixtis non essent diuisæ, cùm tales adueniãt materię post aduentum

aduentum aliarum formarum. Sed dicebat quòd hoc est verum de formis eductis de potentia materię: fallit autem de formis dantibus esse materiæ, non eductis tamen de potẽtia materię. Sed contra. tu negas ergo Cõmentatorem tuum, quem defendis. quia à parti sibi dicam in consequentia, quam facit in primo capitulo de substantia orbis de intelligentia, quòd esto q̃ illa vniretur orbi mediante dimensione, propter hoc nõ sequitur ipsam extendi. quia dicam sibi quòd non valet hoc in formis non eductis de potentia materiæ. sed dicebat quòd procedit de intelligentia, & non de anima intellectiuæ quia vna aduenit mediãte priori forma, alia non. Contra. consimilis responsio exigit consimilem replicam. Cõmentatoris ratio solum innititur rationi quantitatis præcise tãquam medio, quia dicit si vniretur orbi mediante dimensione, nullam faciens mẽtionem de præexistenti forma substantiali, vel non præexistenti. quia videbat quòd illud non erat nisi accidentale respectu diuisibilitatis. Præterea, si tu dicis ideo animam intellectiuam non extendi, licet secundum esse vniatur materię, quia talis aduenit post formam cogitatiuam, quę sufficienter terminat materiam, & interminationem quantitatum existentium in ea, vt vlterius progredi non possint ad subsequẽtem formam. Contra. ergo anima intellectiua aduenit materiæ sufficienter terminatę per priorem formam. ergo, si vnitur materiæ informatę per cogitatiuam, tunc ipsa erit accidens. Sic arguit Commentator contra Auicẽnam primo physicorum commen. 63. qui ponebat formam corporeitatis vniri materiæ per informationem ante aduentum aliarũ formarum. deducit enim eum ad hoc, quòd omnes subsequentes formæ essent accidentia: quia aduenirent materiæ existenti in actu simpliciter. Et ratio ista apud Auerroem concludit de forma corporeitatis, quæ secundum Auicẽnam erat imperfectissima forma, quare igitur argumentum consimile non procedet contra ipsum de anima cogitatiua, quæ est formarũ perfectissima. sed dicebat quòd in formis dantibus esse materiæ, quæ sunt eductæ de potentia materię, inconuenies est duas formas substantiales perfectas non intensibiles, neque remissibiles esse in eodem subiecto. quia sic, vt aiunt, intelligitur dictum Auerrois primo capitulo de substantia orbis, dicentis vnum subiectum habere plusquam vnam formam impossibile est. Dicitur, intensibilitate carentes, propter formam elementi. dicitur eductis de potentia materiæ, quia in talibus, quæ non sunt eductæ, stat vnum subiectum habere plures substantiales formas: quarum vna dat esse, & est educta de potentia materiæ, & alia etiam nõ educta de potentia materiæ dat esse etiam. sicut est de facto in homine, qui habet esse à duabus formis substantialibus, scilicet à cogitatiua & ab intellectiua. Sed contra. à pari dicam pro Auicenna, quòd esto quòd forma corporeitatis substantię præexistat in materia, nõ sequitur alias formas accidentia esse. quia secũdum Auicennam aliæ formæ, quæ de nouo inducuntur in materia, non sunt eductæ de potẽtia materiæ, sed sunt ab extrinseco mouente, quẽ datorem formarum appellat seu colcodeam, sicut inquit de ipso Cõmentator septimo metaphysicę commento. 31. Et cõfirmatur. quia, dato quòd istæ formæ aduenientes post formam corporeitatis essent eductæ de potentia materiæ, tũc adhuc magis videtur q̃ ex forma corporeitatis, quæ materialis est, & aliis formis materialibus, fiat vnum per se, quàm ex anima cogitatiua & intellectiua fiat vnum per se. nã illæ sunt eiusdem ordinis, istæ vero diuersorum. Amplius opinio ista incurrit opinionem Platonis, & incõuenientia illius. Nam Aristoteles commento & textu. 45. septimi metaphysicæ arguit contra Platonem, probando ideam non esse causam formalem indiuiduorum constitutorum sub ipsa: causam inquam formalem, dãrem esse non declarantem quiditatem: vt exponit ibi Commentator. Et ratio sua consistit in hoc. Substãtia vniuscuiusque indiuidui est sibi propria: quodlibet vniuersale est commune pluribus: ergo vniuersale non est substantia propria alicuius. Et inquit ibi Commentator, quòd, cùm omnia indiuidua conueniũt in vna substantia numero, sunt vnum numero, modo à parti, si secundum ipsum omnia indiuidua speciei humanæ conueniunt in vna forma numero, quæ est anima intellectiua, tanquam in forma dante esse simpliciter materiæ, sicut isti imponunt Auerroi, demonstratiue sequitur omnia indiuidua esse vnum numero. Et ita argumentum, quod ipse facit in commento quinto, vbi difficultat secũdam quæstionem de vnitate intellectus, in quo dicit quòd, si vnus esset omnũ intellectus, tũc tu esses per esse mei, & ego essem per esse tui: & quòd homo non esset generabilis inquantum homo, sed inquãtum animal, euidenter demonstraret, si ipse tenuisset intellectuam aiam esse formã intrinsece constituentẽ hominem. Et illud maximo argumento est, quòd Cõmen. in illo commento non soluit ista argumenta. quia tam solutionem paturisse supponit ex his, quæ declarauerat in illo commento. & est quòd anima intellectiua non dat esse formaliter & intrinsece homini, sed assistit solum, sicut motor mobili, vt nos infra declarabimus de intentione eius. aliter enim diminutus fuisset, si ipse tenuisset oppositum. quia argumenta ista sunt in simili casu contra Platonem. & si contra Platonem demonstrant, demonstrabunt & contra ipsum. Confirmatur. quia tertio cœli commento. 61. principia propinqua rerum corruptibilium sunt corruptibilia. si igitur anima intellectiua esset forma dans esse homini formaliter, tunc ergo esset propinquum & immediatum principium, per quod homo est homo: & ita esset corruptibilis. Et ideo Commentator videns hoc dixit tertio de anima commento trigesimo tertio quòd homo non est generabilis & corruptibilis, nisi per virtutem cogitatiuam: quia ista secũdum ipsum est forma, per quam homo intrinsece, & formaliter est homo. Amplius homo esset in duplici specie, si haberet duplicem formam substantialem in esse perfecto. sic arguit Commentator contra Auicennam tertio cœli commento. 6⁰. ponentem formas substantiales elementorum formaliter in mixto remanere. Nec valet, si dicaf quòd homo per animam cogitatiuam nõ est in specie sed in genere: sed per animam intellectiuam homo est in specie. Contra. quia isti, quorum ista est positio, tenent, sicut tenẽdum est de mente Commentatoris, esse vnam & eandẽ formam, per quam aliquid est in genere & specie: ergo, si per cogitatiuã homo est in genere, erit etiam & in specie. Amplius, si anima intellectiua esset forma dans esse formaliter homini secundum Commentatorem, sequeretur quòd non esset idem agens disponens materiam, & inducens formam, contra ipsum septimo metaphysicæ cõ. 31. Probatur autem sequela. nam in instanti generationis, in quo homo habet principium esse hominis, oportet ibi esse animam intellectiuam. aliter enim homo esset homo sine forma sua substantiali, per quam est formaliter homo: quod implica: contradictionem, sicut implicat albũ esse sine albedine. quæro igitur in illo instanti, an virtus informatiua, quæ est in semine, attingat animam intellectiuam, vel non. primum dari non potest: quia anima intellectiua non est in potestate agentis naturalis, quia ab extrinseco aduenit teste Philosopho in secundo de generatione animalium capitulo tertio, & 12. metaphy. tex. commen. 17. si ẽnim consequeretur transmutationem, tunc esset ge-

nerabilis & corruptibilis. sic arguit contra Platonem Philosophus, & Commentator septimo metaphy.31. omne mixtum cum materia fit à mixto cum materia. quòd si dicas aliud esse disponens, & aliud esse inducẽs formam, tunc consequentia contra Auicennam facta nulla est. Forte dices quòd ratio Commentatoris contra Auicennam procedit de formis eductis de potentia materiæ, qualis non est anima intellectiua. immo in talibus non raconuenit aliud esse disponens, & aliud inducens: sicut colligitur ex intentione eius primo physicorum commento.62. vbi habet quòd non cessant partes spermatis recedere, & fieri partes hominis. & hoc, si forma humana recipit partitionem. si vero nõ, istud necessario erit in dispositionibus propriorum accidentium formæ generatæ. Sed contra, hoc non euadit. qa quantumcunq; forma non acquiratur partibiliter, sed suæ dispositiones partibiliter acquirantur, propter hoc tamen nõ sequitur quod aliud sit disponens materiam, & aliud sit inducens formã. Nec valet cauillatio tua data, quia à parte Auicen. diceret ad argumẽta eius, quòd si formæ, quas ipse ponebat aduenire materiæ ab extrinseco motore, essent eductę de potentia materię, bene inconueniret aliud esse disponẽs materiam, et aliud inducens formam. modo secundum Auicennam omnes istæ formæ substantiales rerum materialium sunt à datore formarum influente eas in materia disposita per agens naturale. Præterea, inconuenientia illa, quæ adducit Commẽtator ibi, eque procedunt de forma educta, sicut de forma non educta, & econuerso. Amplius, accideret animam intellectiuam moueri localiter saltem per accidens: quod Commentator habet pro inconuenienti de quolibet abstracto. paret consequentia. nam motis nobis, mouentur omnia, quæ sunt formaliter in nobis. si igitur anima intellectiua est forma hominis: igitur mouebitur ad motum formati: qa non potest sine implicatione contradictionis intelligi aliquam esse formam dantem esse, & quòd formatum moueatur, & quod tua forma non moueatur saltẽ per accidens. Sed dicebar, dando instantiam de polis mundi, qui sunt formaliter & actualiter in orbe, & tamen orbe moto sunt simpliciter immobiles tam per se, quàm per accidens. Sed contra, quia quies polorum est transumptiua, & non est vera quies. sed hoc, quod dicunt Mathematici polos quiescere est ad imaginationem, sicut sunt propositiones Mathematicorum. sed naturaliter hoc non est verum, sicut expresse dicit Commentator in secundo cœli commento.16.&.4. physicorum commento.118. Quomodo autem implicet contradictionem, ego sic deduco. nã sumpto hoc homine, quæro an in illo loco, in quo est ipse, sit sua forma, p quam ipse est homo, vel non: si sic, habeo intentum, quòd est in loco per accidẽs, quia locatur ad locationem totius, si non est in illo loco, tunc igitur ibi erit homo sine sua forma substantiali, per quam homo est homo. Nec potest dici quod anima intellectiua sit in loco per operationem, quia operatio eius non est mouere secundum locũ, sed intelligere, licet enim intellectus practicus concurrat, vt dicitur in.3. de aia ad motum progressiuum, tamen illud, quod exequitur motum, est à causa cogitatiua, mediante virtute motiua, quæ est in membris. Et ideo posito quod Plato quiescat à motu progressiuo, quærendum est vt prius, an in illo loco, in quo est Plato, sit anima intellectiua, aut nõ. et deducatur, vt prius. Amplius, si aia intellectiua est formaliter vnita corpori secundum esse, sequitur operationem eius, quæ est intelligere, esse signatam et materialem. patet sequela. qa non potest esse operatio propria alicuius formę magis abstracta, quam sit essentia, a qua prouenit operatio. si igitur anima intellectiua est forma in materia secũdum esse, ergo et intelligere. Confirmatur. quia tertio de anima textu commenti quarti demonstratur intellectum possibilem esse abstractum secundum esse à materia, et non esse corpus, neq; virtutem in corpore. Forte dices quòd Aristoteles & Commentator demonstrant intellectum esse separatum à materia secũdum esse ad hunc sensum, quia videlicet non sit virtus educta de potentia materiæ; non autem quin sit forma dans esse materiæ. Sed cõtra. hoc non potest stare secundum expositionem, & viam Commentatoris. nam tertio de anima commento quinto deridet Alexandrum tenẽtem actum positum in definitione animæ vniuoce dici. & ideo tenuit animam intellectiuam, secundum quòd sibi imponit Commẽtator, esse formam eductam de potentia materiæ: quia actus & finis & perfectio conuertuntur. si igitur omnis anima est actus corporis: ergo nulla est à corpore separabilis. Commẽtator autem dicit quòd actus positus in definitione aiæ dicitur æquiuoce. oportet autem, si ipse intendit Alexãdro contradicere, vt ipse sumat actum æquoce dictum modo opposito, quo Alexander sumebat ipsum vniuoce dici. sed Alexander omnem animam appellat actum, pro quanto quælibet anima secundum ipsum est perfectio & finis corporis. hoc autem non competit animæ inquantũ est educta de potentia materiæ: quia vt sic consyderata, forma potius est causata à materia in genere causæ materialis, quàm quòd sit causa eius. si igitur anima est actus, est pro quanto quælibet secundum esse vnita est materiæ. ergo secundum Auerroem, si mentem Alexan. vult obtinere, non omnis anima est actus vniuoce dictus: quia non omnis dat esse: quia anima intellectiua secundum ipsum est actus vtens corpore, non perficiens corpus, sicut etiam Simplicius dicit in secundo de anima in expositione, illius definitionis. Et confirmatur authoritate Commentatoris.22. de anima. cõmento.22. vbi habet hæc verba. Ex sermonibus prædictis manifestum est ex definitione animæ, quòd aliæ partes animæ non sunt abstractæ. Et reddens causam huius dicit, declaratum est enim in vnaquaq; istarum, quòd est perfectio corporis organici. plectio enim est finis & complementum perfectus: finis autem non separatur à finito: vnde necesse est vt ille sint nõ abstractæ, Ecce manifestum locum, in quo Commentator declarat qualiter actus positus in definitiõe animę sit æquiuoce dictus. Nam vult animam vegetatiuam & sensitiuam esse corporis organici perfectionem: et ideo non esse separabilem à corpore, quia finis & complementum nõ separatur ab eo, cuius est finis. manifestum est autem secundum ipsum Auerroem tales formas non habere rationem finis & complementi respectu corporis organici, nisi pro quãto dant esse, non quia sunt eductæ de potentia materiæ. quia, vt sic, potius dicuntur constitutæ in esse per subiectum apud ipsum secũdum istam rationem. materia enim est causa formæ secũdo physico.30.cõmen. pro quanto sustentat eam: sed forma appellatur perfectio & finis materiæ, pro quanto ipsa est causa materiæ dans esse sibi, vt ibi dicitur. ergo, si anima intellectiua est separabilis à corpore, oportet ipsam non esse perfectionem & complementum organici corporis per informationem et vnionem formalem. sed dicebat quòd forma quælibet dicitur ab informando. si igitur anima intellectiua apud Auer. dicitur forma hominis, igit dat esse formaliter homini. Et ista ratione innixi dicunt etiam intelligentias dare esse formaliter orbibus. Sed nos contra hos fecimus prolixam quæstionem de triplici causalitate intelligẽtiæ in annotationibus nostris contra Ioannem de tanduno super sua Metaphysica. Sed pro nunc volo de intentione Auerrois luce clarius ostendere non omnem formam esse per

esse per informationem dictam. Nam Commentator 12.metaphysi.cõmen.37. habet q̃ perfectionum, propter quas mouetur perfectum, quædam sunt qualitates, quibus p̃ficitur illud, quod mouetur: vt illud, quod mouetur propter sanitatem. & quædam sunt substantiæ extrinsecæ à re, quæ mouetur ad eas, vt assimiletur eis: vt sunt actiones omnes seruorum, quoniam sunt ergá genera intentionum domini sui. Hæc Commenta. Amplius, si omnis forma esset informans, frustra igitur Philosophus quęsiuisset in secũdo de anima in tex. commen.11. an anima sit actus corporis, sicut nauta nauis. Confirmatur. nam Commentator.2. de anima super tex.commen.21. vbi Philosophus loquens de intellectu dicit quòd videtur esse alterum genus animæ, habet q̃ anima intellectiua non dicitur anima nisi æquiuoce, & rectius dicitur de ipsa quòd sit non anima. Et seipsum declarando in eodem secundo de anima commen.32. dicebat animam intellectiuam esse de natura superiori natura animæ. Pro quo debes scire quòd ordo entium est iste, natura, anima, intelligẽtia, & Deus. Natura est inferior anima, & anima inferior ad intelligentiam: intelligentia autem inferior Deo. vnde Commentator in libro destructio destructionum disputatione.12. inqt. Cùm autem dixit de Philosophis quòd ipsi tenẽt quòd id, quod prouenit à Deo. glo. puenit naturaliter, est sermo corruptus de eis: immo dicunt Peripatetici secundum veritatem loquentes quòd entia procedunt ab eo altiori modo quàm sit natura, & q̃ sit humana voluntas. Scias etiam apud Arabes animam ab animando dictam. vnde Auicen. loquens in.9. suæ metaphysicæ cap.4. de anima imaginatiua orbis, quæ secundum ipsum non erat educta de potentia materiæ, sed solum creata ab intelligentia, vnita tamen formaliter secundum esse, inquit hæc verba. Nos autem tam ostendimus quòd anima vniuscuiusq; cœli est eius perfectio, & eius forma, nec est substantia separata: alioqn esset intelligentia, nõ anima. à pari dico quòd, si anima intellectiua apud Auerroem dicitur melius nõ anima, hoc non est propter aliam causam, nisi quia nõ est vnita secundum esse dans perfectionem corpori formaliter, vt isti sibi imponunt. Amplius, Commenta. vult 3. de anima commen.5.19.et.20. animam intellectiuam primo vniri homini secundum speciem, quàm homini secũdum individuum: hoc autem non esset, si anima esset forma dans esse formale homini: quia actus & generationes omnes sunt singularium ex procemio metaphysi. Amplius Commentator. 3. de anima commento.5. tenet animam intellectiuam nõ vniri homini, nisi mediantibus phantasmatibus: homo autem phantasiari incipit, quãdo deuenit ad discretionis annos. hoc autem non esset, si ipse tenuisset animam intellectiuã dare esse formaliter homini: quia tunc à principio vniret ei: quia nullum formatũ potest esse sine sua forma intrinseca, etiam per diuinam potentiam, vt nostri Theologi dicunt: cũ non possit Deus vicem causæ intrinsecæ supplere. Et confirmatur. nam, si teneamus animã cogitatiuam esse in homine: & teneamus animam intellectiuam esse vnam intelligẽtiam numero separatam & ęternã, omnia saluari possunt, quòd homo non habeat animam istam intellectiuam, nisi post annos discretionis. quia homo omnes operationes vitales, & naturales, & animales habere potest sine anima intellectiua: quia anima cogitatiua secundum Auerroẽ omnia ista supplere potest. si igitur anima intellectiua ipsi homini vnitur, nulla alia est necessitas, nisi propter intellectionem: sed intellectio nõ requirit formalem vnionẽ cum corpore secundum Auerroẽ, quia potius ista vnio impedit, vt diximus: intelligere enim non fit mediante organo corporeo, quare igitur coguntur ponere de intentione eius aiam istam corporis organici actum esse intrinsecum nõ video. Vnde isti sunt medij inter Auerroem, & Christianos. volunt enim tenere vnitatem intellectus cum Auerroe, & volunt eam defendere cum principijs Christianorum. & ista non possunt stare: q̃ ex oppositis principijs sequuntur oppositæ conclusiones. Erubescant ergo mẽdacio velle tueri vnitatem intellectus, imponendo ei illud, quod non dixit. sed potius dicant ipsum mentitum fuisse, sicut res veritas est, q̃ noua figmenta & monstra parere in via eius. Nam vt luce clarius patet, non minora inconuenientia sequuntur contra hoc, quod dicunt, quàm contra vnitatem intellectus. & illud maximo argumento est, quòd omnes Latini nostri, sicut Albertus cognomento magnus, qui optimorum Arabum, & præcipue Auerro. fuit fidelissimus interpres, et Beatus doctor, insup subtilissimus Scotus, ac Egidius Romanus, quorum isti non sunt digni soluere corrigiam calceamenti, voluerũt Auerrois sentẽtiam fuisse animam intellectiuam non esse formam substantialẽ hominis. Taceo Gregorium Ariminensem, Ioannem de gandauo, Gaetanum, & Paulum Venetum, & multos præclaros Auerroistas ex viuentibus, qui tenuerunt hanc fuisse Auerrois sententiam. Sed, vt dixi, etiam isti bene intrinsecus deueniunt ad hoc. sed volentes euitare inconuenientia contra vnitatem intellectus deueniunt ad hoc, vt dicãt animam intellectiuam, & si vnica sit, ipsam tamen dare esse asseuerant, aliter enim non posset homo intelligere per aliquod principium separatũ. Et ideo propositum nostrum fuit declarare oppositum de mẽte eius, vt ab ipsa tandem veritate coacti nullo pacto defendant vnitatem, immo potius fatuitatẽ intellectus. Ad formam igitur contradictionis dicam. s, q̃ iõd Cõmentator ipsum declarat quomodo est anima intellectiua forma hominis in isto commento. 38. quia dicit quod est forma, inquantum est agens nos. quia intelligentiæ abstractæ duobus modis sunt principia eorum, quorum sunt principia: & secundum quòd sunt mouentes, & secundum quòd sunt finis. est igitur forma non perfectes intrinsece secundum ipsum, sed extrinsece tantum. & ideo appellat Commentator etiam formas abstractas postremas p̃fectiones, & non primas respectu orbium 2. metaphysicæ commento vltimo. & anima intellectiua rectius apud ipsum dicitur actus secundus, q̃ primus, sicut potest colligi ex commento. 5. secundi de anima, & ex commento. 5. tertii eiusdem.

Scio ad contradictionẽ.

Decimaquinta contradictio est in cõmento. 30. Habet Commentator quòd intellectus diuidit materiam à forma. Oppositum patet primo physicorũ. 60. & 1. physicorum. 16. & primo cap. de substantia orbis, vbi dicitur quòd impossibile est intelligere materiã absque forma. Soluitur. quicquid intelligitur, intelligitur secundum quòd est in actu: & cũ materia non sit in actu, nisi propter formam: ideo materia intelligitur per formam. nam, cùm materia sit purum potentiale, caret principio formali, quo aliquid cognosci potest. Et ideo dixit Philosophus in septimo metaphysicę in tex. commenti. 35. quòd materia secundum se ignota est. Intellecta autem sic materia, in primo intellectus occursu potest intellectus diuidere materiam à forma, & intelligere materiam non esse formam, nec aliquam habens formam. & isto modo consyderata materia non habet esse extra animam, quia nõ potest secundum ipsum. 2. physicorum commento. 12. existere sine forma, quia tunc quod non est in actu esset in actu, sed solum vt de habet esse in anima, & est ens rationis, vt dixit Commentator. 12. metaphysicæ commento. 14. pro[illegible] vt sic solius rationis potest esse obiectum, [illegible] naturę vel agentis naturalis. quia, si materia [illegible]

Soluto.

mam esset sine omni forma, non posset aliquam recipere in actu, vt scribit Commētator in.8. physicorum commento.4. sic patet qualiter intellectus materiam à forma diuidere potest,& in quo actu, & qualiter non.

Duod decimo meta. cō.41.

Decimasexta cōtradictio est in cō.41. Habet Commen, quòd in cœlo nulla est alia potētia nisi ad qetem. Oppositum patet per ipsum.6. phy.cō.15.&.7.physi. cōmen.2. &.9.metaphysi. commen.& textu.17. vbi dicitur quòd nō est timendum quòd corpora cœlestia stent. Magna fuit, magnifice domine, altercatio inter nos hoc anno in exercitationibus & disputationibus, quas habuistis vos nobiles inuicem. Et magnificus, ac perfectissimi iudicij dominus Gaspar Cōtarenus amicissimus tuus, & studiorum meorum collega dubitauit acutissime contra Commētatorem in præsenti passu. Nam dictum eius, quòd in cœlo non est potentia ad corruptionem, sed solum est in potētia ad quietem, aut hoc intelligitur de cœlo inquantum cœlum, aut hoc intelligitur de cœlo inquātum corpus. Si de cœlo inquantum cœlum, hoc est falsum: quia per ipsum commentum.2. septimi physic. cœlum inquantum cœlum non potest quiescere. Si vero dicas quòd dictum Auer. intelligitur de cœlo inquantum corpus, tunc nulla vt sic est differentia in dicendo cœlum esse in potētia ad quietem, & dicere ipsum esse in potentia ad corruptionem. Quòd si forte dicas cœlum inquantū corpus posse corrumpi: cœlum autem inquantum cœlum posse quiescere: tunc comparatio erit in æquiuoco. similiter, vt dictum est, tunc Commentator cōtradiceret sibipsi. qa ipse minime vult cœlum, inquātum cœlum, posse quiescere. Argumentum est satis difficile, sicut vides. Sed, vt mihi videtur, dici potest quòd cœlum potest sumi tribus modis, vt scribit Commentator in primo cœli commento.76.&.96. vno modo pro orbe, qui mouetur. alio modo pro toto aggregato ex omnibus orbibus: quod vt sic animal magnum dicitur. & dicitur ēt cœlum aggregatum ex intelligentia & orbe. Tunc dico quòd cœlum pro orbe tantum non habet potētiam ad corruptionem, inquantū orbis talis est, qa est corpus simplex carens materia: licet inquantū corpus absolute, vt hy corpus dicit aliquid indifferens ad corpus generabile & æternum, possit corrumpi potentia logica, quæ nihil aliud est, nisi non repugnantia quædam, et non implicatio contradictionis, causata ab intellectu ex terminorum rationibus, inquātum non repugnant. Cœlum autem pro orbe tātum potest quiescere, & inquantum corpus, & inquātum cœlum. quia successio & fieri motus non dependet in esse, nisi ab ipsa intelligentia, tāquam à causa extrinseca totaliter causante entitatem motus, sicut dicit Commentator in præsenti commēto. Et ideo cœlum pro orbe sumptum, quòd sit in motu non habet à se hoc, sed ab ipso motore. ideo vt sic etiam solitarie consyderatum absq; intelligētia non implicat contradictionem ipsum posse esse in quiete. Et isto modo sumpsit cœlum Commentator hic, dum dixit cœlum non habere aliam potentiam inquantum cœlum sic sumptum, nisi ad quietem. quia, vt sic, non habet potentiam ad corruptionem, vt dictum est. Sed septimo physicorum commento.2.&.6.physico.15.et nono metaphysi.tex.commen.17. quando dicitur cœlum nō posse quiescere, inquantū cœlum, ibi sumit cœlum pro aggregato ex intelligētia & orbe. quia, vt sic, stat sub motore, & vt sic non potest non moueri: quia ibi non est contingentia: quia esse à posse non differt in talibus. tamen inquantum corpus tale cœlum consyderatum, non repugnat sibi quies. quia tunc cuilibet corpori repugnaret quies: quod est absurdum. Argumentum igitur ex æquocatione cœli procedit: quia aliter sumitur cœlum ibi, & aliter hic, sicut patet ex declaratis.

MARCIANTONII
ZIMARAE SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM IN DICTIS AVERROIS,
Sup Sermone de Substantia Orbis.

De substātia orbis capite primo.

Dicit Auerro. in p° cap. de substantia orbis, quòd vnum compositum habere nisi vnam formam est impossibile. Huius oppositum patet ab ipso in.3.cœli.commēto.67. vbi ponit plures formas elementorum in eodem remanere. Soluitur. ipse sentit loquēdo de formis substantialibus perfectis et totalibus quòd in vno composito non est, nisi vna tantum. nam, cum illa constituat rem in actu simpliciter, quælibet superueniens esset accidens. fallit autem de formis, quæ non sunt veræ substātiæ, sed sunt quasi mediæ inter substantiam & accidentia, quales sunt formæ elementorum apud ipsum. Et ideo caueāt ponentes formam corporeitatis in via eius, & multo magis caueant tenentes in via eius animam intellectiuam esse formam vere informantem: quia ista nūquam fuit optimo eius. & si veritas sit ista, vt catholice confitemur.

Solutio.

De substātia orbis capite primo.

Secunda contradictio est, quia potentia est differentia substantialis materiæ, dicit Commētator in eodem capite. Sed huius oppositū patet primo physicorum, commento.70. Vide primo physico. commento allegato, quia ibi diffuse diximus.

Solutio.

De substātia orbis cap̄.3

Tertia contradictio est in. 2. cap̄. dicit Commentator quòd cœlum indiget anima mouente ipsum in loco, & virtute mouente ipsum semper. Sed huius oppositum patet in.2.cœli commento.6. Soluitur. negatur 2.cœli.tex.commē.6. cœlum habere animam, qualem Antiqui ponebant: quia crediderunt permanentiam illius animati corporis esse eiusdem rationis cum istis, quæ sunt hic: non negatur tamen cœlum animatum esse, pro quanto habet principium separatum à quo mouetur, et per quod appetit: sicut patet p̄mo capitulo de substantia orbis in fine, vbi dicitur. & non fuit cœlum dictum habere animam. Et hoc est rationabile. nam, vt scribit Commen.8.phy.cōmen.primo, principium motus de omnibus mobilibus est, sicut anima de rebus viuis. et hoc non intelligunt Moderni, qui ponunt intelligentiam vere cœlum animare, quia non possunt eleuare imaginatiuam supra cogitatiuam.

Solutio.

De substātia orbis cap̄.4.

Quarta contradi. est ibidem. Commenta. dicit quòd cœlum de se habet finitatem suæ actiōis. Huius tamen oppositum patet ab ipso in. 3. capite huius, vbi dicitur quòd cœlum recipit actionis infinitatem. Similiter contradicit illi, quod immediate dixerat, & est quòd cœlum est simplex, & ideo nō habet potētiam ad corruptionē. Soluitur. cœlum respectu motus localis de se finitatem habet, quia potest quiescere, si pro orbe tantum sumatur cœlum. nam infinitas motus eius totaliter est ab extrinseco motore. cœlum respectu sui esse non habet principium intrinsecum, per quod possit nō esse, sicut sunt ista generabilia, quia tale principium est materia prima: bene tamen cœlū habet principium extrinsecum dans sibi permanentiam æternam, & conseruans ipsum in suis dispositionibus necessarijs. &, si tale principium non esset, ita esset de substantia cœli, inquit

inquit Cōmen. hic, sicut de eius motu, & est locus iste expressus contra Gregorium Ariminēsem, qui voluit æterna & necessaria non habere causam efficientē. cœlum igitur bene potest recipere actionem infinitā, cùm æternum sit, sicut dicitur.2.cap̄. de substātia orbis: sed causa effectiua sui ppetui motus non est ipsum, sed est abstractū principiū, sic igitur mēs Auer. sibi cōcordat.

De substātia orbis cap̄.5

Soluitur.

Quinta contradi. est in cap̄.3. Dicit Cōmen. q̄ cœlum est subiectū tantum, non materia. Huius oppositum patet.9.meta.cōm.17. Soluitur. nomen materiæ quādoq; distinguitur contra formā, & q̄nq; distinguitur contra subiectum. Et primo quidem modo sumpsit Auer.9.meta.cō.17. qñ dixit nihil prohibet vt cœlum sit materia, sed ,phibet vt sit forma. Et ratio huius est, quia.2.de gñatio.51. tex. materiæ est moueri & pati, formæ vero agere & mouere. quia igitur cœlum mouetur, ideo potest habere rōnem materiæ, vt ex eo & intelligentia fit vnum motum ex ꝯ. qa omne tale ex duabus naturis componitur, s. natura causante motū, quæ habet modum formæ, & ex natura recipiēte motum, quę est natura per modū materiæ, sicut patet in p° cap̄. huius. Et ex hoc patet error multorū Auerroistarū, qui videntes q̄ Cōmen. tenet cœlum secluſa intelligentia non esse cōpositum ex materia & forma, crediderunt cœlum esse formā simplicem de intentione eius. & hoc nunquā dixit Auer. bene d.xii.5.cap̄. de substantia orbis q̄ mediat inter puram potentiā & actum purum. nūquam tñ absolute dixit cœlum actum, aut formam esse, sed bene, quando cœlū comparatum ad ista inferiora dicit quasi forma, sicut patet p° cœli cō.24.&.2. de generatione & corrup. tex.cō.50. vbi dicitur q̄ forma & species in terminis omnū. Si autem materia sumatur, vt distinguitur contra obiectum, sic cœlum verius dicitur subiectum q̄ materia. quia materia isto modo, vt contra subiectum distinguitur, dicit carentiam formæ cum aptitudine ad illam. sicut pulchre declarat Themi. p° phy. in digressione propria, quā fecit de potentia materiæ.&, quia cœlū non habet potentiam ad esse, ideo verius subiectū dicitur quàm materia. & sic locutus est Commentator hic, dum dixit cœlum subiectum esse non materiam.

Solutio.

Sexta cōtradi. est in.4.cap̄. Scribit Cōmen. q̄, si motus cœli destrueretur, ēt cœlum destrueretur: quia cœlum nō est, nisi propter motum suū. Sed oppono, quia Cōmen.12. met.cō.41. dicit q̄ in cœlo nulla alia est potentia nisi ad quietem, & tū in cœlo non est potētia ad non esse, cū in eo non sit materia, per quam res potest non esse, neq; contrariū, p° cœli tex.cō.20. Amplius, cœlum ſm Peripateticos est necesse esse formaliter, sed dispositio entis necessarij est vt nō sit propter suā actionem, imo actio eius est propter ipsum: non ergo sequitur, si motus cœli non esset, q̄ substantia cœli nō esset. Nisi esset q̄ cœlum primarta intentione nō est propter motum suum, sed econtra. Sed dictum Cōmen. est à signo, non à causa. cœlum. n. secundaria intētione est causa intendens generationem, & corruptionē istorum. et ideo, si motus cœli nō esset, non esset cœlum. quia cœlum est propter motū suum secundaria intentione, vt est ordinatum ad generationem, & conseruationem, et omnem virtutem cōseruandā in ijs, quæ sunt hic. oportet. n. mundum istum inferiorem superioribus lationibus esse continuum vt omnis eius virtus indeguberne tur, vt dicitur in principio libri meteorōr. vnde immediate Cōmen. in eodē loco intulit q̄, si motus cœli destrueretur, motus entiū inferiorum destrueretur, & sic mundus. ex quo verificat q̄ dator continuationis motui est dator esse oibus entibus alijs. Ecce igitur q̄ propter necessariā dependentiā inter mundum inferiorem cum superiori, ista sequuntur, sed non per viam intentionis primæ sed secundæ, sicut diximus. & hoc argumenta prætendunt.

De substātia orbis cap̄.5.

Soluitur.

Septima contradi. est in.5.cap̄. Dicit Cōmen. quòd corpora cœlestia sunt diuersarum specierum. Oppositum huius patet.2.cœli cō.39.&.49. Soluitur. duplex species, analoga, & vniuoca, vt sæpe diximus: corpora cœlestia sunt eiusdē speciei analogicæ, nō sunt eiusdem speciei vniuocæ: sed, vt sic sunt diuersarum specierum.

MARCIANTONII
ZIMARAE SOLVTIONES
CONTRADICTIONVM IN DICTIS AVERROIS,
Super Secundo Colliget.

Secundo colliget capite primo.

Notanda est contradictio in secundo colliget, cap̄. p°. Dicit Auer. q̄ res, quæ generātur ex pluribus vna re, non complentur, nisi quādo misceantur illæ res ad inuicem, & faciunt vnum corpus, sicut est sequtabin, quod fit ex cōmistione mellis et aceti & aquæ, quorum quodlibet stabat per se in actu. Sed huic propositioni statim aduersatur dictum suum in eodē capitulo, vbi dixit q̄ membrorum quædam sunt composita ex elementi prima compositione, quædam vero secunda compositione mediante prima. & declarādo primum membrum dicit q̄ membra consimilia sunt huius speciei. patet autem q̄ membra consimilia, quæ à Græcis homiomera appellantur, non componuntur immediate ex quatuor elementis actu existētibus in matrice, quæ postea miscentur ad eorum generationem: nam generantur immediate ex sanguine menstruo, qui fuit generatus ex cibis & potibus, sicut ipsemet fatetur in eodem loco. Amplius generatio cōpositi ex materia & forma est generatio corporis ex pluribus vna re, qa materia est primo diuersa à forma, & tñ materia & forma non sunt duæ res in actu ante generationē compositi corporis. nam, vt dicit Cōmen. in.7. primæ Philosophiæ cōmē.26. agens nō facit in alio aliud, sed ex alio aliud: qa non facit in materia formā, sed facit ex materia formatum. & eandē sententiam tenet Aristo. ibi, & Cōmen, diffuse in.12. me a. cō.18. vbi recitat tres opiniones de generatione rerum. Dicimus nos cum Peripateticis, & præsertim cū Alexandro in Paraphrasi de aīa ca.p°, & in libello de mistione, & cū Themi. in Paraphrasi super.2. de anima cap̄.3. triplicem esse compositionē. Prima est, quando aliquid ex rebus corporalibus componitur, vt domus ex lapidibus, & lignis: ex carne & ossibus generatur animal. Secundū genus compositionis est per mistionem, vt mulsum ex aqua & melle. & hoc secundum genus differt à priore, qa in priore totum et partes distincta & discluſa sunt locis: in hoc aūt quelibet loco discluditur non venit in mistionem, qa totum & partes in eodem loco esse videntur, re vera aūt absolute sunt partes, & seruatur integritas. Tertius modus est, quo ex ære & figura cōstare statuam dicimus, & vniuersaliter ex materia & forma corpus. Dicimus igitur propositionem Auer. veritatē habere de generatione rei ex pluribus vna re in actu, sicut est generatio misti, quod de nouo dicitur generari ex pluribus in actu immediate, q̄ tunc oportet q̄ elemēta veniant in locum mistionis, & alterentur, & corrumpantur vsq; ad medie-

Soluto.

tatem, vt ipse tenuit in .3. cœli cō.67. sed, si mistum debet generari ex alio misto, nō est necessariū; quia tunc generationis eius vnū est actu, puta sanguis mēstruus est subiectū generationis membroꝝ consimilium. vnde mēbra consimilia ideo dicunt fieri ex elementis prima cōpositione, non quia immediate ex elementis tanquam ex materia proxima generentur, qa hoc est contra sensum, sed hoc est respectu mēbrorum organicorum. vnde sensus Auer. talis est, vt illa dicantur generari ex elementis prima compositione, quæ non generantur per tot media, per quot generātur organica. nam iste est ordo, ex elementis generantur cibi & potus: ex cibis & potibus generatur sanguis menstruus: ex sanguine menstruo mēbra consimilia: ex consimilibus organica, patet aūt ꝙ plura mediant inter generationem organicorū ex elemētis, q̄m in generatione consimilitū. si elementa igitur de nouo debent venire ad generationem alicuius misti imediate, oportet vt prius sint separata in actu, & ab agente mouēatur ad locum mistionis, in quo simul cōgregata alterani, & diuidun tur ad partes minimas, vt dicit Auic, & sic resultat cōplexio. & per consequens forma misti. Sed nō est vera semper in generatione cuiuslibet misti ex alio misto, in quo elemēta erant refracta & vnita, quia tunc nō sunt in locis diuersis, vt patet. Intelligitur ēt Auer. propositio de generatione ex pluribus cōpositis ex materia & forma. & hoc dicit, quia fallit de generatione cōpositi ex materia & forma simplici, nā quæ sunt præter materiā simplicem & formā simplicem sunt formæ cōpositæ & materiæ compositæ. In tali.n. generatione agens non cōgregat inter duo diuersa actu, sed extrahit illud, quod erat in potentia ad actum. Aut dic ꝙ propositio Auer. non habet locū de generatione, quæ definitur in p° de generatio. vbi dicitur, Generatio est transmutatio totius in totū, nullo sensibili remanēte, vt subiecto, sed habet locum de generatione mistoꝝ modo declarato. alibi enim dixi varias esse definitiones generationis ab Aristo. traditas. & tu bene intelliges, si videbis quę scripserim in quæstione de mistione.

Secūda cōtradi. est in .2. colliget cap̄. 8. Tenet ꝙ nerui nascuntur in cerebro, & ꝙ nō sunt infixi in eo, vt dicit Gal. Sed huius oppositū tenet in .3. de partibus animaliū cap̄. 4. vbi Arist. tenet cor esse principiū neruorum. Rūdetur, loquitur hic ex mēte Galeni, & adducit eius apparentiā, sed non probat pp hoc opinionē eius.

Contradi. est in sup cap̄. 9. Dicit ꝙ mēbra, quę ordinata sunt ad attrahēdas superfluitates sanguinis, nō faciunt hoc, nisi qa sunt sibi conuenientes in cibo. ex quo sequitur ꝙ cystis fellis, cū sit ordinata ad attrahendum cholerā, & splen melancholiā, & renes & vesica ad attrahēdum aquositatē sanguinis, talia mēbra nutriantur ex istis superfluitatibus. Sed hoc cōtradicit magistro eius Aristo. & in libris de partibus, & de generatione animaliū, volentis in habentibus sanguinē, sanguinem esse vltimū nutrimentū. ibi probat p° de generatione animaliū choleram nō posse nutrire aliquod mēbrum, quia habet qualitates oppositas nutrimento. qa nutrimentum est dulce, & cholera est amara. Itē contradicit iste vir sibi ipsi in .2. Colliget cap̄. p°. vbi tenet contra Medicos, ꝙ mēbra consimilia nō possunt generari ex cholera & alijs superfluitatibus, qa in vulua non reperitur in actu nisi sanguis tantū, & non alij humores à Medicis nuncupati. sed eadem est materia generationis & nutritionis. Quòd si dicatur ꝙ sermo eius hic de membris officialibus & nō de simplicibus. Contra, qa officialia augentur, & nutriuntur, qa simplicia augentur & nutriuntur, vt patet ex p° de generatione & corrup. in tex. cō.33. Nisi esset ꝙ hoc dictū est ex mente Medicoꝝ. Sed ista solutio stare non pōt, quia sermo eius manifestat se ex propria intentione loq, quia dicit, & scias hoc, & ne tradas oblitioni. Amplius, tunc sermo eius esset in illo libro, sicut sermo Auic. qui semp reperitur medius inter Peripateticos, & Loquētes, vt ipse dicit in .2. physicę auscultationis cō.22. & ita incidit in consimilem errorem, qa tūc nec est purus Medicus, nec purus Physicus. Ideo aliter dicendū puto, sicut ipse dicit in simili de stomacho in eodē cap̄. dū dubitat vtrū nutriatur ex chylo, & dicit ꝙ illa nutritio potius videtur spectare qualitati q̄m quantitati, ac si dicat ꝙ nō est vera nutritio, sed qa operatio eius & obiectū proprium eius est cibus, qui in chylū conuertitur, ideo cessat fames sumpto cibo, sicut cessat sitis sumpto potu, & stomachus voluptuatur in illo chylo. ita ēt potest dici de hmōi mēbris à natura destitutis ad attrahēdum huiusmodi superfluitates ꝙ voluptuanī in eis, sicut sus in cœno & luto speculēto, et est per viā qualitatis, & nō quantitatis per verā nutritionē. Aut hoc est, vt ēt ipse dicit ibidē, qa ibi est cōmista aliqua humiditas sanguinea, aut phlegmatica: & sic rōne eius fit nutritio, & non merito choleræ purę, aut melancholiæ purę. Nā ēt ex sniа Arist. multa sunt alata, quæ nō nutriuntī sanguine, sed aliqua humiditate ꝓportionali. et ita dictū Arist. in habēbus sanguinē sanguis est vltimū nutrimentum, est verū: vel aliquod sanguini ꝓportionale saltē in aliquibus membris, vt in stomacho, & in istis iam allegatis.

Quinta contradi. est in cap̄. 13. Dicit Auer. carnem esse organum tactus, & ꝙ nerui non currūt nisi ad tēperatam cōplexionem carnis, qa sunt in sua cōplexione similes cōplexioni cerebri. & ideo in alijs perfectis in carne ipsoꝝ sunt disseminati multi nerui, & vbi nerui multi isti nō perueniunt, illa mēbra habēt sensum durum, et obtusum. Sed huius oppositū ipse tenet in .2. de aia in cō.123. Etiam contra hanc opinionē videtur esse Arist, ibidē, & Themistius. Vide Conciliatorē in propria differētia de hac materia. Secundum istam Auer. in isto loco videtur esse dicendū carnem esse organum & neruū esse ad temperandam complexionē carnis. & ideo caro, vbi sunt multi nerui disseminati, est magis sensitiua. Sed tunc, qñ dicitur ꝙ caro est medium. 2. de aia, hoc intelligendū est de carne pura. cogita, qa Arist. in .2. de aia dicit ꝙ organū est tactus, & Græci exponūt illud pro corde tbi, et Auer. pro veritate cōtradicit sibi in hoc loco, et tbi, vt vides. Videt mihi ꝙ ad euitādam istam discordiā, ꝙ aliud est loq de tactu vt cōparatur mēbris simplicibus, aliud vt cōparatur membris organicis. partes. n. nostri corporis sunt duplices ex p°de historia aūalium cap̄. p°. & de partibus, similares, & dissimilares. & iterū operationes aię, quædā sunt actiones, & quædā passiones, cū virtutum aīæ quædam actiuæ quædā passiuę sint ex .2. de aīa. & Arist. iudicium facit cōparando actiuas passiuis, ꝙ virtutes actiuæ simpliciter attribuuntur mēbris organicis, & virtutes passiuæ principaliter attribuuntur membris consimilibus, vt p° de historia aūalium cap̄. 4. & est in cap̄. de carne, & de ijs, quæ vice carnis habent. & tunc cū tactus sit de virtutibus sensitiuis, quę enumerant inter passiuas virtutes aīæ. 2. de aīa. 52, &. 3. de aia cō. 19. authoritate Alexandri, videtur principaliter istam virtutem attribui mēbro cōsimili. membra aūt consimilia, vt Arist. dicit, sunt caro, sanguis, vena, arteria, neruus, pilus, pinguedo, os, vnguis, & id genus. Quare aūt aliter vel aliter per sensum tactus oporteat ex istis mēbris illi principaliter tactū attribui, cuius cōplexio est magis tēperata, quia operatio tactiua tēperamentū requirit. Discurrenti aūt per singula ex mēbris consimilibus, quæ supertus enumerata sunt, nullū est magis aptū vt sit organū, nisi caro. sanguis. n. est propter carnem, & est materia eius, & carnis cōplexio est calida & humida in suo

Secūdo colliget cap̄. 8.

Soluno.

Secūdo colliget cap 9.

Solutio.

Secūdo colliget cap̄. 13.

Solutio.

Disceptatio de organo sensus tactus.

da in suo temperamento, in quo cōsistit vita, & sensus: nerui vero, venæ, arteriæ habēt cōplexionē frigidā & siccā. & ideo decuit propter istā rationem carnem esse organū, isto modo Arist. loquitur in p° de historia, vbi tradit doctrinā quia, & ita determinat in libro de potibus aīalū, vbi tradit propter quid. Sed, si nos deinde attribuamus sensum istū membris organicis, tunc sine dubio illud est primū organū tactus, in quo primo apparet inter organa ista operatio, & virtute carnis ista operatio alijs organicis cōlocata, quia cor est primum, quod viuit & sentit, & alijs sensus est per cor communicatus. & ideo argumento isto Aristot. posuit cor in .3. de partibus, qñ loquitur de organicis, esse principium omnis sensus. Qñ igitur in libro de aīa loquitur de tactu, loqtur vt est in habitudine aīæ, quæ est actus corporis instrumētalis seu organici actus. & ita dixit illud, quod est organū tactus, est intus, s. cor, & caro dicta extrinseca, cui aduenīunt sensibilia, concurrit in ratione medij, sed, qñ dixit carnem esse organū, consyderauit cōparando partes similares. Vnde, si partes similares in cōmuni, aut saltem partes similares cordis, ex quibus cor cōponitur, numerentur & comparētur inter se, cuiꝰ istoꝝ tributur tactus. Cor. n. ſm Arist. est principiū omnium venarū & neruoꝝ, & est in eo sanguis & adeps. sic ſm Arist. dicendū est carnem esse organum. & nullus negꝰ Græcoꝝ, negꝰ Arabum, nec Latinorum vidit istā conciliationem in Aristo. ante nos, quia aliter loqtur in p° de partibus, & in p°de historia, quādo dixit carnē, aliter in .3. de partibus, qñ dicit cor, quia ibi loquitur cōparando tactum ad partes similares, sed in .3. ad partes dissimilares. & sic ēt in .2. de aīa: quia aīa est actus primus corporis organici. & ideo tactus, vt est de virtutibus aīæ, in libris de anima habet primo consyderari, vt attribuitur membro organico propter aīæ definitionem. Caro igitur ſm Arist. aliter & aliter est organū, & est medium. Vide pro complemento Albertum. 12. de animalibus tractatu. 2. cap̄. 8.

Secūdo colliget cap̄. 17.

Quinta contradi. est in cap̄. 17. Scribit Auer. ꝙ sensus olfactus in aīalibus, quæ odorant sine attractione, vt est in apibus & formicis, iste sensus est clarior, q̄m in ijs, quæ odorant per attractionē. Sed huius oppositū legimus in .5. de generatione animalium cap̄. 4. ꝙ sensus claritas prouenit ex organi syncritate, quæ attestatur cōplexioni magis temperatæ. Cùm igitur multa aīalia saltim homo, qui per attractionē odorat, habeat complexionem magis temperatā, igitur organum eius est syncerius, et per consequens sensus olfactus est clarior.

Solutio.

Nisi esset ꝙ dictum eius est intantū, quòd ad manifestationē actus sentēdi, quia aīalia ista, vt apes ad longam distantiā insequuntur nutrimentū ex odore sine attractione. sed aīalia, nisi attrahāt, debiliter mutantur. vnde, quādo volumus bene percipere appropinquamus, & attrahimus odores, & ita faciunt carnes & alia. sed, quò ad distincte cognoscere differentias odoꝝ nos excellimus alia. & ista est sententia Arist. tbi, licet multa quò ad distantiam excedant nos in hoc actu.

SVPER TERTIO LIBRO COLLIGET.

Tertio colliget cap̄. 12.

COntradictio est in .3. colliget cap̄. 38. Loquens de sensu visus, & accidētibus ei, dicit ꝙ proprietas visus est, ꝙ est susceptiuus coloꝝ, qui non unt denudati à materia. Sed hoc contradicit Philosopho in .2. de aīa, qui dicit cuiuslibet sensus proprium est susceptiuum specterū sine materia. Soluntur, ꝙ intelligitur de abstractione à materia & cōditionibus eius: hoc enim intellectus est proprium. & ideo infert ꝙ, si ita esset, tunc ipse esset intellectus. verba enim sequentia hunc sensum præseferunt ibidem.

Solutio.

SVPER QVINTO LIBRO COLLIGET.

Quinto colliget cap̄. 12.

AVerroes in .12. cap̄. vbi de medicinis stipticis loquitur, inquit ꝙ frigiditas, quæ non est terrestris, est debilis operatiōis. Videtur igit ꝙ terra sit frigidior aqua, cuius oppositū habetur in .2. de generatione & corrup. te. cō.21. Solutio. intentio eius est ponere differentiā inter medicinas oppilatiuas, & stipticas. nā licet ambæ frigidæ sint, tñ differunt. quia oppilatiuæ fundant in materia subtili, sed stipticę in materia grossa. & ideo est materia terrestris, quia frigiditas iuncta siccitati inducit grossitiē, sed iuncta humiditati inducit subtilitatē. & ideo dicit ꝙ istæ stipticæ medicinæ sunt natura frigidæ, & terrestres, & fortis siccitatis, qa terra est principium siccoꝝ. Sed ista solutio stare non pōt, quia ipse in cap̄. de medicinis oppilatiuis dicit quòd sunt naturæ frigidæ, & terrestres, & remotę à mordicatione. Nisi esset ꝙ est latitudo in mistis, quia terrestreitas magis dominat in stipticis. vnde ibidem dicit ꝙ oppilatiuæ aut sunt tēperatæ cōplexionis, aut declinant ad paruā frigiditatem. vnde cōplexio mistorum differt à cōplexione simpliciū, & habet latitudinem magnam, & diuersitatem etiam in ipsis mistis.

Quinto colliget cap̄. 13.

Secunda contradi. est in cap̄. 13. Dicit Auer. ꝙ non est extraneum vnius agentis actiones diuersificari diuersis dispositionibus subiectę. Huius oppositum habetur in .2. de anima cō.60. Solutio. Non est contradictio, nā sermo eius in .2. de aīa est sermo comparatiuus, videlicet ꝙ melius est existimare materiā diuersifi cari per formā q̄m econtra. quia, vt dicit Cōmē. 2. phy. in hoc Arist. resistit Antiquis cō.8. ipsi. n. opinabantur ꝙ formæ sequuntur materiā, & diuersificantur per illas. & ipse opinat econtrario. cùm hoc tñ stat dictum eius in hoc loco, qa actus actiuoꝝ sunt in patiente & dispositō: & ideo nō inconuenit ab vno agente ex diuersis dispōnibus subiecti prouenire diuersos actus, sicut ibi datur exemplū, ꝙ medicinæ, quę Bezahar à Medicis dicuntur, ideſt quæ sunt appropriatæ contra aliqua venena, corpus sanū interficiūt, et corpus affectū diuposītiōe venenosa, cui illa medicina cōtrariat, sanat illud.

Quinto colliget cap̄. 20.

Tertia contradi. est in cap̄. 24. Dicit ꝙ corpora animaliū sunt calidiora terræ nascētibus: & ideo in terræ nascentibus nō inuenitur calor in actu. Sed huic aduersatur dictū Arist. in libro de morte & vita, vbi dicit generationē animatoꝝ, dicens ꝙ generatio est prima participatio aīæ in calido naturali, & vita est eius permansio. Amplius in .2. de aīa, & in libro de longitudine & breuitate vitę, aīa oīa mediante igne operatur, & ita in vegetabilibus est calor in actu. Soluntur, non est in actu secundo, vt sensibiliter à nobis sentiatur, sicut est in aīalibus. nam, vt inquit Galenus, si quis poneret manū in cordis ventriculis, sentiret manifestam & notabilem caliditatem, qualem non sentimus in partibus intimis, aut extrinsecus plantarum. & sic intelligitur dictum eius. Et sic est finis solutionum ad cōtradictiones Arist. & Auer. super tota Philosophia Naturali, & sup tota Metaphysica, & super libro de Substantia orbis, & super libris Colliget. Ad laudem omnipotentis Dei, & gloriosissimæ virginis Mariæ. in quibus, si quid dictū est, quod à veritate fidei nostræ dissonare videtur, illud ex Philosophoꝝ mente, & Auerrois, cuius nos interpretes fuimus, dictū sit. Ego aūt in omnibus Romanę ecclesiæ me submitto pro veritate fidei nostræ, pro qua bis patiar mori, pro qua bis mortiar libens.

Solutionum Contradictionum in dictis
Aristotelis et Averrois finis.

Solu. Contrad. Cum. [illegible] Marci

QVAESTIO
MARCIANTONII
ZIMARAE QVAESTIO
DE PRIMO COGNITO,
IN GYMNASIO PATAVINO PVBLICE EXAMINATA.

QVærebatur in lectionibus noſtris ſuper prologo phyſicæ auſcultationis, vtrũ magis vniuerſalia eſſent intellectui noſtro notiora in ſua prima naturali cognitione: quã communis. Et confutam appellare ſolemniter videbatur quòd nõ. Nam neque hoc eſt in prima operatione intellectus, quæ eſt formatio: nec in ſecunda, quæ eſt fides ſeu diſcurſus: igitur nullo modo vniuerſale magis eſt notius minus vniuerſali in tali cognitione. Conſequentia nota, quia iſti duo actus ſufficienter videntur diuidere omnem actum intellectus, ſicut patet. 3. de anima, textu commenti. 26. Antecedens quantum ad primam ſui partem probatur. nam in cognitione incomplexa, quæ eſt in prima intellectus operatione, nomina definitorum ſunt notiora nobis in cognitione confuſa: talia autem ſecundum Auerroim ibi in commento ſunt ſpecies nominatæ: igitur ſpecies in cognitione prima eſt notior alijs magis vniuerſalibus, qualia ſunt genera & differentiæ. Nec valet, ſi dicatur, vt dicit Beatus doctor ibi, quòd definiens ad definitum dupliciter comparari poteſt. Vno modo abſolute. & iſto modo magis vniuerſalia ſunt notiora in cognitione confuſa minus vniuerſalibus, quæ ſic abſolute conſyderantur. Alio modo vniuerſalia magis poſſunt comparari minus vniuerſalibus, vt ſunt definientia ea. & iſto modo minus vniuerſalia ſunt notiora nobis magis vniuerſalibus. Contra, magis vniuerſalia vt definientia, ſunt prius nota minus vniuerſalibus. qa definitio minus vniuerſalis haberi non poteſt, ignorata definitione magis vniuerſalis, cum definitio detur per priora & notiora, ex ſexto topic. Secunda pars antecedentis oſtenditur. nam in ſecũdo actu intellectus, qui eſt cum compoſitione & diſcurſu, confuſa magis ſunt nobis notiora per Philoſophum primo phyſicorum textu cõmenti ſecundi & tertij, vbi dicitur quòd prima noſtra cognitio naturalis procedit à notioribus nobis, quæ ſunt cõfuſa magis. illa autem, quæ ſunt confuſa magis, ſunt ipſa compoſita cauſata ex elemẽtis, ſicut exponit Commentator ibi in commento tertio: per talia autem intellexit ipſas ſpecies, & non ſingularia: quia talia non ingrediũtur formaliter ſyllogiſmum demonſtratiuum. ergo etiam in cognitione prima habita per diſcurſum minus vniuerſalia ſunt notiora magis vniuerſalibus. igitur abſolute concedendum eſt minus vniuerſalia in prima cognitione noſtra naturali eſſe notiora, cũ prima noſtra naturalis cognitio, aut complexa, aut incomplexa ſit. & in vtraq; probatum fuit propoſitum noſtrum. Ad oppoſitũ dicitur eſſe Ariſtote. & Commentato. primo phyſic. tex. commen. 4. & in infinitis alijs locis.

In tita quæſtione difficillima ita procedam. Primo exponam titulum quæſtionis. Secundo ponam opiniones famoſas in hac materia. Et poſtremo ponam opinionem, quam credo veram eſſe.

Debes ſcire quòd vniuerſale dupliciter ſumi poteſt, vel formaliter, vel fundamentaliter. formaliter dicit vniuerſalitatem ipſam, quæ eſt ſecunda intentio, & eſt accidens à ratione cauſatum. fundamẽtaliter autem eſt prima intentio, & prima rei notio. Iſta diſtinctio colligitur de intẽtione Auerrois. 7. metaphyſicę commento. 46. vbi habet quòd vniuerſalia habent aliquam diſpoſitionem diſpoſitionum ſubſtantialium, & qualitatem accidentęm eis. Vniuerſale autem pro prima intentione ſumptum adhuc dupliciter conſueuit ſumi. Vno modo pro vniuerſali in cauſando: & ſic cõſueuimus Deum & intelligentias vniuerſalia nuncupare. & iſto modo ſumpſit Philoſophus vniuerſale in pœmio ſuæ metaphyſicæ, dum dixit vniuerſalia ſunt difficillima ad cognoſcẽdum, cùm ſint à ſenſibus remoutſſima. Alio modo ſumitur vniuerſale in prædicando: & eſt illud, quod aptum natum eſt de pluribus prædicari. Et ſic ſumpſit vniuerſale Philoſophus in primo peri hermenias, & in. 7. metaphyſi. tex. commento. 45. &. 57. In hac igitur quæſtione nõ loquimur de vniuerſali pro ſecunda intentione, ſed de vniuerſali pro prima intentione. Et adhuc de iſto non loquimur, vt ſupponit pro vniuerſali in cauſando: quia de hoc cõueuerunt omnes Peripatetici, quòd eſt poſterius cognitum à nobis. Loquimur igit de vniuerſali pro prima intẽtione, vt ſupponit pro vniuerſali in prædicando: ſicut eſt animal, et homo, & huiuſmodi. Secũdo debes intelligere quòd cognitio in nobis duplex eſt, quædam eſt, quæ procedit à nobis magis notis, qualia ſunt effectus vt in pluribus, & ipſa accidentia. & iſta cognitio appellatur ab Auer. prima cognitio naturalis. nam, cùm intellectus noſter naturaliter intelligat concurrentibus phãtaſmatibus. 3. de anima. textu commen. 39. illa igitur appellatur prima hominis naturalis cognitio, quæ ortum habet immediate à rebus magis phantaſiatis, qualia ſunt effectus, & ipſa accidentia. & iſta à Latinis dicitur cognitio confuſa & indiſtincta. & talis, ſi fuerit complexa. habetur demonſtratione ſigni, vel aliqua via conſimili. ſi incõplexa, habetur per definitionem quid nominis, vel per aliquid illi ſimile. & eſt, quãdo homo cognoſcit aliquid ſolum quòd ad quid nominis. Alia vero eſt cognitio diſtincta. & iſta procedit à cauſis, & à rebus naturæ prioribus, & notioribus. & iſta habeẽ per definitionem quid rei, ſi incomplexa fuerit: vel per demonſtrationem à priori, ſi fuerit cõplexa. præcipue autem mouetur quæſtio de cognitione confuſa incomplexa: licet etiam de complexa dicemus illud, quod nobis apparet. Hæc de primo.

Quantum ad ſecũdum principale inuenio Burleum & Gregorium Arminenſem, quem Nominales præcipuum habent, qui in primo ſententiarum diſtinctione tertia quæſtione tertia articulo ſecundo tenet quòd ſingulare eſt primo cognitum in cognitione confuſa, ſiue complexa, ſiue incomplexa fuerit: motus variis argumẽtis & rationibus. Supponit aũt in primis vnum de intentione Commentatoris, quòd vniuerſale non eſt aliquid extra animam exiſtens, ſed eſt conceptus fictus, ſeu formatus per animam communis pluribus, de qbus prædicatur. quo ſuppoſito ſtante probat propoſitum ſuum ſic. Antequam vniuerſale formetur, ſeu fingatur ab intellectu, aliquod ſingulare eſt cognitum: igitur ſingulare eſt primo cognitum ab intellectu. conſequentia eſt manifeſta: & antecedens probatur ab ipſo. quia impoſſibile eſt, vt dicit abſtrahere & fingere aliquẽ conceptum ab aliquibus rebus, niſi illæ res, vel aliqua earum ſint apprehenſæ: quoniam de rebus omino ignotis nullus cõceptus omnino formari põt. Nec valet, ſi dicaẽ ad hoc, q; tale, à quò fit abſtractio, ſit prius notum, quò ad ſenſum, nõ autem quò ad intellectum, nam hoc

Opinio Burlei, & Nominalium.

nam hoc directe contradicit Ariſtote. & ſuo Commentatori in. 12. metaphyſi. commento. 4. vbi habet, vniuerſalia apud Ariſtotelem ſunt collecta ex particularibus in intellectu, qui accipit inter ea cõſimilitudinem, & facit ea vnam intentionem. Nec eſt imaginabile vt dicit quòd vna virtus comprehendat ſingularia et conuenientiam eorũ, & alia formet ipſum vniuerſale. nam hoc eſſet ſimile, ac ſi vnus homo apprehẽderet ſingularia, & alter hõ apprehenderet vniuerſale: quod eſt abſurdum. Et pro hoc videtur facere ſentẽtia Philoſophi in ſecundo de anima in tex. commenti. 146. vbi conſimili medio arguit de ſenſu cõmuni. habet enim quòd virtus apprehendens conuenientiam & differentiam inter aliqua eadem, cõprehẽdit illa ſub rationibus proprijs, quæ adinuicem conueniunt & differunt. Et confirmatur adhuc iſta poſitio authoritate Auerr. primo phyſicorum. commento. 5. vbi habet quòd etſi ſingulare non ſit principium in ſcientia demõſtratiua, eſt tamen principiũ acquiſitionis vniuerſalis, quod eſt principium doctrinæ demonſtratiuæ. ſicut dicit etiam Philoſophus in calce ſecundi poſterio. Præterea ad principale arguitur ſic. Primo cognitum ab intellectu non eſt aliquid ab intellectu fabricatum: vniuerſale eſt huiuſmodi per ſuppoſitum: ergo vniuerſale nõ eſt primo cognitum ab intellectu: relinquitur ergo quòd ſingulare ſit primo cognitum. diſcurſus notus cum minori, & maior probatur: nam intelligibile intellectionem natura præcedit, ſicut cauſa præcedit effectum. minor patet ex ſuppoſito, vt diximus, & eſt etiam ipſius Auerrois in primo de anima commento. 8. vbi habet quòd intellectus eſt, qui facit vniuerſalitatem in rebus. Tertio principaliter, & iſtud argumentum etiam eſt Burlei in prologo primi phyſic. Si vniuerſale eſſet primo cognitum ab intellectu, tale non poſſet cõferre ad intellectionem ſingularium: quia, cùm illud abſtractum ſit à ſingularibus, mediante illo non deuenimus ad cognitionem vnius ſingularis, poſtquam ad cognitionem alterius: aut ergo per illud deuenimus ad cognitionem omnium, aut ad cognitionem nullius: quorum vtrũq; abſurdum eſt. Amplius nullus imponit nomen rei, quam ignorat per Philoſophum. 4. metaphy. tex. commento. 10. & per Auerroem. 7. metaphyſi. textu commen. 54. ſed intellectus imponit nomina primo ſingularibus: ergo illa ſunt ſibi primo nota. Nec valet, ſi dicatur quòd ſingulare non cognoſcitur ab intellectu: quia, vt dicunt, intellectus ponit conuententiam & differentiam inter ſingulare & vniuerſale: intellectus in inductione procedit à ſingularibus ad vniuerſalia: &, cùm procedat ex præexiſtente cognitione, ſequitur ipſum ſingulare cognoſcere. ſimiliter intellectus formar iſtam propoſitionẽ, Socrates eſt homo, Socrates eſt animal: ergo oportet ipſum extrema prægnoſcere. Hæc & alia conſimilia dicunt in hac materia ſuſtinentes ſingulare eſſe primo cognitum ab intellectu in prima cognitione, quæ confuſa dicitur.

Quidquid ſit ex parte rei de iſta opinione, mihi tamen videtur ſalua reuerentia taliter ſentientium quòd iſta opinio non eſt ex intẽtione Ariſtotelis & ſui Commentato. Auerro. Nam, ſicut ſcribit Commentator. 2. de anima commento. 26. ex ſententia Auen pace, quiditas in intellectu non habet formam corporalem nec ſpiritualem, cui ſuſtentatur: cùm intellectum, vt declaratum eſt, nõ ſit indiuiduum. Vnde, ſicut mea fert opinio, ſententia Peripateticorũ fuit quòd intellectio ſingularis materialis repugnat intellectui, vt intellectus eſt, nõ quatenus ſingulare, ſed quatenus materiale eſt. Vnde Commentator in commẽto ſuper libro de diuinatione inquit, quòd declaratum eſt in prima philoſophia quòd intelligentię non intelligũt niſi naturas vniuerſales, & nõ dant niſi ſimile eius, quod habent. impoſſibile eſt enim vt dent intentionem indiuiduali omnino, cùm non habeant naturam cõprehendentem particularem intentionẽ, et illæ formæ non indiuiduantur niſi per materiam. &, ſi intelligẽtiæ abſtractæ comprehenderent indiuiduum, tunc neceſſario eſſent materiales. Hæc Cõmẽtator. vnde, ſi alicui intellectui competit cognoſcere ſingulare, hoc non eſt inquantum intellectus eſt: quia vt ſic vniuerſaliter habet cognoſcere. ſic enim ponitur differentia inter receptionem materiæ & inter receptionẽ intellectus, ſicut patet. 2. de anima commen. quinto, &. 28. nam materia eſt cauſa receptionis ſignatæ, intellectus autem eſt cauſa receptionis abſtractæ. ſi ergo hoc alicui intellectui competet, hoc erit inquantum materialis, ideſt inquantum à materia in operando aliquo modo dependet. Et ſic eſt de intellectu noſtro poſſibili, qui, cùm ſit infimus in genere abſtractorũm. 3. de anima, commento. 19. accidit ſibi inquantum intellectus eſt, ipſum talem habere habitudinem ad hominem, q; vt ſic ſine phantaſmate non poſſit intelligere, aut homo per ipſum. Niſi igitur intellectus noſter coniunctus eſt phantaſiæ & continuo & tẽporali, nullo pacto poſſet ſingulare cognoſcere. Et ideo ſunt maxima diſcordia inter Antiquos, qualiter et quo modo itellectus iſte ſingulare cognoſcat, nullus autem ex Antiquis dixit ſingulare eſſe primo cognitum, cùm dubium ſit apud ipſos an cognoſci queat ab intellectu, & de modo cognitionis eius. Et ideo optimo iſta nõ videtur Ariſtotelica, nec rationes iſtius opinionis cogũt.

Ad primum dico, admittendo ſuppoſitum ad iſtum intellectum, videlicet quòd vniuerſale non eſt aliquid extra animam diſtinctum à ſingulari, ſed eſt aliqd cauſatum ab intellectu agente vnà cum phantaſmate. Et tunc dico quòd, cùm intellectus agẽs ſit, qui facit vniuerſalitatẽ in rebus, p° de aĩa. cõ. 8. vbi dicitur q; intellectus eſt, qui facit vniuerſalitatẽ in rebus, iſte aũt intellectus, faciens apud ipſum, agens intellectus eſt. nã, ſi licet nobis Auer. exponere per Auer. inueneripus hoc, quod diximus. iple enim. 3. de aĩa. cõ. 18. habet q; intellectus agẽs eſt, qui tranſfert res de ordine in ordinem, & facit de potẽtia intellectis actu intellecta. ſed iſte intellectus in abſtrahendo nõ cognoſcit ſingularia, à quibus abſtrahit. ſicut enim ſcribit Commẽtator. 2. de anima commento. 19. & ante ipſum Themiſtius. 2. de anima ſuper expoſitione tex. commẽ. 16. Talis intellectus non cognoſcit aliquid eorum, quæ ſunt hic: tale aũtem vniuerſale abſtractum ab intellectu agente eſt illud, quod immediate mouet intellectum poſſibilem: qa materiale immediate agere nõ poteſt in immateriale. Vn de Commentator. 3. de anima commento. 5. &. 18. habet quòd intentiones imaginatæ non poſſunt mouere actu intellectum, niſi poſtquam fuerint actu intellectæ, non fiunt autẽ actu intellectæ, niſi per intellectum agentem, qui operatur in hoc, ſicut agẽs naturale. Abſtrahit enim vniuerſale à ſingulari, & nõ cognoſcit ſingulare materiale, à quo abſtrahit. ſicut ignis comburit lignũ, & neſcit ſe comburere illud. Et, quia Gregorius credidit tale vniuerſale fieri ab intellectu poſſibili, hinc eſt quòd grauiter decipitur, vt ſailor. Et ſic formaliter ad argumẽtum dico, quòd ſtat intellectum poſſibilem primo cognoſcere vniuerſale, quod vniuerſale eſt ab intellectu agente, abſtrahente naturam à ſingularitate ſine cognitione, ſed mere naturaliter. Et ideo, ſi argumentum aliquid probaret, maxime probaret ſingulare eſſe primo cognitũ ab intellectu agente: quia ille eſt qui abſtrahit. nullus autem dixit hoc. nam iudicium eſt in capitulo perfectionis iudicis ſecundum Auerroem 3. de anima. cõmento. 19. talis autem iudex cognoſcens & diſcernens eſt intellectus poſſibilis, & nõ intellectus

Sofiſtõrum Græcorum Artificia.

Solut. Contrad. Cum. v vt agens

agens in cognitione ista, quæ communiter nobis solet contingere. Ad authoritatem Commenta. in. 12. metaphyti. commento. 4. respondetur quòd ibi loquitur de vniuersali pro formali, quod est secunda intentio: & ideo non est ad propositum. Pro quo debes scire quòd vniuersale duo portat, materiale & formale: materiale est esse in multis, formale autem est dici de multis. & quo ad istud, sicut mihi videtur, causatur ab intellectu possibili taliter cõparante vnũ obiectũ cognitum ad aliud obiectũ cogitatũ. vnde ex similitudine, quam accipit intellectus inter singularia, causat vniuersale, quod est secunda intentio: & est quò ad id, quod est dici de pluribus. Dicãt Ioã. de gandauo, et alĳ Moderni, quidquid velint, dico vniuersale pro formali suo ab intellectu possibili causari, et non ab intellectu agente. qa intellectus agens nõ cognoscit singularia, quę sunt hic, secundum Cõmenta. modo vniuersale pro secunda intentione causatur ex singularium cognitione: ideo non potest ab intellectu agente cognosci, & per consequẽs neq; causari. Notandum tamen quod, licet intellectus possibilis prius cognoscat singularia, ex quorum similitudine causat vniuersale pro secunda intentione, non tamẽ ea cognoscit, nisi mediãte sensu, et vt est phantasiæ cõiunctus, sicut patet. 3. de anima. commento. 9. Sed loquendo de vniuersali pro prima intentione bene pono illud ab intellectu agente causari: & illud prius innotescit intellectui possibili quam singulare. Et, quando dicebatur quòd impossibile est quod singulare cognoscatur ab vna potẽtia, & vniuersale sit causatum ab alia, sicut quòd vnus faciat antecedens, & alius consequens: Respõdetur quod, si loquamur de vniuersali pro secunda intentione, causatur ab intellectu possibili cognoscẽte singularia, ex quorum similitudine comparata causatur tale vniuersale, & singularia illa innotescũt sibi mediãte sensu. in cognitione autem vniuersalis pro prima intentione, si loquamur de vniuersali incomplexo, tale causatur ab intellectu agente: qui ille est, qui trãsfert res de ordine in ordinem, & facit de potentia intellectus actu intelligibile in causando non cognoscit singularia, à quibus abstrahit. talis enim actio procedit ab ipso per modum naturæ. De vniuersali autem complexo videtur Themistius, & multi alĳ, quæ authoritatis vtri, q̃ non inconuenit q̃ in inductione præmissæ sint cognitę à virtute cogitatiua, & conclusio fiat ab intellectu possibili propter essentialem ordinem existentẽ inter istas virtutes: quę tria se habent, quod quando vna istarum exit ad actum, alia etiam per cõcomitantiam est etiam in actu, vnde Philosophus in libro de memoria et remiscentia dixit quòd, quando intellectus intelligit quantum in vniuersali potentia sensitiua, aliquod quantum in particulari contẽplatur. Vnde hæc sunt verba Themistĳ super. 2. posterio. cõmento. 37. Porro huius inductionis, in qua tantus vicem obtinet sumptorum, vniuersale conclusionis continentia a sumptis sequitur conclusio: nec paruo repore abiicitur, sed inter sumpta, & conclusionem aliquanta vis incidit temporis. nam sumpta illico incipit affirmare tantus, sed, cum processit admodum ac diu exercitus est, tamen ea vis animi, quæ intellectus nominatur, [illegible] obtinet ipsam subtilitatem. In hoc autem opus est q̃ sit ex vita multo, q̃ quod est usum sparsimq̃ est, nisi spacio temporis cogi, & in vnum conferri non potest. Hoc etiam videtur sentire Auerro. in cõmento suo super lib. de diuinatione, vbi vocans declarare modum, quo tamen vera causentur in nobis ab intelligentia, dixit quòd intelligẽtia dat intentiones vniuersales, & imaginatiua recipit eas particulares: quemadmodum Medicus curat quod accidit corporibus. & eius animę in eo, quo tempore terminato per duas propositiones, quarum vna est vniuersalis intelligibilis, & alia particularis sensibilis. ecce hæc videtur esse intentio eius in illo loco, si conſyderentur bene verba eius. Hoc idem videtur fuisse de intentione Philosophi in primo posterio. in tex. commento. 33. vbi ostendit quòd deficiente aliquo sensu à natiuitate, impossibile est scientiam illius sensibilis in intellectu gigni. liquidẽ addiscimus, aut per demõstrationem, aut per inductionem. inductio autem est de his, quæ particularia sunt, demonstratio autem de vniuersalibus. impossibile est autem vniuersalia speculari nisi per inductionem. inducere autem non habentes sensum impossibile est. singularium enim sensus est: non enim cõtingit accipere ipsorum scientiam. neq; enim ex vniuersalibus est sine inductione, neq; per inductionem sine sensu. Et propter hoc dixit ipse in. 2. physico. tex. cõmenti. 6. quòd cæcus de coloribus disputãs, de nominibus solis rationem habebit, nihil tamen intelliget. Et ideo caueant qui tenent de intentione Philosophi cæcum à natiuitate posse habere scientiã, non per inuentionem, sed per doctrinam. immo sententia sua fuit, nullo modo scientiam in eo causari posse. Et, si tu quæras quomodo est hoc possibile, quod in vno discursu præmissæ fiant ab vna virtute, & conclusio ab alia virtute, diceretur quòd hoc nõ debet videri alicui mirabile. nam sicut est in magno mundo, in quo videmus quòd ex omnibus corporibus cœlestibus, & ex omnibus suis motoribus fit vnum aial magnum, ita quòd ex eis fit vnus actus, sicut scribit Commentator. 2. cœli commẽto. 42. & secundo cap. de substantia orbis. & 12. metaphyti. 44. cõmento, & in libro de destructio destructionum in disputatione. 3. in solutione. 18. dubĳ, sic dicimus in homine, qui est paruus mundus, contingere posse quòd, propter essentialem ordinem, & colligationem intellectus cum cogitatiua virtute fuit hoc, quòd ad vnã operationem concurrant ambæ secundum diuersas rationes. & tunc illud, quod adducitur à Gregorio Arimĩnesi tãquam impossibile, videtur esse necessarium. Et, quando dicebat quòd hoc esset, ac si vnus homo faceret antecedens, & alter consequens: Respondetur negando similitudinem, quia nõ est ordo essentialis in intelligendo vnius hominis respectu alterius, sicut est de sensu interiori respectu intellectus. Et licet ista opinio videatur noua, tamen videtur esse Antiqua satis, sicut vides. Aut aliter potest dici quòd in cognitione complexa vniuersalis, quæ per inductionẽ habetur, eadem virtus, scilicet intellectus possibilis est, qui format præmissas & conclusiones, quia secundum Philosophũ. 2. de anima, tex. commen. 146. videtur velle eandem virtutem esse, quæ cognoscit extrema & medium, in quo conueniunt. Et tunc diceretur secundum illam viã non esse inconuenientis in complexa cognitione singularia prius intellectui innotescere quàm vniuersalia. tamen ista singularia cognoscuntur ab intellectu possibili, vt reflectitur, & vnitur phantasiæ virtuti, non vt intellectus præcise, & in se consyderatus. Et, si ista via teneretur, possent glosari omnes authoritates, & Themistĳ, & Auerro. & Aristote. quæ sonare videntur præmissas in inductione causari à virtute sensitiua interiori, & conclusionem ab intellectu isto modo. nam pro quanto vniuersalis conclusio non potest sequi ex vna singulari præcipue in materia probabili, & in materia, quæ est in his, quæ vt in pluribus contingunt, necessarium est virtutem experimẽtatiuam, quæ est cogitatiua, maxime versatam esse in cognitione singularium, ex quibus tandem intellectus vniuersalem conclusionem deducit. Istud igitur experimentum: sensitiuæ partis est, quo habito intellectus ipse singulares illas præmissas tam dat per cogitatiuã virtutem notas adinuicẽ componit, quibus sic compositis ipse conclusionem etiam infert.

Discursus iste igit̃ à præmissis ad conclusionem vniuersalem per inductionẽ ostensam ab intellectu possibili fit tam quò ad præmissas, quàm quò ad conclusionem: sed, quia ad discurrendum isto modo intellectus possibilis motus fuit à cogitatiua virtute, in qua ista cognitio singularium præexistebat, pro quanto cogitatiua virtus occasio fuit intellectui ad discurrendum à talibus præmissis præcognitis diu ante ab ipsa quàm ab ipso intellectu, pro tanto dixit Themistius, & Commẽtator inductionis antecedens formari à virtute sensitiua interiori, conclusionem autem ab intellectu. Et ista via est magis vera, vt mihi videtur: sicut etiam infra dicam. Quidquid tamẽ sit de hoc, dico quòd nos loquimur de cognitione incomplexa, quando quærimus quid sit primo cognitũ in tali cognitione confusa. Ad tertium argumentum Gregorij respõdetur distinguendo illam, dũ dicit illud, quod primo cognoscitur ab intellectu, nõ causatur ab intellectu. quia, si hoc referatur ad vnum, & eundem intellectum, puta possibilem tantum, vera est: quia quælibet potentia receptiua præsupponit obiectũ suum, à quo mouetur primo. & sic, cùm ego teneam vniuersale pro prima intẽtione esse primo cognitum ab intellectu possibili, dico illud non esse causatũ vt sic ab intellectu possibili, sed ab intellectu agente. intentiones enim imaginatæ, sicut scribit Commentator. 3. de anima. commento. 5. & commento. 18. non possunt mouere intellectum possibilem, nisi postquam fuerint actu intellectæ. non sunt autem neq; fiunt actu intellectæ secundũ ipsum, nisi per intellectum agentem transferentem eas de ordine in ordinem, pro quanto de esse materiali & signato transfert eas ad ordinem immaterialium & vniuersalium. Alio modò hoc potest referri ad diuersos intellectus, scilicet q̃ illud, quod primo cognoscitur ab intellectu, non causatur ab intellectu, siue ille sit possibilis, siue ille sit agens. & sic negatur. immo dico quòd ista duo stant simul, quòd intellectus possibilis cognoscat, & iudicet illud, quod ab intellectu agẽte productum est. iudicium enim sicut scribit Auerro. 3. de anima. commento. 19. est in capitulo perfectionis iudicis: actio autem non est secundum illũ modum in capitulo perfectionis agentis. Et hoc non dixisset Commentator, nisi tenuisset alium esse intellectum distinguentem & cognoscentem, & alium intellectum vniuersale producentem. Illud igitur, quod fecit istum hominem errare, si ita licet loqui de tanto viro, fuit, quia credidit quodlibet vniuersale causari ab intellectu possibili. Sed nõ est verum. licet enim vniuersale, vt est secunda intẽtio causetur ex actu collatiuo intellectus possibilis comparãtis vnum obiectum cognitum ad aliud obiectum cognitũ, non tamen vniuersale, prout est prima intentio, ab intellectu possibili causatur, sed ab intellectu agente vnà cum phantasmate. Ad tertiũ principale, quod est Burlei, respõdetur quòd vniuersale primo cognoscitur, & directe ab intellectu: sed singulare nõ cognoscitur, nisi reflexe & mediante sensu, sicut scribit Commentator. 3. de anima. commento. 9. vbi dicit quòd, si vniuersale & singulare sua se habeãt q̃ vtrũq; per se & solitarie consyderetur, tũc vniuersale per se ab intellectu cognoscitur, singulare autẽ à sensu. sed, si ista adinuicem comparentur, cognoscuntur ab vna & eadem virtute secundum diuersas habitudines se habẽte, puta quando comparantur quò ad conuenientiam & differẽtiam. vnde intellectus est ille, qui cognoscit conuenientiam & differentiam inter singulare & vniuersale, sed diuersis modis: quia vniuersale per se cognoscit sub ratione, scilicet qua intellectus est, & singulare cognoscit mediante sensu, hoc est inquantum consyderatur, vt est phantasiæ, & tempori colligatus. nam vt ipse dicit ibidem, illud, quod cognoscit alietatem inter duo, necesse est vt sit vnum vno modo, & multa alio modo. Vnde hęc sunt verba Auerrois ibi. Cùm fuerit declaratum quod sensibilia diuiduntur in duplex esse, scilicet an hoc singulare & in suam formam, necesse est vt virtus experimentatiua, ideſt comprehensiua comprehendat eam, aut per duas virtutes aut per vnam, sed duabus dispositionibus diuersis. Cùm duabus autem virtutibus erit, quando vtrunque comprehenderit per se, scilicet indiuiduum singulariter, & formam singulariter. Per vnam vero virtutẽ & dispositionem diuersam erit, quando comprehenderit alietatem, quæ est inter has duas intentiones. quod enim comprehendit alietatem inter duo, necesse est vt declaratum est, scilicet in secundo de anima tex. commento. 146. vt sit vnum vno modo, & multa alio modo. Et ista est dispositio intellectus in intelligendo alietatem, quæ est inter formam & indiuiduum. comprehendit enim formam per se, & indiuiduum mediante sensu. hoc est dictum intellectus, quatenus intellectus, vniuersalis est comprehẽsiuus: sed quatenus sentit coligatus, sic etiam singularis comprehensiuus. pro quãto igitur intellectus conuertit se ad phãtasmata singulare cognoscit. Et, si quæratur quomodo intellectus deuenit ad cognitionẽ singularis per tale phantasma, aut tanquam per aliquid notum, aut tanquam per ignotum, si primũ, cum phãtasma sit quid singulare: ergo equitur quòd prius singulare cognoscatur quàm vniuersale. si secundum, hoc est inconueniens: quia per ignotum nihil scitur. Primum argumentum stat adhuc in suo vigore, quòd, si intellectus primo cognoscit vniuersale quàm singulare, tunc ergo nõ magis deuenit in cognitionem vnius singularis quàm alterius, aut igitur omnia singularia simul cognoscet, aut nullum: quod videtur absurdum satis & inconueniens. Ad hoc respondetur quod & si intellectus cognoscit singulare mediante phantasmate, non est necessarium phantasma illud intellectui prius notum esse. Et, si arguatur cõtra, propter quod vnumquodque tale, & illud magis, primo posterio. & 12. metaphy. tex. commento. 4. cùm igitur singulare cognoscatur ab intellectu mediante phantasmate: ergo phantasma magis intelligetur. Soluitur, proposito tibi tamen sic limitatur à nobis in limitationibus nostris, quando est aliqua dispositio, quæ denominat causam & causatum, & in causato reperitur propter causam, magis tunc causæ quàm causato attribuitur denominatio illius dispositionis. & hoc est verum in omni genere causæ: quidquid dicãt Latini super hoc, modo, si argumentum tuum debet valere, deberes sic argumentari. singulare intelligitur, & phantasma intelligitur: & singulare intelligitur propter phantasma: ergo phantasma magis intelligitur. tamen illa negatur, quòd phãtasma intelligatur in hoc casu, & pro illo instanti: ideo non valet. vnde, sicut in visu obiectum videtur mediante specie visibili, nõ tamen sequitur speciem illam magis videri, sic dico in isto casu. Ad aliud dicunt aliqui q̃ intellectus magis deuenit ad cognitionem vnius singularis quàm ad cognitionem alterius, pro quanto fortius mouetur à phantasmate vnius quàm à phantasmate alterius. Mihi tamen videtur, saluo semper meliori iudicio, quòd differentia illa, quam intellectus facit inter vniuersale & singulare, est q̃ tale singulare nõ est singulare aliquod signatum, sed est singulare aliquod vagum stans sub vniuersalitate particularitatis. Vnde ego video Philosophum in libro priori, vbi docet syllogizare ex præmissis vniuersaliter & absolute, q̃ desinit vniuersalem, particularem, & indefinitam propositiones, nullam de singulari mentionem faciens. Video ipsum in prædicamentis, vbi de prima substantia loquitur, semper exemplificare de individuo. ergo, vt de aliquo

aliquo homine, & aliquo boue. Et hoc non fuisset, nisi
videret cp, cũ syllogizare sit actus intellectus, non põt
id fieri ex singularibus: cũ ab ipso nõ cognoscãtur. Et
quia intellectus noster singulare illud signatum, vt si-
gnatum est, non potest cognoscere: cũ modus sibi pro-
prius cognoscendi sit hunc ex toto oppositus, videtur
mihi quod, si intellectus noster intelligit singulare, cp
hoc est in ordine ad vniuersale, quò ad conuenientiam
& differentiam, & quò ad vniuersalitatem, cui suppo-
nitur tanquam pars. Et hoc, sicut videtur mihi, est de
intentione Commentatoris. 3. de anima. commẽto. 19.
si bene consyderentur verba eius. Et stante hoc funda
mento, soluitur argumentum Burlei: quia ipse imagi-
natur intellectum deducere cognitionem singularis si-
gnati, vt signatum est, & hoc fuit negatum. Ad alia,
quæ adducebantur ad probandum singulare per se co-
gnosci ab intellectu, quia imponit sibi nomen, & quia
format propositionem istam Socrates est homo, & hu
iusmodi, vnica responsione dicitur quod Socrates, vt
est suppositum hominis, cognoscitur ab intellectu, &
vt habitudinẽ habet ad ipsum vniuersale, sub quo co-
gnoscitur: non autem inquantum Socrates dicit mihi
indiuiduum significatum loco & tempore: quia vt sic
à sensu cognoscitur. Et ideo dixit Commentator. 3. de
anima commento. 5. quod singulare per se, idest so-
lum per se, & vt significatum sensu cognoscitur: sed, quando
consyderatur in ordine, & habitudine ad vtile, quo
ad alteratum & conueniens, sic ab intellectu cognosci
tur & ista non videtur. Modernis, sicut poteris videre.

Opin Scoti. Subtilis doctor primo tertiarum distinctione. 3. quæstione. 2. habet quod, loquendo de prioritate origi
nis, primo videndum est in cognitione actuali quid sit
primo cognitum ab intellectu nostro, præmittit au-
tem aliqua supposita. Primum quod aliud est cõceptus
simpliciter simplex, & aliud est conceptus simplex non
simpliciter simplex. Simpliciter simplicem conceptum
dicit illum, qui non est relabilis in quid, & in quale,
sicut est conceptus entis & passionum suarum, & con-
ceptus vltimarum differentiarum. Cõceptus simplex
non simpliciter simplex est conceptus, qui à suis simpli-
cibus intelligẽtibus cognosci potest, & est respectu ubius in qd,
& in quale. Secundo supponit quod aliud est confu-
sum intelligere, & aliud est distincte intelligere. Confu-
sum enim idem est quod indistinctum. & sicut duplex
est indistinguibilitas, scilicet totius vniuersalis in suas
partes, & totius essentialis in suas partes, ita est duplex
totum confusum. Igitur intelligitur, quando intelligitur
aliquod illorum duorum indistinctorum, scilicet totum
essentiale, aut totum vniuersale. Confuse autem aliqd
concipi dicitur, quando conceptus aliquid, sicut expri
mitur per nomen definitum, & non exprimitur per definitionem. His
stantibus ponit tres conclusiones. Prima conclusio ta
lis est, in cognitione actuali vtius vnius originis & generatio-
nis eorum, quæ sunt, primum cognitum est quiddam, primum actualiter cognitum cõceptus est quidditatis, existentialis, cuius sin-
gulare tantum mouet sensum, vt sit audibile, siue visi-
bile, tale aliquid actu. Et hoc ostendit, quod singula-
re non possit actualiter intelligi, ista conclusio pro-
batur tribus rationibus. Et primo sic. Causa naturalis
agit ad esse tantum secundum virtutẽ potentiæ suę,
quando non est impedita: igitur ad esse tantum perfectissimum, quem primo potest producere, primo agit, sed
omnia concurrentia ad actum, præter rem intellectus,
sunt causæ meræ naturales, quia præcedunt omnem
actum voluntatis, & non impedit æ, vt patet: ergo
producunt perfectissimum esse tantum, quem possunt: ta-
le autem non est nisi conceptus, scilicet specialissimæ. si
tum aliquis alius esset conceptus, puta cõceptus com-
munioris alicuius, vniuersale esset perfectissimus, in
quem ista possunt. &, cùm conceptus illius communio-
ris sit imperfectior conceptu speciei specialissimæ, sicut
pars est imperfectior toto, sequeretur quòd illa nõ pos-
sent in conceptu illius speciei, & ita nũquam causarent
conceptum istum, quod est absurdum. Secundo prin
cipaliter. Secundum Auicennam Metaphysica est vlti
ma via doctrinæ: ergo principia omnium aliarum scien
tiarum possunt cognosci, & etiam terminus illarum ante
principia metaphysicæ, sed hoc non esset, si oporteret
primo concipere actualiter conceptus communiores,
quàm conceptus specierum specialissimarũ, tunc enim
primo oporteret concipiens esse huiusmodi: & ita Me-
taphysica esset prior via doctrinæ, quod est absurdũ.
Tertio principaliter. Si vniuersale magis cognitione
actuali primo cognosceretur, quàm minus vniuersale
confuse, sequeretur quòd intellectus magnum tempus
apponeret, antequam deduceret in cognitionem spe-
ciei, cuius singulare erit primo sensatũ: quia prius oportet intelligere ola prædicata qditatiua ad ipsam, antequã ipsam cognosceret: quod est contra experimentũ.

Secunda conclusio principalis est ista. In cognitione distincta magis vniuersalia sunt primo cognita cognitione actuali, & illis propinquiora sunt priora, & quæ sunt remotiora posteriora sunt. Ista conclusio sic pro-
batur ab ipso. Nil intelligitur distincte, nisi quando in-
telliguntur ea, quæ sunt in intima ratione eius, & essen
tiali: ens autem includitur in ratione essentiali cuiuslibet inferioris ad entis conceptum quidditatiuum: ergo
nullius conceptus inferior distincte concipi potest, non
conceptо ente. Ens autem non potest cõcipi, nisi distin
cte, quia non habet conceptum, nisi simpliciter simpli-
cem: ergo ens est primus conceptus, qui distincte con-
cipi potest cognitione actuali: quia alij conceptus non
possunt distincte concipi sine eo, ipsum autem bene si-
ne alijs concipi potest. Et ex hoc infert vnũ pulchrum,
quod principia aliarum scientiarum sunt per se nota ex
confusa ratione terminorum, & ex Metaphysica sunt
scita. Ponit insuper duas alias conclusiones: quarũ vna
pertinet ad cognitionem habitualem seu essentialẽ, &
de primo cognito prioritate perfectiõis, de quibus ni-
hil ad præsens. Sed in duabus primis conclusionibus tã positis debes scire quòd in secunda conclusione, quæ
est de cognitione distincta, omnes vnanimiter conue-
nerũt quod magis vniuersalia sunt primo cognita nisi
quidam, qui de nouo incipit philosophari, qui oppositum opinatur, de quo non sit nobis curæ. nam vt scri-
bit Philosophus in primo topicorum. 9. quolibet pro-
ferente contraria opinionibus sapientum, de quolibet
solicitum esse stultum est. Sed in prima conclusione
principes nostræ militiæ, videlicet Beatus doctor, &
Scotus videntur esse discordes. Nam sanctus Doctor
in prima parte summæ quæstione. 85. artic. 3. tenet ma-
gis vniuersalia in cognitione confusa notiora esse mi-
nus vniuersalibus. Et ideo posteriores huic opinioni fa
uentes consueuerunt reflectere argumenta Scoti, quæ
adduxit pro prima cõclusione contra ipsum. Primam ra
tionem reflectitur sic. quia data illa ratione, sequitur quòd
intellectus prius haberet cognitionem distinctam de
ipsa quàm confusam: quia ista perfectior est cogni-
tione confusa. cùm igitur causæ productiuę virtutis co
gnitionis naturales sint, & naturaliter agant, & nõ sint
impeditæ, videtur quod prius produceret distinctã co-
gnitionem quàm cõfusam. Quod si Scotus dicat quòd
ante distinctam cognitionem necesse est intellectum
prius disponi per cognitionem cõfusam, à parte dicam
sibi quòd intellectus antequam habeat cognitionem
confusam speciei specialissimæ, debet ipsum prius di-
sponi per confusum conceptum generis, & aliorũ vni-
uersalium,

uersalium. Et sic soluũt pro vtroq; & magis pro Tho-
ma, dicentes aliquid esse dispositum ad receptionẽ ali-
cuius formæ contingere dupliciter, positiue, et priuati-
ue. Priuatiue aliquod subiectum esse dispositum, quan
do non habet contrarium respectu formæ inducendæ.
& sic diaphanum dicitur esse summe dispositum pro re
ceptione luminis. & sic intellectus noster etiam est dis-
positus ad omnia intelligibilia, cùm sit omnia fieri, 3.
de anima. textu commenti. 5. &. 14. &. 17. Alio modo
aliquid dicitur esse dispositum positiue pro inductione
alicuius formæ. Et hoc est in casu, quo vna forma non
potest induci in aliquo subiecto, nisi prius inducta ali-
qua priore, sicut dictmus quòd aer, antequam recipiat
coloris speciem, necesse est ipsum dispositum esse per lu
men, sicut patet secũdo de anima commento. 67. Et sic
materia prima, antequam recipiat formam minus vni
uersalem, oportet eam prædisponi per vniuersalem pri
mo metaphysi. 17. commento. Sic etiam dicunt de in-
tellectu, quòd antequã recipiat minus vniuersale, opor
tet eum prius recipere magis vniuersale. Et tunc ad for
mam argumenti dicunt quòd maior illa sic debet glo-
sari. agens naturale debite applicatum passo, & nõ im-
peditum producit effectum perfectissimum, quem po-
test, verum est, si illud passum fuerit priuatiue & posi-
tiue dispositum pro recipienda illa forma. Et tunc mi-
nor negatur in hoc sensu. licet enim intellectus possibi-
lis priuatiue dispositus sit pro receptione cõceptus spe
cifici, nõ tamen positiue dispositus est, antequam vni-
uersaliores cõceptus recipiat. & si quæratur ab eis, vn
de sit hoc, dicũt illud prouenire ex essentiali ordine exi
stente inter istos conceptus, qui sic se habent, quòd po
sterior non potest induci non inducto priori, & vniuer
saliori. Secundum argumentum Scoti reflectit, quia
à pari ego dicam sibi librum de cœlo præcedere vtra do
ctrinæ librum physicorum: si ipse teneat conceptũ spe
ciei specialissimæ notiorem esse conceptu generico. Et
ideo ad argumentũ Scoti, dicentis, si magis vniuersalia
essent primo cognita in cognitione confusa actuali, tũc
Metaphysica via doctrinæ præcederet alias scientias,
dicunt concedendo totum. Vnde distinguunt de Me-
taphysica. quædam enim pars sui consyderat de sensi-
bilibus, & quædam de abstractis. & tunc dicunt Me-
taphysicam, quò ad illam sui partem, quæ de sensibili-
bus tractat, præcedere omnes alias scientias via doctri
næ: & quò ad illam partem, in qua pertractat de abstra
ctis substantijs, dicunt illam via doctrinæ vltimam es-
se. & sic consueuerunt glosare authoritatem Auicen. et
Auerro. 6. metaphysi. commento. 3. dicentiũ diuinam
scientiam esse vltimam via doctrinæ. Ista respõsio non
est vera, nec est de intentione sancti Thomę. nam, cùm
denominatio fiat à superabundanti, cùm maxima pars
Metaphysi. de sensibilibus pertractet, minima autem
particula eius de abstractis: nam solum in. 12. metaphy
sicæ incipit de eis pertractare, à tex. commenti. 29. vs
que in finem. sed totum precedens, & omnes alij præ-
cedentes libri de sensibilibus & transcendentibus per
indifferentiam se habentibus ad materialia & immate
rialia, pertractant. ergo sequitur quòd absolute con-
cedẽdum esset Diuinam esse priorem via doctrinæ, &
secundum quid posteriorem: quod est absurdũ. Am-
plius fallum est, quod dicunt, quòd Metaphysica quò
ad illam partem, quæ de sensibilibus agit, sit via doctri
næ prior. nam Aristoteles in secundo metaphy. in tex.
commenti. 6. vbi probat non esse processum in infini-
tum in causis mouentibus, facit rationem, quæ motui
inniititur, & quæ naturalem cognitionẽ præsupponit:
sicut scribit ibi Commentator simpliciter. 7. metaphysi-
cę, vbi impugnat ideas Platonis, quando probat quòd
non sunt ponendæ propter esse generationis, dicit cp
hoc est, quia non possunt materiam transmutare. nam
transmutatio omnis fit per contactum. talis autem sit
ratione quantitatis, contigentia enim. 6. physicorũ. 22.
sunt, quorum vltima simul sunt. vnde patet inscientem
commẽto. 28. &. 31. illius septimi cp tales rationes præ-
supponũt scientiam Naturalem. Similiter illud non est
de intentione sancti Thomæ. Namin prooemio meta-
physicæ in lectione secũda super illo passu Philosophi,
vniuersalia sunt difficillima ad cognoscẽdum, dubitat
contra Philosophum. Quia, vt inquit, videtur contra-
dicere sibi Philosophus in primo physicorum tex. cõ-
menti. 3. &. 4. vbi oppositum videtur tenere, videlicet
cp vniuersalia sunt nobis primo nota. & soluendo dicit
cp vniuersalia in cognitione incomplexa sunt notiora
nobis minus vniuersalibus. vnde, cũ vniuersalissimum
omnium sit ens & res, ideo ista prima cognitione con-
cipiuntur, iuxta illud Auicen. Ens & res prima impres
sione imprimitur in anima nostra. Vnde, sicut in esse
naturæ prius est animal quàm homo, cũ natura de im-
perfecto ad perfectum procedat, sic etiam est apud in-
tellectum nostrum in cognitione prima prius concipi-
tur animal quàm homo. sed in cognitione complexa,
& in inuestigatione naturalium proprietatum & causa
rum prius sunt nota minus cõmunia, eò quòd per cau-
sas particulares, quæ sunt vnius generis & speciei, per-
uenimus in causas vniuersales. Et sic patet secundum
viam Sancti doctoris solutio ad secundum argumen-
tum Scoti, probãtis Metaphysicam via doctrinę præ-
cedere reliquas scientias. Dico cp, licet Thomas in co
gnitione quò ad simplicem apprehensionem terminо-
rum tenuerit magis vniuersalia esse notiora minus vni
uersalibus, tamen hoc non tenet in cognitione per di-
scursum habita, qualis est cognitio Metaphy. & alia
rum scientiarum. Et hoc patet in inductione, in qua à
singularibus tanquam ex præcognitis deuenimus ad
vniuersalia. sicut patet in primo posteriorum ad prin-
cipium, & hoc videtur esse de intentione Auerro. pri-
mo physico, in commento. 6. vbi verbum illud in tex-
tu. Sunt autem nobis prius nota confusa magis, du
pliciter exponit. & in secunda expositione dicit cp per
confusa magis, exponi potest ipsum singulare quod li-
cet non sit principium scientiæ, est tamen principium
inquisitionis vniuersalis, quod est principium artis &
scientiæ. & secundum primam expositionem per con-
fusa magis exponit species. & quomodocũq; sit, patet
cp ibi loquitur de via doctrinæ, quæ est cognitio habi-
ta per demonstrationem signi, sicut ipse habet in expo
sitione textus commẽti secundi. Et ita secũdum Auer
roem videtur cp in cognitione habita per discursum
non est necessarium a magis vniuersalibus semper in-
cipere, quò ad viam doctrinæ. Sic igitur ad secundum
Scoti dictum sit. Ad tertium argumentum Scoti di-
centis, si magis vniuersalia essent primo notum, tunc in-
tellectus magnum tempus apponeret, antequam deue
niret in cognitionem speciei specialissimæ dicunt rector
quendo argumentum cõtra Authorem. quia à parte re
queretur, cp, si species specialissima esset primo nota,
tunc intellectus magnum tẽpus apponeret, antequam
deueniret in cognitionem generis generalissimi vel ip-
sius entis. patet consequentia. nam eadem est via ab
Athenis ad Thebas, & à Thebis ad Athenas. Et idco
soluentes dicunt cp intellectus aliquãdo magnum tem-
pus apponit, antequam deueniat in cognitionem spe-
ciei specialissimæ. & hoc in casu, quo non est informa-
tus per superiores & vniuersaliores conceptus. sed cp
primum tales conceptus habuerit, statim deducitur in
cognitionem speciei. Hæc communiter & passim di-
cuntur contra Scotum, & ad argumenta sua hæ solu-
tiones sunt famosæ.

Alia

Opinio famosa Thomæ.

Alia opinio famosa satis est opinio, cui sustentatur sanctus Thomas in prima parte summæ quęstione. 85. articulo tertio. vbi habet quòd in cognitione nostri intellectus duo oportet considerare. Vnum, quòd nostra cognitio intellectiua aliquo modo à sensitiua primordium sumit: & quia sensus est singularium, intellectus vero vniuersalium, necesse est quòd cognitio singularium quò ad nos prior sit, quàm cognitio vniuersalium. Secundo oportet considerare quòd intellectus noster de potentia ad actum procedit. omne autem, quod procedit de potentia ad actum, prius peruenit ad actum incompletum, qui est medius inter potentiam & actum, quam ad actum perfectum. actus autem perfectus, ad quem peruenit intellectus, est scientia completa, per quam distincte & determinate cognoscuntur res. & ideo antequam intellectus ad talem cognitionem deueniat ex pura negationis ignorantia, necesse est ipsum deuenire prius in cognitionem aliquam, in qua res sub confusione quadam, & in vniuersali cognoscuntur. Et ideo concludit quòd cognitio alicuius vniuersalis confusa medium inter purã potentiam & actum purum & distinctum, et vult quòd primum cognitum cognitione confusa sit magis vniuersale, loquendo de actuali cognitione. Et, quia sensus etiam exit de potentia ad actum, consimilem ordinem etiam in sensu ponit. vnde secundum sensum prius iudicamus, & secundum tempus, & secundum locum aliquid magis commune quam aliquid minus commune. secundum tempus quidem. nam pueri, vt inquit Philosophus primo physicorum textu commento. 5. prius appellant omnes viros patres, & omnes fœminas matres, posterius autem determinant vnumquodque. secundum locum autem, quia prius comprehendimus aliquem venientem à remotis esse corpus quam animal, & prius quòd sit animal quàm homo, & prius quod sit homo, quàm hic homo, puta Calias, vel Plato. Contra istam opinionem, quæ communiter teneri solet etiam ab Auerroe, instatur sic. primo quòd non ad primam rationem, in qua dicitur quòd intellectus prius deuenit ad actum medium, qui vniuersalis est & imperfectus, quàm ad actum completum, quarto autem iste transitus fit per omnia media, aut per aliqua? & per aliqua non. non potest dici primum: quia hoc est impossibile. nam teste Philosopho 1. primo metaphysicæ textu commẽti. 28. plura genera rerum sunt ignorata, & incognita nobis. nec potest dici secundum: quia non est maior ratio de vno quàm de alio, cum vnumquodque istorum æque bene habeat rationem medii inter extrema, sicut aliud. ratio igitur ista finita ratione medii inter extrema non videtur efficax. Et confirmatur. quia iste ordo, aut est essentialis, aut accidentalis. si accidentalis, cum omne accidentale remouibile sit, & sine contradictione separari queat, sequitur ergo quod intellectus posset habere indistinctam speciei conceptum, non habitis aliis conceptibus superioribus: quod ipse habet pro inconuenienti. & si est essentialis, tunc sequitur quòd intellectus per omnia ista media inhibit, antequam deueniat in extremum: quia essentialiter ordinatis quidquid per se competit alteri, per se competit alteri. & ideo, si vni mediorum essentialiter competit, quòd intellectus prius deueniat ad illud quàm ad extremũ, si ordo in omnibus mediis esset talis est, sequitur quòd ita erit in omnibus requisitis. quod tamen falsum est, & contra Philosophum. Amplius. a prius est ratio cognoscendi sed minus vniuersale & præcipue conceptus speciei specialissimæ plus habet de actu, quàm conceptus generis. ergo sequitur conceptum specificum esse primo notum. maior est Philosophi nono metaphysicæ textu commen. 21. & minor est Porphyrij in capitulo de differentia dicentis. Differentia est, qua species abundat à genere: & per consequens plus actualitatis includit species quàm genus. Amplius, si intellectus prius cognoscit magis vniuersale quàm minus vniuersale, aut hoc est merito intellectus, aut hoc est merito obiecti, aut hoc est merito ordinis existentis inter conceptus obiectales ipsius intellectus. non potest dici quòd hoc sit merito intellectus, quia aut hoc est respectu intellectus possibilis, aut hoc est merito intellectus agentis. non potest dari primum, quia intellectus possibilis est omnia fieri, & est pura potentia intelligibilium omnium, in qua nihil est distinctum. nõ est etiam ex parte intellectus agentis, quia ipse est omnia facere per indifferentiam se habens, sicut patet tertio de anima textu commẽ. 17. nec est merito obiecti in se, quia obiectum si immutat intellectum, hoc est inquantum est actus, vel actu participans: modo stat minus commune plus actualitatis habere quàm magis commune, sicut in sequentibus ostendetur. non etiam est hoc merito ordinis: quia ordo iste, aut esset essentialis aut accidentalis: & quodcunq; datum fuerit deducatur vt supra. Amplius, & est argumentum, quod elicitur ex dictis Scoti in quæstione propria de hac materia super primo sententiarum distinctione tertia quæstione secũda. Si magis vniuersale esset primo cognitũ cognitione confusa & actuali, sequeretur quòd conceptus entis esset primo cognitus cognitione confusa. consequens est falsum, quia conceptus entis non potest confuse concipi, sed totum distincte, non enim habet aliquid, per quod possit sciri, & aliquid per quod possit ignorari, cùm sit simpliciter simplex. consequentia clara est de scenam inter omnes conceptus conceptus entis vniuersalissimus est. Amplius, & est argumẽtum eiusdem. illud, quod est difficilioris abstractionis, est difficilioris cognitionis: sed conceptus genericus est difficilioris abstractionis, conceptu specifico, ergo. Tunc vltra, quæ sunt difficilioris cognitionis posterius cognoscuntur: conceptus generici sunt difficilioris cognitionis conceptibus specificis: ergo posterius cognoscuntur. Minor prioris sibi probatur authoritate Boetij dicentis quòd species est tenuis similitudo individuorum, & genus magis tenuis specierum, & per consequens difficilior est abstractio generis quàm speciei. Amplius. quod habet rationem totius est prius notum eo, quod habet rationem partis, sicut colligitur ex intẽtione Philosophi in primo physicorum textu commẽti quarti: sed species specialissima respectu generis & differentiæ habet rationem totius, cùm species sit quoddam totum compositum ex genere & differentia, sicut dicit Commentator primo physicorum commẽto quinto: ergo species videtur habere rationem prius cogniti confuse. Hæc sunt, quæ contra hanc viam obiici solent.

Opinio propria.

Dico quòd ista quæstio est multum difficilis, quia vbi Subtilis doctor discrepat à beato doctore, difficile est videre veritatem. conabor tamen ostendere veritatem in hac materia, quantum mihi possibile fuerit. Et propter hoc debes scire aliqua, quæ sunt tanquam radices, & suppositiones in dissolutione istius quæstionis. Prima radix est ista, quòd intellectio nostra, quæ communiter contingit nobis, ortum habet à sensu. hoc est de intentione Philosophi tertio de anima tex. commen. 20. & 39. vbi habetur quòd sine intellectu passiuo, qui, vt exponit ibi Commẽtator cogitatiua virtus est, nihil intelligit anima. & ideo dixit. 39. textu. Primi quidem intellectus qui different, vt non phantasmata sint. & soluendo rndit. Aut nec hi phantasmata sunt, sed non sine phantasmatibus. Secunda radix est ista, quod, cùm intellectus duplex sit pro nunc, agens scilicet & possibilis: alter est omnia fieri, alter est omnia facere

gere, tertio de anima textu commenti. 17. & quia intellectus possibilis nullam aliam habet naturam, nisi hãc, quòd possibilis sit, qui vocatur animæ intellectus ibidem textu commenti. 5. inde sequitur quòd, cùm ens in potentia non deducatur ad actum, nisi ab aliquo ente in actu nono metaphysicæ textu commenti decimi tertij, quòd illud, quod intelligitur ab intellectu nostro, intelligitur secundum quòd est in actu. & ista est clara sententia Aristotelis nono metaphysicæ tex. cõmen. 20. Vnde debes scire quòd intelligibilitas secundum doctrinam Aristotelis & Auerrois est passio primo, & per se competẽs entí in actu, quatenus ens actu, non autem est passio primo competens enti inquãtum ens est. Et hoc demonstrauí alias sic. illa est passio primo competens alicui, quæ competit illi ratione illius, ita quòd posito illo ponatur immediate talis passio, & illo primo remoto, primo remoueatur illa passio secundum doctrinam Aristotelis primo posteriorum in capite de vniuersali. sed actualitas est huiusmodi respectu intelligibilitatis, quia posita illa imediate ponitur intelligibilitas: non enim est dare ens actu, quod non sit intelligibile. similiter remota actualitate ab aliquo, remanente quanlibet alia rõne priori, illud non est intelligibile: sicut est de materia prima secundum se, & solitarie consyderata, quæ licet vt sic ens sit, non tamen intelligibilis est secundum viam Aristotelis septimo metaphysicæ textu commenti. 15. vbi habetur quòd materia secundum se est ignota, & tamen materia est ens. Nec valet si dicatur, vt quidam dicere consueuerunt, quòd hoc intelligitur quantum ad actum, non quãtum ad potentiam. Nam Philosophus primo physicorum textu commenti. 69. habet, Subtecta quidem natura scibilis est per analogiam ad formam: vbi loquit Philosophus, quò ad potentiam & aptitudinem, ne dum quantum ad actum. Et Commentator ibi in commento dicit, & ista natura subiecta per se non potest intelligi per se, cùm non sit aliquid in actu habens quiditatem. Ecce quomodo Commẽtator nedũ negat actum, verum etiam potentiam, ad hoc, quòd materia intelligibilis sit per se & solitarie consyderata: & hoc nõ propter aliam causam, nisi quia non habet quiditatem in actu: ergo actualitas est prima ratio intelligibilitatis, tam secundum actum quàm secundum potentiam.

Amplius, Commentator quarto physicorum, commento. 16. dicit quòd materia non potest intelligi sine forma. Amplius, Commentator duodecimo metaphysicæ commento. 14. dicit loquendo de prima materia. ista natura, quia non habet formam, ideo non habet intẽtionem intellectam ab ea. ecce igitur quòd, remota actualitate ab aliquo remanente in illo entitate, remouetur intelligibilitas, nedum actu, verum etiam potentia. Quod etiam ratione demonstratur. Nam eiusdem est potentia, cuius est actus subiectiue loquendo, sicut colligitur de intentione Philosophi in libro de somno & vigilia. per hoc enim probat ibi quòd, cùm actus sentiendi sit compositi, sic etiam & potentia erit in composito tanquam in subiecto, si igitur materia vt ens præcise & solitarie consyderata potest intelligi secundum potentiam, non erit incõueniens quòd etiam secundum actum intelligatur. Amplius Commentator tertio physicorum commẽto. 15. ex intentione Philosophi dicit motum esse dissimilis cognitiõis propter imperfectionẽ suæ naturæ propter ipsum habere communicationem cum potentia, & consimile dicit de tempore & numero, quarto physicorum commento. 131. Arguatur ergo sic. oppositorum primi, & per se effectus & proprietates sunt oppositæ: sed proprietas primo & per se insequens potentiam est occultatio: ergo proprietas primo & per se insequens actum est manifestatio. Et confirmatur per Auerroem, & per Aristotelem in secundo metaphysicæ textu commenti secundi, qui duplicem difficultatis causam in intellectione assignant, vnam ex parte obiecti, aliam ex parte potentiæ. Et Commentator ibi in commento dicit quòd difficultas in cognitione rerum materialium est ex parte ipsarum, quia non sunt actu intellecta, sed potentia intellecta: cùm includãt materiam, quæ radix est potentialitatis, quæ est ratio opposita agendi tam in actione reali quàm spirituali, cùm formæ sit agere ex secundo de generatione. 53. & tertio physicorum. 17. & duodecimo metaphysicæ. 30. & nono metaphysi. 20. Quòd si quis instare voluerit ens esse primũ intelligibilitatis subiectum, authoritate Philosophi quarto metaphysicæ textu commẽti quarti, vbi habet quòd res sicut se habet ad esse, ita se habet ad veritatem, dicemus sibi hoc verum esse. Sed aduertant isti, quòd ens dicitur de ente in actu & de ente in potentia analogice. & tunc sensus est iste, quòd, si aliquod fuerit ens actu, illud est primo intelligibile. si autem aliquid est ens in potentia, illud potẽtia est intelligibile, ratione qua actu participat. nunquam enim intelligibilitas entis in potentia tribuitur, nisi ratione entis in actu, tãquam ratione illius, ad quod primo & per se consequitur intelligibilitas. vnde Commentator nono metaphysicæ commento. 20. scribit quòd intelligere, quod est in potẽtia, non venit ad actum, nisi per aliud intelligere, quod est in actu. & hoc non est dubium. immorari enim super hoc est superfluum. Dicãt Scotus & Moderni, quidquid velint, iudicio meo ista tam indubitata Auerro. sententia, q intelligibilitas est prima passio entis in actu | & non est, nisi eo modo, quo risibilitas diceretur passio animalis. Stantibus ergo istis radicibus tanquam veris, manuducam intellectum tuum statim in cognitionem veritatis. Dico quòd, si volumus videre quod sit primum cognitum in cognitione confusa, oportet recurrere ad sensum. Nam istud, sicut mihi videtur, est præcipuum fundamentum, super quo fundatur Auerroes in hoc prologo primi physicorũ. inquit enim. 4. & quinto commentis quòd causa, propter quã via doctrinæ sunt nobis nota confusa magis: & causa, propter quam magis vniuersalia sunt notiora suis speciebus, ex quibus componuntur: & causa, propter quam nomina specierum sunt notiora suis partibus definentibus apud intellectum, sunt, quia singulare, quod est quoddam totum, est cognitum apud sensum prius suis partibus. Si igitur inspiciamus ad istam radicem, videbimus inde pullulare istam veritatem, & est quòd sensus vt in pluribus accidentia vniuersaliora sunt notiora sibi, & secundum tempus, & secundum locum accidẽtibus minus vniuersalibus. secundũ locum quidem, nam, vt ait Themistius super expositione textu commen. 4. primi physicorum, in sensibilibus videre licet accedentia procul animalis celerius totũ corpus, quàm caput, aut manum, aut partem aliquam comprehendi. eodem modo promptius est dicere id, quod patet eminus, animal esse quàm hominem, ita & in his, quorum rationes quærimus, vniuersalia atque communia manifestiora sunt nobis, quàm proxima & particularia. secundum tempus vero: quia vt habet Philosophus in textu pueri prius appellant omnes viros patres, et omnes fœminas matres. tanquam, vt inquit ibi Themistius, qui marem & fœminam perinde ac communia quædam vocabula prius cognoscant. sed vbi vegetoribus sensibus fuerint dispositi ad minus cõmunia accedũt. Recte igitur dixit Auerroes quòd ex hoc, quod indiuiduum demonstratum notius est apud sensum, quàm suæ partes, est causa in hoc, quòd illa duo tota sunt notiora apud intellectum. Et confirmatur hoc, vt

delicet quòd accidentia vniuersaliora, vt in pluribus notiora sunt nobis. nam, vt scribit Commẽtator octauo physicorum, & primo cæli vtrobique commento. 22. experimentum sermonum verorum est, vt concordent sensatis. videmus quòd, si aliqua plãta, vel alquis lapis præciosus alicui ostendatur, primo iudicabit illud, vel plantam, vel lapidem esse in genere: quale autem sit vnumquodque istorum in specie dignoscere non potest. & hoc non est propter aliam causam, sicut mihi videtur, nisi quia accidentia generis notiora sunt sensui accidentibus species. & ideo, cum intellectus noster in intelligendo imitetur sensum, à pari videtur q̃ conceptus generalissimus illius lapidis, vel plantæ prius percipiatur ab intellectu quam conceptus specificus, qui adhuc tenui ignotus est. quid enim prohibet in illo priori conceptum illum intellectus innotescere non video. Quo fit in aliquo casu contingeret accidentia inequentia speciem & naturam minus cõmunem notiora esse accidentibus inequentibus naturam magis communem, dico quod loquendo de cognitione conquisitiua actuali, quidquid sit de habituali, prius intellectus percipit cognoscere, quam specificum quam conceptum generalem. & hoc sicut mihi videtur, nullus sanæ capitis negare potest. nam secundum Philosophum septimo metaphysicæ textu commenti. 28. sunt aliqua genera in ea media nominata. aliquod enim est genus proximum equo & asino, quod innominatum est. Et non est dubium quòd accidentia inequentia naturas specificas istorum, scilicet equi & asini notiora sunt accidentibus inequentibus hoc innominatum genus. stante igitur cognitione istorum in tenui, talia possunt agere in intellectum mere naturaliter, quo ad primam immutationem. Et in isto instanti accidentia magis vniuersalia non agunt in intellectum, cum per casum sint sensui ignota: ergo in illo priori, in quo ita sunt nota, & illa ignota, ita ibi immutare intellectum, qui de se est omnia fieri, antequam accidentia vniuersaliora sint sensui nota. non enim est ibi aliquo aliqua subtracens imperio voluntatis, quæ retinere possit obiectum minus commune non agere, nisi prius obiectum magis commune agat. natum obiectum reducens in phantasmate naturaliter agit in intellectum, & aptum natum est ad immutationem intellectus, quo ad cognitionem sui, & non alterius, sicut qui libet sani capitis scire potest. Quia ex philosophantibus Antiquis negaret mihi equi & asini conceptum prius intellectui innotescere conceptu generis innominati, in quo ista conueniunt? Ratio igitur, quod prius aliquid innotescat intellectui, non est, quia illud alio sit magis commune absolute, sed requritur quod sit magis sensatum. quia intellectus noster in intelligendo dependet à sensu. si igitur quandoque contigerit minus commune esse magis sensatum magis communi, non video quo ad actualem cognitionem, quidquid sit de habituali, quin minus commune in hoc casu prius intelligatur ab intellectu quàm magis commune. Et ista est sententia Philosophi sine dubio. Vnde in sexto topicorum capitulo quarto dicit quod corpus est magis notum quo ad nos, quàm superficies: & superficies magis quam linea, quia magis sub sensu cadunt. secus autem est quo ad naturam. Et, si Subtilis doctor habuerit istum sensum, sicut prætendunt verba eius, credo opinionem illam veram esse. Nec Sancto doctori repugnabit quantum ad hoc. nam ipse dicit quod conceptus speciei, cuius singulare totius mouet sensum, est primo cognitus vi intellectus. sed Moderni sequaces volunt sustinere istam viam vniuersaliter, sicut sequaces sancti Thomę vniuersaliter volunt tenere quòd magis vniuersalia sunt notiora. Sed nos mediando inter istas duas vias dicimus q̃ quandoq; vniuersalia sunt notiora minus vniuersalibus: & hoc, quando eis fuerint magis sensata. & quandoque contingit oppositum, videlicet quòd minus vniuersalia sunt primo cognita: & hoc, quando illa fuerint magis sensata magis vniuersalibus. Sed propter quid est, quòd communiter dicitur magis vniuersalia notiora esse minus vniuersalibus? Dico quod, quia in pluribus contingit accidentia singularium ipsorum magis vniuersalium esse magis sensata accidentibus singularium minus vniuersalium, & quia denominatio fit à superabundanti, ideo hoc contingit, tamen istud nõ est vniuersaliter verum, sicut quidam proterui sustinere volunt. sciant isti propositiones naturales non semper verificari vniuersaliter, sufficit quandoque eas verificari vt in pluribus. eorum enim, quæ natura fiunt, quædam sunt semper, & quædam frequẽter. Radix igitur istius veritatis fuit sensus, sicut vidistis. & hoc erat quod Cõmentator in hoc prologo plerunque ad hanc radicem aspiciens dicebat, quòd ratio, propter quam vniuersale, quod est quoddam totum, notius est apud intellectum, est quia particulare, quod est quoddam totum, est notius apud sensum. Ad quæ ittionem ergo quærentem vtrum magis vniuersale notius sit minus vniuersali cognitione confusa & actuali, non est simpliciter respondendum, quia quæstio multiplex est: sed debemus distinguere. Quia, aut comparatio magis vniuersale ad minus vniuersale, vt est quoddam totum, et minus vniuersale est pars magis vniuersalis: aut comparatio talium est conuerso modo: ita scilicet quòd magis vniuersale consyderetur vt est pars minus vniuersalis: quod accidit vniuersaliter, quando minus vniuersale consyderatur, vt est definitum quoddam, & confusum, & totius rationem habens: & minus vniuersale, vt est definiens, & est pars definitionis eius. Si primo modo fiat comparatio distinguendum est adhuc. nam aut singulare magis vniuersalis est magis sensatum, quàm singulare minus vniuersalis, aut e contra. si primum, sic magis vniuersale est notius prius in effectui quàm minus vniuersale: si detur aut̃ oppositum, dico tũc quòd minus vniuersale est notius magis vniuersali. Si autem comparatio fuerit inter magis vniuersale & minus vniuersale, vt vnum est definiens & aliud definitum, dico quod in prima cognitione a sensu, & cõfusa prius occurrit intellectui minus vniuersale, quod est quoddam totum, quàm magis vniuersale, quod est pars eius, vt sic. Et ratio istius est, qa particulare, quod est quoddam totum, prius innotescit sensui quàm eius partes. vnde, si quis ingrediatur in aliquam domum, prius occurrit sibi tota compositio, quam partes eius. sic nomina specierum definitarum, quæ continentur in se partes, ex quibus componuntur, notiora sunt nominibus partium definentium. Et hoc volunt Aristoteles primo physicorum textu commenti quinti, & Themistius ibi in commento. & hoc sentit etiam Sanctus doctor in prima parte summæ quæstione octuagesimaquinta articulo tertio, & in expositione istius prologi. vbi ipse soluit contradictionem Philosophi in tex. tertio & quarto ex vna parte, & in textu quinto ex alia parte. sicut igitur sensus prius fertur in totum quàm in partes, & prius in confusam cognitionem quàm in distinctam, sic primæ cognitionis naturalis nostri intellectus ordo est, vt prius in nomen definiti se transferat, quam in nomina definientium, & prius cognitionem quid nominis, quæ confusa est, attingit, quàm attingat definitionem quid rei, quæ distincta est. Recte igitur dicimus q̃ radix ducens nos ad veritatem istius quæstionis, sensus est. & ista radix communicat cum illa alia, quæ est quòd ratio cognoscẽdi est ab actu, & ideo res magis sensatæ magis & prius innotescunt intellectui,

Qui, quia tales magis sunt in actu ad mouendum intellectum, quàm sint res minus sensatæ. Vnde Commentator secundo de anima commento nonagesimo secundo dicit quòd comprehensio differentiarũ sensibilium à sensu causa est comprehensionis earum ab intellectu. Et ideo dixit Philosophus ibidem quòd nõ est manifestum quale quid sit odor. Et reddens causam huius, inquit, causa autem huius est, quia sensum hunc non habemus certum, sed peiorem multis animalibus. Sed, si quis arguat contra secundum dictum, probando magis vniuersalia notiora esse minus vniuersalibus, inquantum definitentia sunt, quia sexto topicorum definitio datur per notiora: Respondetur quòd definitentia ad definitum dupliciter comparari possunt: Vno modo in cognitione cõfusa, quæ est per definitionem quid nominis: Alio modo quò ad definitionem quid rei distinctam. & isto modo habeẽ per verum genus & veram differentiam. Et primo quidem modo dico quòd magis vniuersale est minus notum, quia habet rationem partis: & minus vniuersale est magis notum, qa habet rationem totius & confusi. sed in cognitione distincta dico quòd est ecõtra, quia causæ notiores sunt, & priores naturæ, quàm sint effectus. distincta autem cognitio procedit ex notioribus, & prioribus quò ad naturam, non quò ad nos. per istum modum igitur soluendi tolluntur omnes difficultates, & contradictiones. Vnde ratio sancti Thomæ in prima parte summæ quæstione octuagesimaquinta articulo tertio, in qua dicit q̃ transiens de extremo ad extremum, & de potentia pura in actu, prius debet transire per medũ, etc. Dico quòd verum est. sed non est necessarius iste transitus, quò ad cognitionem actualem, ita quòd fiat per omnia media non est necessarium. nam si talia media non fuerint sensata, aut male sensata, non est necessarium intellectum prius in cognitionem istorum deuenire, quàm in cognitionem specierum. vnde, sicut dicit Commentator secundo de anima commento centesimoquinto. Albedo, quãdo transfertur ad nigredinem, quandoque transit mediante chriano, & in aliquo transit mediante charoppo: sic intellectus noster quò ad actualem cognitionem trãsit à magis vniuersali ad minus vniuersale, vbi tale fuerit magis sensatum. & si fuerint aliqua minus vniuersalia, quæ medient, quæ non fuerint sensata, non opus est intellectum per ea actualiter transire: quia tunc magnum tempus apponeret, antequam ad actualem cognitionem speciei sensatæ deuenire posset: quod est contra experientiam. Licet igitur intellectus, quò ad habitualem vel virtualem cognitionem prius aptus natus sit procedere à magis vniuersalibus & à communioribus ad minus communia, sicut bene dixit in hoc Subtilis doctor tertia distinctione primi: quia sicut formæ, quæ aptæ sunt perficere aliquid perfectibile, ordine quodam natæ sunt perficere mediatius & minus mediate, ita si eadem forma virtualiter plures formas contineat illarum formarum ordinatarum, quasi consimili ordine perficiet illud perfectibile, sicut, si forma substantiæ & forma corporis essent altæ formæ, in aliquo prius informaret forma substantiæ, quàm forma corporis: ita, si vna forma virtualiter in aliquo contineret vtriusque formæ perfectionem, prius informaret natura sub gradu communiori quàm sub gradu minus communi, cùm natura procedat de potentia ad actum. Vnde Commentator primo metaphysicæ commento decimoseptimo dicit quòd materia prius recipit formas magis vniuersales, quàm minus vniuersales, & mediantibus eis recipit particulares formas (non quòd ipse velit formam vniuersalem realiter distinctam esse à forma minus vniuersali, sicut quidam tenuerunt ex intentione eius) sed vna & eadem forma prius natura perficit materiam secundum abstractiorem gradum, quàm secundum gradum minus abstractum. Et hoc est, quod in intellectu nostro quantum ad habitualem cognitionem possumus tenere. sed quantum ad cognitionem actualem meum habitaliter credo illud prius intelligi ab intellectu, cuius singulare fortius mouet sensum. & hoc siue illud visibile sit, siue audibile, siue aliquo alio sensu peceptibile. Et ideo opinio illa Heruei Thomistarum acutissimi tenẽtis accidens concretum sumptum esse primum cognitum ab intellectu nostro in cognitione confusa, est opinio vera, loquendo scilicet de accidentibus magis sensatis. Vnde, si accidẽtia insequentia naturas vniuersaliores fuerint magis sensata, talia cõcretum sumpta sunt in cognitione confusa notiora nobis in cognitione actuali. Si vero accidentia insequentia naturas minus communes fuerint magis sensata accidentibus insequentibus naturas magis vniuersales, talia notiora sunt, ita quòd in hoc semper recurrendum est ad sensum. sed, quia vt in pluribus contingit accidentia magis vniuersalium notiora esse accidentibus minus vniuersalium, inde accidit quòd magis vniuersalia dicuntur communiter notiora esse minus vniuersalibus in cognitione confusa. tamen hoc est vt in pluribus verum, sed quãdoque oppositum potest contingere, sicut ratione & authoritate probauimus. Ita igitur opinio media tutior inter duas opiniones extremas, & est tollens omnes ambiguitates & difficultates, & est opinio sensata. Et per consequens mihi videtur, salua omnium reuerentia, quod sit opinio vera. experimentum enim sermonum verorum est, vt concordent sensatis octauo physicorum, & primo cæli vtrobique commento vigesimosecundo. Per hoc patet etiam ad rationes Scotti sarum probantium semper conceptum speciei notiorem esse, qua species est magis in actu, & actus est ratio cognoscendi. Respondetur. n. quòd hoc est verũ: tamen tunc obiectum dicitur esse magis in actu ad mouendum intellectum, quando est magis sensatum. Vnde Philosophus in proœmio metaphysicæ dicit quòd vniuersalia sunt difficillima ad cognoscendum, eò quia sunt a sensibus remotissima: & loquitur de vniuersalibus in causando secundum communem expositionem. sic dico, si singulare speciei magis sensatum fuerit singulare generis, tũc species erit prius actualiter cognita cognitione confusa, quàm genus. si vero fuerit oppositio modo, oppositum cõtinget. Et si quæras, vnde hoc est, dico quòd non est alia ratio nisi propter modum naturalem intelligendi intellectus nostri: qui in intelligendo dependet à sensu, & præcipue in prima nostra naturali cognitione secundum Philosophi sententiam tertio de anima textu commenti trigesimonono, & vigesimo. Ad aliud Scoti, dicentis magis vniuersalia esse difficultatis abstractionis, & per consequens posterius cognosci: Respondetur, quòd abstractio primi obiecti motiui intellectus possibilis fit ab intellectu agente, qui non cognoscit ea, à quibus abstrahit. 2. de anima commento decimonono. &c, si illa vniuersaliora sint magis sensata, prius intelligentur ab intellectu, quàm minus vniuersalia. si vero oppositum, oppositum etiam continget. comprehensio enim differentiarum à sensu est causa comprehensionis earum ab intellectu, secundo de anima commento nonagesimosecundo. Ad aliud, quando dicitur species habet rationem totius, & genus rationem partis, ergo notior erit species genere. Respondetur totum concedendo. Nam talitet consyderata specie, quòd habeat rationẽ totius & indistincti & confusi, sic notior erit genere, vt habet rationem partis. & hoc est, quia sicut sensus prius fertur in totum quàm in partes, sic intellectus imitans sensum prius deuenit in

Solutio rationis Scoti.


cognitione

cognitione confusa in conceptū speciei definitæ, qui habet rationem totius, quàm in conceptū generis, aut differentiæ. sed quando species comparatur generi in ratione partis, tunc illa est ignotior propter eandem causam. Et omnia ista veritatem habent, concurrente attestatione sensus: quia sine sensu nihil fieri potest in tali casu: quia ipse est radix vniuersæ cognitionis humanę. Ad argumentum principale respondetur, negando assumptum, q̄ videlicet in nulla cognitione magis vniuersale possit esse notius minus vniuersali. Vnde dico quòd in cognitione incomplexa, vbi singulare eius fuerit magis sensatum quàm singulare minus vniuersalis, tale magis vniuersale prius cognoscitur ab intellectu q̄ minus vniuersale: & præcipue quando comparatur sibi, sicut totum ad partes. Si vero cōtingat oppositum, oppositio modo dicendū est, quia non inconuenit idem respectu eiusdem posse notius & ignotius esse secundum oppositas causas & rationes. Ista pauca sunt, quæ mihi visa sunt dicēda in tam perardua materia, & antiqua quæstione, in qua rogo, vt si veritatem ipsam assecutus sum, vt credo, illud Deo attribuatur. si vero illam non sim assecutus, ascribatur hoc ruditati intellectus mei: saltem dedi modum perscrutandi veritatem fratribus meis. Deo laus sempiterna, & honor immortalis.

Quæstionis de Primo Cognito finis.

REGISTRVM.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. quaterni. 9. quinternio.



Venetijs, apud hæredes Lucæantonij Iuntæ Florentini,
Anno Domini .M D L.